

THE LIBRARY OF CONGRESS


THE LIBRARY OF CONGRESS

The Metaphysics.

Σοφία is the science of first causes & principles. It is chosen for its own sake, not for any resulting benefit. It is Divine, it is not the possession of the race, but of the φ. The Divine is the Cause which underlies all causes. The sci. of Cause is theology. Causes are 4fold. Anaxagoras first introduced νοῦς to explain order. Plato's ideas were sensibles after all, as the Greek gods were but men. Plato's One divided se into forms, these took hold of matter. There is no infinite regress to cause or infinite descent to individuals. The Great Question in the second book is "Is there a noumenal world, separate from the phenomenal?" "Σοφία is the science of substance [then substance is the all] "Ontology contemplates Being as being, and the properties which belong to it as such." [But this is phenomenal being!] The τὸ ὄν is always referred to substance or the forms of substance, for these embrace all being. Starting then with substance, the causes and principles of substances are to be enquired into. First principles are proved true by their own light, i.e. the principle of demonstration is not demonstrable. Thus Being in its highest sense is identified with substance and to substance belongs properties. "What is primarily being, and not any particular being would be substance". (This is Kant's object generally.) In one way form is substance, in another way, matter, in a third, the σύνολον. The momenta are observed in all substance 1. The "out of which" ὕλη 2. The "By which" εἶδος = τὸ τί ἦν εἶναι = τὴν πρώτην οὐσίαν of each individual. The οὐσία without the ὕλη = τὸ τί ἦν εἶναι. Here comes in the principle & ground of his φ, "ex nihilo, nihil fit."

neither matter or form is generable. Of substance alone is there definition, and the def. expresses the τὸ τί ἦν εἶναι. The εἶδος generates substance in the ὕλη and cannot subsist apart from it. Nor can universals subsist apart from singulars. Yet the substance of a substance is affirmed which is separate from sensible substances. The Logos is the expression of the τὸ τί ἦν εἶναι. Matter is δύναμις. Yet there is a certain peculiar matter to every thing. Form subsists as energy.
* Matter is of two kinds, sensible and intelligible, and some things do not involve matter of either kind. All δύναμις has reference to some active producing power in some other thing. The solar system once existed in potentiality, but there already existed the actuality from which it should arise. Hence energy is before potentiality. And one energy is antecedent to another in time up to that which primarily and eternally the moving cause (= God.) Motion is a tendency, energy is the result = actuality = perfection. There is a certain first principle and substance eternal and permanent, and separable from sensibles. Else, how (asks A.) could we account for order in the world. The method of Theology is the same as the other sciences. It differs from them only in its subject-matter.

* What is the difference between sensible and intelligible matter?

Church History of the 19th Cent. Baur

the Fr. Rev. & the Restoration (esp. of 1830) have parallel lines in ch. & theol. - the contest between tradition and reason. From 1800-1815. What the Rev. was to France in destroying tradition, Nap. was to Europe. "Ein neues Volk" was a new birth. The old faith have gone. Mod. Ger. lit. took its place. Herder opens the way. "Humanity" is the magic word. God (the good) was striving to realize se in hist. The old dogmatism destroyed humanity in the presence of the divine. Herder will give it its rights. X was perfect humanity. He had no theol. system. This was his strength. X was not supernatural. Shiller wanted religion taught in the theatre and men to find there the consolation they had sought in the church. The poets rubbed off the particular Xtianity. The "inf" of S. is the phantasie of the Rom. As in France monarchy and feudalism fell, so in Ger. dogmatism and tradition. Kant made the first attempt to base religion on φ. It is purely moral. X is the good principle personified. Fichte's first stage is duty; his second at Berlin, mystical. phil. gave all the gospel. F. said to base theo. on the Bible was a false source. Schelling said (& F.) the Word was eternally flesh in every man and Pnew se to be God. Jacobi believed in a special organ of kn. for the Ab. and in a personal God. Schler. based religion first on phantase (Rom.) then on dependence. Daub made the facts of X have hist. symbols. The great event of this period is Paulus commentaries on the Gospels 1800. They are true, but the miraculous was a form of natural truth. Lavater ἐπὶ τὴν θάλασσαν. Eichorns Einleitung went further than Paulus. Gabler headed the rationalists and Storr the orthodox.

From 1815-1830. Return to the old faith. The epoch is the contest bet. Rat. & Ortho. Rohr and Weg-scheider the former. The first system of Rat. is Rohr's letters on Rat. 1813. Wegscheider's Institutes from 1815 to 1844. X not supernatural but Xty the great word Epoch. Schleier. "Glaubens-lehre" 1821. He would give a Constitution between the Monarchy of Ortho. and the Democracy of Reason - but the band broke! Redemption is freeing the God-conf. from the man-conf. The potency in man was realized in X. His form was ortho. Baur says he deceived with intent. It was the first attempt to show that the Xtian faith lies in man se and does not come ab extra. De Wette. In resignation the contradiction bet. good & evil is sublated. We feel our worth over the phenomenal and meet death calmly. In enthusiasm we catch the spirit of God in the world. What the understanding denies we may find true in feeling. X is the symbolical intuition of the supersensible ideas. His stand-point is the Aesthetic. Both De. W. & Schleier. tried to unite phil with dogma! a demand of times Hengstenberg was a bigoted, malicious ortho. hierarch - and treacherous. Neander on the same line, but not nearly so bad.
(From 1830 -) The July Rev. lasted 3 days. The contradictions were sharply brought out and defined. So in the church. Mazzini, Pius IX, Garibaldi, Möhler's symbolik is a great Catholic work.
(east pages)

ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ

ΗΘΙΚΩΝ ΝΙΚΟΜΑΧΕΙΩΝ

ΒΙΒΛΙΑ ΔΕΚΑ.

ARISTOTELIS

ETHICORUM NICOMACHEORUM

LIBRI DECEM.

CODICUM MSS. COLLATIONE RECOGNITI,

ET

NOTIS ILLUSTRATI,

A GULIELMO WILKINSON, A. M.

E COLL. REGINÆ.

EDITIO TERTIA.

OXONII,

E TYPOGRAPHEO CLARENDONIANO.

MDCCCIX.

LECTORI S.

En tibi libellum, arte elaboratum et ingenio perfectum, quem viri omnis ævi eminentiſſimi in ſinu geſtarunt, et dies noctesque evolverunt. Hunc ſi pluribus, verbis licet ampliſſimis, laudarem, idem facerem ac ſi ſoli lucernam accenderem : nec eſt quod dubitem, quin, ſi eum perlegeris, mecum non invitus fateberis omni laude majorem eſſe. Nolo itaque te in limine diutius morari, quam tantiſper dum narrem quid huic noſtræ editioni acceptum referat.

Id inprimis egimus, ut Græca quam emendatiſſime prodirent. Quem in finem impreſſa omnia melioris notæ exemplaria adhibuimus; ac præterea Codices tres MSS. unum e Muſeo *Johannis Mori* Epiſcopi Elienſis, alioſque duos e Bibliothecis Oxonienſibus Collegii Novi et Collegii Corporis Chriſti.

Deinde ne quid iis, qui in Græcis literis minus verſati ſint, parum conſuluiſſe videremur, *Dionyſii Lambini* verſionem, fideliſſimam æque ac elegantiſſimam, Atui ſubjecimus : nec quidquam in ea exprimenda mutavimus, niſi locis admodum paucis, ubi e Græcis longiuſcule receſſiſſe viſus eſt optimus interpres.

Præterea, tui in gratiam, obſcuriora quædam pro virili illuſtrata dedimus inter textum et verſionem, ut et totius operis conſpectum ſub ejus initium, et ad

calcem Indicem ſatis locupletem dictionum vocumque Ariſtotelicarum, quibus nihil uſquam Ἀττικώτερον invenimus.

Hæc te voluimus non neſcire, nec tua intereſt pluribus interpellari. Vale, et nobis, ad alia aggredientibus, fauſta omnia precare.

GUL. WILKINSON.

Coll. Reg. Oxon.
Maii 27, 1715.

CONSPECTUS

ETHICORUM NICOMACHEORUM.

TABULA LIBRI I.

Agit

- in Procœmio.
  - 1. De subjecto philosophiæ moralis.
  - 2. De modo illam tractandi.
  - 3. De auditore illius.
  - Docetque
    - Cap. 1.
      - 1. Quod omnes actiones humanæ diriguntur ad aliquod bonum, sive finem.
      - 2. Quod finium est differentia, et quod alii aliis sunt præstantiores.
      - 3. Quod fines principales finibus sibi subjectis sunt præstantiores.
    - Cap. 2.
      - 1. Quod datur ultimus finis, quod sit summum bonum.
      - 2. Quod est philosophiæ moralis de hoc agere.
    - Cap. 3.
      - 1. Quo modo philosophiæ moralis præcepta sunt tradenda.
      - 2. Quis hujus doctrinæ est idoneus auditor.
- in Capp. 4 5 et 6.
  - De natura summi boni.
  - Docet quid non sit, capp. 4 5 et 6.
    - Cap. 4.
      - 1. In genere recenset aliorum de summo bono (cujus in nomine omnes conveniunt, sc. quod est εὐδαιμονία, *Beatitudo*) falsas opiniones.
      - 2. Unde, an a fine, an a mediis initio ducto, hæc doctrina est tradenda?
    - Cap. 5.
      - In specie illas opiniones examinat, et beatitudinem nec in corporis voluptate, nec in honore, nec in divitiis, nec in habitu virtutis positam esse ostendit.
    - Cap. 6.
      - Non in Idea boni.

TABULA LIBRI I.

- **Agit**
  - **Capp. 7, 8, 9, 10, 11 et 12.** De natura et accidentibus summi boni.
    - **Declarat quid sit.**
      - **Cap. 7.**
        1. Rudi ejus definitione.
        2. Exacta et perfecta definitione, sc. quod est ἐνέργεια ψυχῆς κατ' ἀρετὴν ἀρίστην ἐν βίῳ τελείῳ, *functio muneris animi optima virtute directa in vita perfecta.*
        3. Methodi definitivæ, qua beatitudinis naturam investigavit, causam affert.
    - **Definitionem beatitudinis veterum auctoritate confirmat.**
      - **Cap. 8.**
        1. Quod est ἐνέργεια ψυχῆς.
        2. Quod est κατ' ἀρετήν.
      - **Cap. 9.** Quæstionem, ex particulæ præcedentis explicatione ortam, dissolvit: qua sc. ratione Beatitudinem obtineamus?
      - **Cap. 10.** Quod est ἐν βίῳ τελείῳ, et quæstionem arduam examinat, vivine an mortui beati sunt dicendi?
    - **Quærit.**
      - **Cap. 11.** An res adversæ vel prosperæ amicorum vel posterorum mortuos afficiant?
      - **Cap. 12.** An beatitudo sit e numero eorum, quæ laude, an eorum, quæ honore sunt digna.
  - **Cap. 13.** De virtute.
    - Quam dividit in duas species, sc. in eas, quæ in ratione positæ sunt, et eas, quæ ad mores pertinent, secundum facultates animæ, de qua accuratissime in hoc cap. disserit.

TABULA LIBRI II.

- Agit de virtute morali
  - In genere libb. 1, 2, et 3.
    - Ejus ortus et interitus causas, et quodnam sit acquisitæ signum, et in quo versatur investigat lib. ii. capp. 1, 2, et 3.
      - Docet
        - Cap. 1. — Eam consuetudine et usu agendi acquiri.
        - Cap. 2. — Eam ab eo quod nimium et quod parum est corrumpi.
        - Cap. 3.
          - 1. Signum virtutis acquisitæ esse voluptatem.
          - 2. Virtutem in voluptatibus et doloribus occupari.
      - Resolvit
        - Cap. 4. — Quæstionem ex præcedentibus ortam, sc. an recte dictum sit, justa agendo justos effici?
    - Quid sit ostendit ejus definitionem
      - Tradendo capp. 5, et 6.
        - Investigat
          - Cap. 5. — Genus, quod sit ἕξις προαιρετικὴ, *habitus ad consilium agendi capiendum aptus.*
          - Cap. 6. — Differentiam, quod sit ἐν μεσότητι τῇ πρὸς ἡμᾶς, ὡρισμένῃ λόγῳ, καὶ ὡς ἂν ὁ φρόνιμος ὁρίσειεν.
      - et Explicando sigillatim per particulas
        - Differentiam capp. 6, 7, 8, et 9.
          - Cap. 6. — Genere, ut quid sit μεσότης constet.
          - Cap. 7. — Specie, in singulis virtutibus μεσότητα dari inductione probat.
          - Cap. 8. — Quomodo suis extremis opponatur μεσότης, et quomodo extrema inter se pugnent.
          - Cap. 9. — Μεσότητα consequendi difficultatem, ejusque superandæ rationem.

TABULA LIBRI III.

- Virtutis moralis
  - Definitionis
    - Genus quod sit ἕξις προαιρετική, explicat capp. 1, 2, 3, 4, et 5.
      - Tradendo
        - Cap. 1. Τοῦ ἀκουσίου *violenti, et* τοῦ ἑκουσίου *sponte facti*, definitiones.
        - Cap. 2. Rudem τοῦ προαιρετοῦ definitionem.
        - Cap. 3. Perfectam ejus definitionem.
      - Quærendo
        - Cap. 4. Utrum id, quod sub voluntatem cadit, vere bonum sit necne?
        - Cap. 5. An Virtutes et vitia sint voluntaria necne?

      In fine cap. 5. repetit ea, quæ hactenus de Virtute dicta sunt.
  - Species explicare incipit
    - Fortitudinis
      - Veræ explicat
        - Cap. 6. Differentiam, quod circa θάῤῥη et φόβους versatur.
        - Cap. 7. Genus quod sit μεσότης.
      - Non veræ
        - Cap. 8. Quinque species enumerat.
      - 2. accidentia memorat
        - Cap. 9.
          - 1. Magis in metu quam fiducia versari.
          - 2. Ejus finem esse jucundum, media vero, quæ ad eam ducunt, molesta.
    - Temperantiæ
      - Proponit et Quærit
        - Capp. 10 et 11. Definitionem, et ejus particulas singillatim explicat.
        - Cap. 12. Utrum intemperantia magis quam timiditas sponte suscipiatur?
        - Cap. 13. De translatione nominis intemperantiæ ad errata puerilia.

TABULA LIBRI IV.

Pergit — In hoc libro — Virtutes reliquas explicare — Docetque:

- **Cap. 1.** Quid sit *Liberalitas*, ejusque extrema, *profusio* sc. et *illiberalitas*.
- **Cap. 2.** Quid sit *Magnificentia*, et vitia ei opposita, sc. μικροπρέπεια et ἀπειροκαλία.
- **Cap. 3.** Quid sit *Magnanimitas*, et *animi demissio* et *superbia* : quædamque *magnanimitatis* accidentia explicat.
- **Cap. 4.** Quid sit *Virtus* illa ἀνώνυμος, quæ est μεσότης περὶ τιμὴν, quæque ejus sunt extrema.
- **Cap. 5.** Quid sit *Lenitas*, et vitia huic contraria, quæ ὀργιλότης et ἀοργησία dici possent.
- **Cap. 6.** Quid sit *Virtus* illa, quæ est mediocritas inter nimium *placendi studium* et *morositatem*, quæque *Affabilitas* nominari possit.
- **Cap. 7.** Quid sit illa *Virtus*, quæ est μεσότης inter *arrogantiam* et *dissimulationem* : quæ in lib. ii. cap. 7. ἀλήθεια nominatur.
- **Cap. 8.** Quid sit εὐτραπελία, et quænam vitia ei opposita habet.
- **Cap. 9.** Quid sit *Verecundia*, quam perturbationi quam habitui similiorem esse dicit.

TABULA LIBRI V.

- De Justitia agit
  - Capp. 1, 2, 3, 4 et 5. Ejus naturam et species explicat.
    - Cap. 1.
      1. Rudem et generalem *justitiæ* et *injustitiæ* tractationem aggreditur.
      2. Rudi et speciali modo de iis agit, et duas *justitiæ* species ex ipsius nominis significatione elicit.
      3. Priorem *justitiæ* speciem, quæ *legitima* et *universalis* est, describit.
    - Cap. 2.
      1. Alteram *justitiæ* speciem, quæ *particularis* est, et æqualitate veluti forma continetur, explicat.
      2. Exactius de hac disputat, ejusque duas esse species probat, *distributivam* sc. et *commutativam.*
    - Cap. 3.
      1. *Justitiæ* utriusque naturam inter se communem declarat.
      2. Quid sit *justitia distributiva* docet.
    - Cap. 4. De *justitia commutativa* agit, quam διορθωτικὴν appellat.
    - Cap. 5.
      1. Quærit utrum *jus talionis* simpliciter *jus* sit?
      2. Omnium rerum *mensuram* revera esse *usum* seu *indigentiam* ex compacto autem nummum docet.
      3. Omnia ea, quæ de *justitia* et *injustitia* dicta sunt, breviter colligit.

TABULA LIBRI V.

- **De Justitia agit**
  - **Capp. 6, 7, 8, 9, 10 et 11.** Quæstiones varias, quæ ad *justitiam* pertinent, quæque tunc temporis agitabantur, solvit.
    - **Capp. 6, 7, et 8.** quærit ex quibusnam actionibus *injustis injustus* quis appellari possit.
      - **Cap. 6.**
        1. Quæstionem proponit.
        2. *Jus* in *Civile*, *Herile*, et *Œconomicum* distinguit.
      - **Cap. 7.** *Jus* aliud *Civile*, aliud *naturale*, aliud *legitimum* esse probat, et de iis separatim loquitur.
      - **Cap. 8.**
        1. Quæstionem propositam accuratissime solvit.
        2. Docet eorum, quæ invite fiunt, alia venia digna esse, alia vero non.
    - **Cap. 9.**
      - Quærit
        1. Utrum possit quisquam vere *injuriam* sua voluntate accipere necne?
        2. Utrum *injuriam* faciat is, qui plus alicui tribuit præter ejus meritum ac dignitatem, an is qui plus consecutus est?
      - Docet
        1. Quod res haud ita facilis est *justum esse*.
        2. Quod arduum est ea, quæ *justa sunt*, nosse.
    - **Cap. 10.** Declarat
      1. Quid sit *æquitas* et *æquum bonum*.
      2. Quis sit *vir æquus* et *bonus*.
    - **Cap. 11.** Quærit
      - Utrum quis sibi ipsi injuriam faciat necne?

TABULA LIBRI VI.

Agit De Virtutibus, quæ in ratione positæ sunt, in

- Genere
  - Cap. 1.
    1. Ostendit necesse esse ut quid sit *recta ratio* inquirat, quo perfectius *Virtutum Moralium* natura intelligatur.
    2. Probat duas esse animi partes ratione præditas, alteram in qua vis ſciendi, alteram quæ ad ratiocinandum valet.
  - Cap. 2.
    1. De principiis agendi disserit.
    2. Ex supra dictis colligit ambarum animi partium, quæ *ad cogitandum valent*, opus esse veritatem, et proinde qui *habitus* efficiunt ut utraque pars verum enunciet, hos esse utriusque *virtutes*.
  - Cap. 3. Statuit 5 esse, quibus animus verum enunciat: sc. *Artem*, *Scientiam*, *Prudentiam*, *Sapientiam*, et *Mentem* sive *Intelligentiam*.
- Specie
  - Cap. 3. De *Scientia*.
  - Cap. 4. De *Arte*.
  - Cap. 5. De *Prudentia*.
  - Cap. 6. De *Mente* sive *Intelligentia*.
  - Cap. 7. De *Sapientia*.
  - Capp. 7, 8, 9, 10, et 11. Accuratissime de *Prudentia* ejusque speciebus.
  - Cap. 12. De *Prudentiæ* ac *Sapientiæ* utilitate.
  - Cap. 13.
    1. *Virtutem* distinguit in *Naturalem* et *acquisitam*, quam et proprie *Virtutem* appellat.
    2. *Virtutem* proprie dictam sine *Prudentia* non posse constare docet.

TABULA LIBRI VII.

Agit De *continentia* et *incontinentia*, habitibus imperfectis sive dispositionibus, explicando

- Capp. 1, 2, 3, 4, 5, 6, 7, 8, 9, et 10. Earum *Formam* sive naturam.
  - Cap. 1.
    1. Recenset genera eorum, quæ in moribus expetenda vel fugienda sunt.
    2. De *Virtute Heroica* agit.
    3. De *Continentia* et *Incontinentia* aliorum opiniones profert.
  - Cap. 2. Opiniones prædictas exagitat, et quid alii in iis reprehendant declarat.
  - Cap. 3.
    1. Tres quæstiones de his *dispositionibus* proponit.
    2. Primam quæstionem tractat, sc. utrum *scientes peccent incontinentes* necne?
  - Capp. 4, et 5. Secundam quæstionem examinat, sc. *in quibus continens et incontinens versentur?*
  - Cap. 6.
    1. *Incontinentiam* eam, quæ in cupiditatibus versatur, iræ *incontinentia* turpiorem esse probat.
    2. Docet quomodo voluptates, in quibus versantur *continentia* et *incontinentia*, differunt.
    3. *Feritatem* vitiositate minus malum esse ostendit.
  - Cap. 7. Quæstionem tertiam explicat, sc. utrum *continens* et *patiens idem sint.*
  - Capp. 8, 9, et 10. Aliorum opiniones de *continentia* et *incontinentia* in cap. 1. propositas, et cap. 2. exagitatas, examinat, ut quatenus cum veritate consentiunt, approbentur: quatenus ab eadem dissentiunt, repudientur.
- Capp. 11, 12, 13, et 14. Earum *materiam* subjectam *voluptatem* sc. et *dolorem.*
  - Cap. 11.
    1. Declarat quam necessarium sit ut hoc in loco de *voluptate* agat.
    2. Vulgatas de *voluptate* opiniones recenset, easque argumentis confirmat.
  - Cap. 12. Opiniones in superiore cap. memoratas ex aliorum sententia examinat, argumentaque, quibus impugnantur, enumerat.
  - Capp. 13, et 14. Ex propria sententia enarrat, quæ opinionum prædictarum veræ, quæ autem falsæ sunt.

- **De Amicitia**
  - Agendum esse, Cap. 1. variis argumentis probat.
  - Agit siquidem
    - Occasione duarum quæstionum quarum prima est, utrum *inter omnes amicitia esse possit?* secunda, utrum *unica sit amicitiæ species, an plures?* quas explicandas suscipit, *Amicitiæ*
      - Essentiam persequitur, tum in
        - Genere Cap. 1. et 2. causas illius recensens easdemque tandem definitione colligens, quod φιλία nihil aliud sit, quam ἔννοια ἐν ἀντιπεπονθόσι, μὴ λανθάνουσα.
        - Specie, capp. reliquis usque ad 12. tradens differentias *Amicitiæ* ex causis desumptas, nimirum a
          - Materia et fine quarum occasione satisfacit quæstioni
            - Posteriori, quod sunt plures *amicitiæ materiales species* quas
              - Cap. 3. Dividit in
                - *Imperfectas*, quæ voluptatis vel utilitatis causa contrahuntur, et
                - *Perfectam*, quæ Virtutis causa suscipitur.
              - Cap. 4. confert inter se.
            - Priori, quod *inter omnes Amicitia non esse possit*, sive spectes *amicorum*
              - *Qualitatem.* Cap. 5.
              - *Quantitatem*, sive *numerum.* Cap. 6.
          - Forma ex quibus respondet quæstioni
            - Posteriori, quod sc. *non sit unica species amicitiæ formalis* sed plures, quas Capp. 6, et 7.
              - Recenset, et aliam ἐν ἰσότητι sive κατὰ ποσὸν, aliam ἐν ὑπεροχῇ sive κατ' ἀξίαν esse inquit.
              - Explicat, quomodo in singulis æqualitas insit et dilectio.
            - Priori, *quinam amici inter se esse possint.* Cap. 8.
          - *Efficientibus* personis amicorum, solvit igitur
            - Priorem Cap. 9, 10, et 11, longa et illustri resolutione.
            - Posteriorem Cap. 12.
      - Adjuncta subnectit, *conservationem* sc. et *dissolutionem*, et
        - Explicat, quæ criminationes oriri solent, docetque quomodo præcaveri, vel ortæ e medio tolli possint, in *amicitiis* ἐν
          - Ἰσότητι, Cap. 13.
          - Ὑπεροχῇ, Cap. 14.

TABULA LIBRI IX.

- De *Amicitia*
  - Quæstiones varias, quæ ex fupra dictis oriri poterant, vel quæ tunc temporis agitabantur, explicat.
    - Quærit
      - Cap. 1. Quænam sunt causæ querelarum inter amicos καθ' ὑπεροχὴν, et quomodo ea amicitia conservetur?
      - Cap. 2. Quæ gratia cui sit referenda?
      - Cap. 3. An si mutuum et æqualitas in amore non servetur, amicitia sit dirimenda?
      - Cap. 4.
        1. An ea, quæ ab amicis in amicos conferri solent, et quibus amicitiæ circumscribuntur, ex iis, quæ sibi ipsi quisque exoptat ac tribuit, fluant?
        2. Docet quod valde vitiosi nec sibi ipsis nec aliis sunt amici.
      - Cap. 5. Utrum *Benevolentia* sit *Amicitia* vel *amicitiæ* principium?
      - Cap. 6. An *Concordia* sit *amicitia*, vel solum ad eam pertinet?
      - Cap. 7. Quare *Benefici* eos, de quibus bene meriti sunt, vehementius amant, quam ii, qui beneficium acceperunt, bene de se meritos?
      - Cap. 8. Utrum se ipsum maxime an alium amare oporteat?
      - Cap. 9. Utrum aliquando futurum sit ut amicis egeat beatus, necne?
      - Cap. 10. Quot amici sint asciscendi, multi an pauci?
      - Cap. 11. Utrum in rebus secundis magis, an in adversis, amicis opus est?
      - Cap. 12. Utrum vitæ societas in amicitia maxime requiratur?

TABULA LIBRI X.

Hic liber complectitur
- Tractationem *vitæ Ethicæ*
  - Accidentis alterius, sc. *voluptatis*, quam
    - Hoc loco explicari debere una cum ei contrario dolore, tanquam accidens (cum supra lib. vii. de ea egerit tanquam de subjecto dispositionum Ethicarum) ostendit, Cap. 1.
    - Explicat ex sententia tam
      - *Veterum*, quorum opiniones enumerat et examinat Cap. 2. et 3.
      - *Sua*. Sic agit de *voluptatis*
        - Essentia in genere, ostenditque Cap. 4. quid
          - Non sit.
          - Sit.
        - *Speciebus* et *differentiis* Cap. 5.
  - *Finis* sc. *Beatitudinis*, quam lib. 1. tanquam fundamentum totius disputationis de moribus proposuerat. De eo agit in
    - Genere Cap. 6.
    - Specie, differentias singulas explicans. Consistit enim *Beatitudo* partim in bonis
      - *Internis*, animi sc. virtutibus, iisque tum
        - *Intellectivis*, quæ *Beatitudo contemplativa* dicitur, quam *Beatitudinem* præstantissimam esse probat Cap. 7.
        - *Activis*, quæ *Beatitudo practica* nominatur; quamque priore longe inferiorem esse demonstrat Cap. 8.
      - *Externis*, Corporis et Fortunæ, ceu adjunctis quibusdam et præsidiis, quæ proprie εὐτυχία dicitur, et *Felicitas* potius quam *Beatitudo*, Cap. 8.
- *Epilogum*, in quo finem huic tractatui Ethico imponit et ad *Politicorum* et *Œconomicorum* libros transitum artificiosum parat. Cap. 9.

ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ

ΗΘΙΚΩΝ ΝΙΚΟΜΑΧΕΙΩΝ

ΤΟ Α΄.

ARISTOTELIS

ETHICORUM NICOMACHEORUM

LIB. I.

ΚΕΦ. α΄.

ΠΑΣΑ τέχνη καὶ πᾶσα [a] μέθοδος, ὁμοίως δὲ πρᾶξίς τε καὶ προαίρεσις, ἀγαθοῦ τινος ἐφίεσθαι δοκεῖ· [1] διὸ καλῶς ἀπεφήναντο [b] τἀγαθὸν, οὗ πάντα ἐφίεται. Διαφορὰ δέ τις φαίνεται τῶν τελῶν· τὰ μὲν γάρ εἰσιν ἐνέργειαι· τὰ δὲ [c] παρ᾽ αὐτὰς, ἔργα τινά· ὧν δ᾽ εἰσὶ τέλη τινὰ παρὰ τὰς πράξεις, ἐν τούτοις βελτίω πέφυκε τῶν ἐνεργειῶν τὰ ἔργα.

[a] Μέθοδος ab aliis vertitur *ſcientia*, ab aliis vero *cognitio*, ut latius pateat quam ars: quaſi diceretur *omnis ars, immo omnis cognitio.* [1] Magn. Moral. lib. i. cap. 1. [b] Per *τἀγαθὸν ipſum bonum*, ſive naturam quandam bonis omnibus communem, intelligi vult Muretus. [c] Alii *παρὰ ταύτας.*

CAP. I.

OMNIS ars omniſque docendi via atque inſtitutio, itemque actio et conſilium, bonum aliquod appetere videtur: idcirco pulchre veteres id eſſe bonum pronunciarunt, quod omnia appetunt. Sed videntur fines inter ſe diſcrepare: alii enim ſunt muneris functiones; alii præter eas, opera quædam: quarum autem rerum, præter actiones, aliqui ſunt fines, in his

Πολλῶν δὲ πράξεων οὐσῶν, καὶ τεχνῶν, καὶ ἐπιστημῶν, πολλὰ γίνεται καὶ τὰ τέλη· ἰατρικῆς μὲν γὰρ ὑγίεια, ναυπηγικῆς δὲ πλοῖον, στρατηγικῆς δὲ νίκη, οἰκονομικῆς δὲ [d] πλοῦτος. Ὅσαι δ᾽ εἰσὶ τῶν τοιούτων ὑπὸ μίαν τινὰ [e] ἀρετὴν, καθάπερ ὑπὸ τὴν ἱππικὴν χαλινοποιητικὴ, καὶ ὅσαι ἄλλαι τῶν ἱππικῶν ὀργάνων εἰσὶν, αὕτη δὲ καὶ πᾶσα πολεμικὴ πρᾶξις ὑπὸ τὴν στρατηγικὴν, τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον ἄλλαι ὑφ᾽ ἑτέρας· ἐν ἁπάσαις [f] δὲ τὰ τῶν [g] ἀρχιτεκτονικῶν τέλη πάντων ἐστὶν αἱρετώτερα τῶν ὑφ᾽ αὐτά· τούτων γὰρ χάριν κἀκεῖνα διώκεται. [h] Διαφέρει δ᾽ οὐδὲν τὰς ἐνεργείας αὐτὰς εἶναι τὰ τέλη τῶν πράξεων, ἢ παρὰ ταύτας ἄλλο τι, καθάπερ ἐπὶ τῶν λεχθεισῶν ἐπιστημῶν.

[d] Ex ſententia vulgi: Ipſe enim in lib. i. Polit. probat divitias non eſſe finem, ſed tantum inſtrumenta τῆς οἰκονομικῆς. [e] Δύναμιν Andr. Euſtrat. Aurel. Cam. Mur. El. N C. (cujus in marg. recentiori manu ἀρετὴν ſcribitur). Hanc ſcripturam exprimere videtur Argyr. alii vero ἀρετὴν, cum quibus facit Vet. Interp. et CCC. in margine tamen eorundem annotatum eſt legi etiam δύναμιν. Vide Euſtrat. [f] Hanc conjunctionem tollunt quidam, ut evidentior ſit periodi redditio: ſed alibi quoque in redditionibus hanc particulam a Philoſopho uſurpari, annotavi in libris Phyſicis et Pauſania. *Sylb.* [g] Origo vocabuli eſt ab ἀρχιτέκτων, *architectus:* quemadmodum enim ille omnibus aliis fabris, quorum miniſterio in domo extruenda utitur, imperat; ita etiam hæ artes principales ſibi ſubjectas artes diſponunt ac gubernant. [h] Itaque quod dictum erat ſupra, *opus operatione eſſe melius*, intelligendum eſt non de qualibet operatione, ſed de ea nominatim, quæ ipſum opus, cum quo comparatur, antecedit et perficit.

opera ſunt actionibus meliora natura. Cum vero multæ ſint actiones, et artes, et ſcientiæ, tum multi quoque fines exſtiterunt: nam medicinæ finis eſt bona valetudo, artis ædificandarum navium navis, artis imperatoriæ victoria, rationis ejus, quæ in re familiari tuenda verſatur, divitiæ. Quæcunque autem artes hujus generis uni alicui facultati ſubjectæ ſunt, ut equeſtri ea, quæ in frænis conficiendis occupata eſt, cæteræque omnes ad inſtrumenta equeſtria comparatæ, atque hæc ipſa equeſtris, omniſque actio militaris, arti imperatoriæ, itemque aliæ aliis: in iis omnibus fines earum, quæ principem locum obtinent, earum, quæ eis ſubjectæ ſunt, finibus ſunt optabiliores: nam horum cauſa illi quoque expetuntur. Nihil porro intereſt, utrum functiones ipſæ muneris actionum ſint fines, an, præter has, aliud quippiam, quemadmodum apparet in iis ſcientiis, quas ſupra diximus.

ΚΕΦ. β′.

Εἰ δή τι τέλος ἐστὶ τῶν [i] πρακτῶν, ὃ δι' αὐτὸ βουλόμεθα, τὰ ἄλλα δὲ διὰ τοῦτο, καὶ μὴ πάντα δι' ἕτερον αἱρούμεθα· (πρόεισι γὰρ οὕτω γ' εἰς ἄπειρον, ὥστ' εἶναι κενὴν καὶ ματαίαν τὴν ὄρεξιν) δῆλον, ὡς τοῦτ' ἂν εἴη τἀγαθὸν, καὶ τὸ ἄριστον. [k] Ἆρ' οὖν καὶ πρὸς τὸν βίον ἡ γνῶσις αὐτοῦ μεγάλην ἔχει ῥοπήν; καὶ, καθάπερ τοξόται, σκοπὸν ἔχοντες, μᾶλλον ἂν τυγχάνοιμεν τοῦ δέοντος; Εἰ δ' οὕτω, πειρατέον [l] τύπῳ γε περιλαβεῖν αὐτὸ, τί ποτέ ἐστι, καὶ τίνος τῶν ἐπιστημῶν ἢ δυνάμεων· δόξειε δ' ἂν τῆς [m] κυριωτάτης, καὶ μάλιστα ἀρχιτεκτονικῆς. Τοιαύτη [n] δὴ καὶ ἡ πολιτικὴ φαίνεται· τίνας γὰρ εἶναι χρεὼν τῶν ἐπιστημῶν ἐν ταῖς πόλεσι, καὶ ποίας ἑκάστους

[i] Muretus nomine τῶν πρακτῶν non intellexit τὰς πράξεις, ut reliqui interp. ſed ad ipſos fines, quorum alii ſunt πρακτοὶ, i. e. quos homo conſequi poteſt, alii vero οὐ πρακτοὶ, pertinere judicavit. Vide Mur. in locum. [k] Ἆρα MSS. et Aurel. ſine not. interrog. Sed mos hic eſt Ariſtot. ut ſæpe, quæ affirmare inſtituit, ea interrogando efferat: atque hoc loco falli videntur, quicunque ἆρα non, ut in melioribus codd. legitur, ἄρα legunt. *Mur.* [l] Τύπῳ περιλαβεῖν nihil aliud eſt, quam rudem rei formam exponere, et quod Cicero dicit adumbrare vel informare. Ἡ γνῶσις ἢ δεῖξις ἀκριβὴς, *cognitio vel demonſtratio ſubtilis*, differt ab ea, quæ ἐν τύπῳ καὶ παχυλῶς fit, non aliter quam imperfectum a perfecto, ipſa denique res a rei imagine. [m] Κυριωτάτης εἶναι Ven. 2. Andr. [n] Τοιαύτη δὲ ἡ πολ.

CAP. II.

Si quis igitur eſt rerum, quæ in actionem cadunt, finis, quem propter ſe velimus, cætera autem propter hunc, nec omnia propter aliud eligamus; (ſic enim res progredietur in infinitum, ita ut noſter omnis appetitus inanis et irritus ſit futurus;) perſpicuum eſt hoc futurum ſummum bonum, atque adeo bonorum optimum. Hujus igitur cognitio magnum etiam ad vitam degendam habet momentum: et ſigno aliquo nobis tanquam ſagittariis propoſito, id, quod expetere nos oportet, facilius conſequemur. Quod ſi ita eſt, danda eſt opera, ut ejus formam adumbremus, atque ut quid ſit, et cujus ſcientiæ aut facultatis ſit finis, oſtendamus: et vero videri poſſit finis eſſe ſcientiæ reliquarum facultatum longe principis ac dominæ, cæteriſque maxime præeuntis atque imperantis. Talis igitur etiam civilis videtur: nam et quas in civitatibus ſcientias eſſe oporteat, et quas quiſque diſcere debeat, et quatenus, ſeu uſque

μανθάνειν, καὶ μέχρι τίνος, (αὕτη διατάσσει) ὁρῶμεν δὲ καὶ τὰς ἐντιμοτάτας τῶν δυνάμεων ὑπὸ (ταύτην) οὔσας, οἷον στρατηγικὴν, οἰκονομικὴν, ῥητορικήν. [o] Χρωμένης δὲ ταύτης ταῖς λοιπαῖς πρακτικαῖς τῶν ἐπιστημῶν, ἔτι δὲ νομοθετούσης τί δεῖ πράττειν, καὶ τίνων ἀπέχεσθαι, τὸ ταύτης τέλος περιέχοι ἂν τὰ τῶν ἄλλων· ὥστε τοῦτ' ἂν εἴη τἀνθρώπινον ἀγαθόν. Εἰ γὰρ καὶ ταὐτόν ἐστιν ἑνὶ καὶ πόλει, μεῖζόν γε καὶ τελειότερον τὸ τῆς πόλεως φαίνεται καὶ λαβεῖν καὶ σώζειν· ἀγαπητὸν μὲν γὰρ καὶ ἑνὶ μόνῳ· κάλλιον δὲ καὶ θειότερον, ἔθνει καὶ πόλεσιν. (Ἡ μὲν οὖν μέθοδος τούτων ἐφίεται, πολιτική τις οὖσα.) 3

ΚΕΦ. γʹ.

ΛΕΓΟΙΤΟ δ' ἂν ἱκανῶς, εἰ κατὰ τὴν ὑποκειμένην ὕλην διασαφηθείη· τὸ γὰρ ἀκριβὲς οὐχ ὁμοίως [P] ἐν ἅπασι

N C. El. Andr. Sic etiam alii ſcripti codd. ex teſtimonio Victorii: quæ lectio Argyr. etiam placuit. [o] Χρωμένης γὰρ Euſtrat. Vet. Interp. et Argyr. Utraque lectio defendi poteſt. *Caſaubonus.* [P] Ἐφ' ἑκάστου γένους Cam. et antiquus fideliſque codex Victorii: cum iis facit Euſtratius; Andr. vero ἐν πᾶσι τοῖς λόγοις.

ad quod tempus, ea ſtatuit ac præſcribit: facultates autem etiam eas, quæ ſummo in honore ſunt, ut artem imperatoriam, et rationem tuendæ rei familiaris, et bene dicendi facultatem, huic eſſe ſubjectas videmus. Quod ſi hæc reliquis omnibus artibus, quæ in actione verſantur, utitur, legibuſque latis quid agendum, et a quibus abſtinendum ſit præſcribit, ejus fine reliquarum artium fines contineri videantur: itaque hoc erit ſummum hominis bonum. Nam etſi idem unius hominis et civitatis bonum ſit, civitatis tamen bonum et conſequi et conſervare, majus quiddam eſſe et perfectius videtur: enimvero præclare nobiſcum agatur, ſi id, quod vel uni ſoli ſit utile, reperire poſſimus: ſed longe profecto eſt id pulchrius ac divinius, quod gentibus et civitatibus uſui eſt. Huic igitur arte et via ſuſceptæ inſtitutioni hæc ſunt propoſita, quæ ſequatur et expetat, cum ſcientia quædam civilis ſit.

CAP. III.

IN ea autem tractanda nihil deſiderari debeat, ſi pro rei ſubjectæ natura explicetur: non enim in omni diſputationis ac ſermonis gene-

τοῖς λόγοις ἐπιζητητέον, ὥσπερ [q] οὐδὲ ἐν τοῖς [r] δημιουργουμένοις. [s] Τὰ δὲ καλὰ καὶ τὰ δίκαια, περὶ ὧν ἡ πολιτικὴ σκοπεῖται, τοσαύτην ἔχει διαφορὰν καὶ πλάνην, ὥστε [t] δοκεῖν νόμῳ μόνον εἶναι, φύσει δὲ μή. Τοιαύτην δέ τινα πλάνην ἔχει καὶ τἀγαθὰ, διὰ τὸ πολλοῖς συμβαίνειν βλάβας ἀπ᾽ αὐτῶν· ἤδη γάρ τινες ἀπώλοντο διὰ πλοῦτον, ἕτεροι δὲ δι᾽ [u] ἀνδρίαν. Ἀγαπητὸν οὖν, περὶ τοιούτων καὶ [x] ἐκ τοιούτων λέγοντας, παχυλῶς καὶ τύπῳ τἀληθὲς ἐνδείκνυσθαι· καὶ [y] περὶ τῶν ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ, καὶ ἐκ τοιούτων λέγοντας, τοιαῦτα καὶ συμπεραίνεσθαι. Τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον καὶ ἀποδέχεσθαι χρεὼν ἕκαστον τῶν λεγομένων· πεπαιδευμένου γάρ ἐστιν ἐπὶ τοσοῦτον τἀκριβὲς ἐπιζητεῖν καθ᾽ ἕκαστον γένος, ἐφ᾽ ὅσον ἡ τοῦ πράγματος φύσις ἐπιδέχεται· παραπλήσιον γὰρ φαίνεται, μαθηματικοῦ τε πιθανολογοῦντος ἀποδέχεσθαι, καὶ ῥητορικὸν ἀπο-

[q] Οὐδὲ deest Ven. 1. [r] Sic propter diversam materiam, qua utuntur, hominis imaginem non æque accurate exprimunt plastes et pictor, pictor enim colorem addit, et molem quandam et distantiam exprimere videtur; hoc enim materia, qua utitur, permittit: plastes molem exprimit, colorem vero ut addat, non finit materia. Similiter in aliis artibus accidit. [s] Hanc quæstionem tractat infra lib. v. cap. 6. &c. [t] Δοκεῖ N C. [u] Alii animi, non corporis vires per ἀνδρίαν intelligi volunt. [x] Andr. explicat per περὶ τοῦ ἐκ τούτων τέλους, *de eorum fine.* [y] Περὶ τῶν τοιούτων C C C. ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ τῷ ἀναγκαίῳ, *necessario*, opponitur.

re peræque accurata subtilitas requirenda est, quemadmodum nec in operibus manufactis. Atqui in iis rebus, quæ honestæ quæque justæ sunt, quas civilis scientia considerat, tanta est dissensio, tantaque in eis versatur erratio, ut lege tantummodo, non natura constare videantur. Eademque de bonis quoque controversia est et idem error exstitit, propterea quod ex his multi detrimenta capiunt: aliis enim jam divitiæ, aliis fortitudo corporis exitio fuit. Ergo satis erit, si, cum de rebus et ex rebus ejusmodi verba facimus, rudem quandam veri formam adumbremus: et cum de rebus, quæ plurimum eveniunt, atque ex talibus disputationem instituimus, talia quoque concludamus. Eodemque modo quæcunque ab alio dicuntur accipi probarique debent: est enim hominis probe instituti tantam in unoquoque genere subtilitatem desiderare, quantam rei ipsius natura recipit: nihil enim videtur interesse, utrum mathematicum rationibus ad persuadendum ac-

for from these arguments spring and about these are they employed—

δείξεις ἀπαιτεῖν. Ἕκαςος δὲ κρίνει καλῶς ἃ γινώσκει, καὶ τέτων ἐςὶν ἀγαθὸς κριτής· [z] καθ' ἕκαςον ἄρα, ὁ πεπαιδευμένος· ἁπλῶς δὲ, ὁ περὶ πᾶν πεπαιδευμένος. Διὸ τῆς πολιτικῆς ὀυκ ἔςιν οἰκεῖος ἀκροατὴς ὁ νέος· ἄπειρος γὰρ τῶν κατὰ τ̃ βίον πράξεων· οἱ λόγοι δὲ ἐκ τέτων καὶ περὶ τέτων. Ἔτι δὲ, τοῖς πάθεσιν ἀκολεθητικὸς ὢν, ματαίως ἀκέσεται καὶ ἀνωφελῶς· ἐπειδὴ τὸ τέλος ἐςὶν, οὐ γνῶσις, ἀλλὰ πρᾶξις. Διαφέρει δ' ὀυθὲν νέος τὴν ἡλικίαν, ἢ τὸ ἦθος νεαρός· οὐ γὰρ παρὰ τὸν χρόνον ἡ ἔλλειψις, ἀλλὰ διὰ [illegible] κατὰ πάθος ζῆν, καὶ [a] διώκειν ἕκαςα· τοῖς γὰρ τοιέτοις ἀνόνητος ἡ γνῶσις γίνεται, καθάπερ τοῖς ἀκρατέσι· [b] τοῖς δὲ κατὰ λόγον τὰς ὀρέξεις ποιεμένοις καὶ πράττεσι, πολυωφελὲς ἂν εἴη τὸ περὶ

[z] Codd. aliqui apud Mur. ἕκαςον ἄρα ὁ καθ' ἕκ. πεπ. Quidam, ut teftatur Caf. ὁ καθ' ἕκ. πεπ. vel ὁ περί τι πεπ. fed male, ut patet ex lib. i. cap. 6. Eth. ad Eud. ubi definit ἀπαιδευσίαν, περὶ ἕκαςον πρᾶγμα τὸ μὴ δύνασθαι κρίνειν τὲς τε οἰκείες λόγες τῦ πράγματος, καὶ τοὺς ἀλλοτρίες: ideo, fecundum Philofophum, πεπαιδευμένος eft is, qui περὶ ἕκαςον καλῶς κρίνειν δύναται: quod noftram lectionem et interpunctionem hujus fententiæ confirmat. Vide initium lib. i. de Part. Animal.
[a] Διοικεῖν Mur. [b] Quod eorum mens, a pravarum cupiditatum fervitute vindicata et quafi fui juris facta, quæcunque facienda ex hac doctrina didicerit, præftare poterit.

commodatis utentem feras, an ab oratore demonftrationes poftules. De iis autem, quæ habet perfpecta et cognita, bene quifque judicat, et horum bonus eft judex: de fingulis ergo rebus recte judicabit is, qui fingulis in rebus eft eruditus: abfolute vero et univerfe de omnibus, homo in omni doctrinæ genere verfatus. Quocirca juvenis ad civilem fcientiam non eft accommodatus auditor: eft enim actionum, quæ in hac vita verfantur, imperitus: at ex his conftat, et de his habetur hæc difputatio. Præterea vero, cum affectibus animi ferviat et obtemperet, inanem atque inutilem operam in audiendo fumet; quandoquidem finis prudentiæ civilis in actione, non in cognitione confiftit. Ætate autem fit juvenis, an moribus novus et rudis, nihil refert: non eft enim culpa in tempore, fed in eo, quod perturbationi convenienter et vivat, et unumquidque perfequatur: hujufmodi enim hominibus inutilis cognitio eft, ut et incontinentibus: iis vero, qui ratione fuas appetitiones et actiones dirigunt, fructum u-

τούτων εἰδέναι. Καὶ περὶ μὲν ἀκροατοῦ, καὶ πῶς [c] ἀποδεκτέον, καὶ τί [d] προτιθέμεθα, [e] πεφροιμιάσθω τοσαῦτα.

ΚΕΦ. δ'.

ΛΕΓΩΜΕΝ δὲ ἀναλαβόντες, ἐπειδὴ πᾶσα γνῶσις καὶ προαίρεσις ἀγαθοῦ τινος [f] ὀρέγεται, τί ἐστιν οὗ λέγομεν τὴν πολιτικὴν ἐφίεσθαι, καὶ τί τὸ πάντων ἀκρότατον τῶν πρακτῶν [g] ἀγαθόν. Ὀνόματι μὲν οὖν σχεδὸν ὑπὸ τῶν πλείστων ὁμολογεῖται· τὴν γὰρ [h] εὐδαιμονίαν καὶ οἱ πολλοὶ, καὶ οἱ χαρίεντες λέγουσι· τὸ δὲ [1] εὖ ζῆν καὶ τὸ εὖ πράττειν ταὐτὸν ὑπολαμβάνουσι τῷ εὐδαιμονεῖν. Περὶ δὲ τῆς εὐδαιμονίας, [i] τίς ἐστιν, ἀμφισβητοῦσι· καὶ οὐχ ὁμοίως οἱ πολλοὶ τοῖς σοφοῖς ἀποδιδόασιν· οἱ μὲν γὰρ τῶν ἐναργῶν τι καὶ φανερῶν, οἷον ἡδονὴν, ἢ πλοῦτον, ἢ τιμήν· ἄλλοι δὲ ἄλλο· πολλάκις δὲ καὶ ὁ αὐτὸς

[c] Ἀποδεικτέον Vet. Interp. [d] Προεθέμεθα N C. [e] Πεπροοιμ. El. [f] Ἐφίεται N C. cujus in marg. annot. legi etiam ὀρέγεται. [g] Ἀγαθῶν N C. Euſtrat. et Andr. [h] Εὐδαιμονία, quam plurimi *felicitatem* vertunt, a Lamb. ſemper *beatitudo* transfertur; quæ melius ei reſpondet quam felicitas, quæ apud optimos Latini ſermonis ſcriptores idem valet quod εὐτυχία, bonorum ſc. externorum copia. [1] Vide Magnorum Moralium lib. i. cap. 4. et Eud. lib. ii. cap. 1. [i] Τί ἐστιν Ven. 1. et Andr.

berrimum ferre poteſt. Ac de auditore quidem, qualis eſſe debeat, quoque modo accipiendum quidque ſit, et quid nobis ad dicendum ſit propoſitum, hæc procemii loco dicta ſint.

CAP. IV.

JAM vero repetitis iis, quæ ſupra diximus, quoniam omnis cognitio omneque adeo conſilium bonum aliquod expetit, dicamus quidnam illud ſit, quod ponimus a civili ſcientia expeti, et quod ſit omnium rerum, quæ in actione verſantur, ſummum bonum. De nomine quidem igitur inter plurimos fere convenit: beatitudinem enim et multitudo, et eruditi politique homines appellant: bene autem vivere et bene rem gerere idem quod beatum eſſe exiſtimant. Sed quæ res ſit beatitudo, de ea re vero omnis controverſia eſt: neque vulgus et ſapientes ſimiliter eam declarant; alii enim aliquid eorum, quæ ſunt in promptu et quæ manifeſta ſunt, eſſe volunt, ut voluptatem, aut divitias, aut honorem, aliique aliud: ſæpenumero autem etiam unus et i-

ἕτερον· νοσήσας μὲν γὰρ ὑγίειαν, πενόμενος δὲ πλοῦτον· συνειδότες δὲ ἑαυτοῖς ἄγνοιαν, τοὺς μέγα τι καὶ ὑπὲρ αὐτοὺς λέγοντας θαυμάζουσιν. Ἔνιοι δὲ ᾤοντο παρὰ τὰ πολλὰ ταῦτα ἀγαθὰ, ἄλλο τι καθ' αὑτὸ εἶναι, ὃ καὶ τοῖσδε πᾶσιν αἴτιόν ἐστι τοῦ εἶναι ἀγαθά. [i] Ἁπάσας μὲν οὖν ἐξετάζειν τὰς δόξας ματαιότερον ἴσως ἐστίν· ἱκανὸν δὲ τὰς μάλιστα [k] ἐπιπολαζούσας, ἢ δοκούσας ἔχειν τινὰ λόγον. Μὴ λανθανέτω δ' ἡμᾶς, ὅτι διαφέρουσιν οἱ [l] ἀπὸ τῶν ἀρχῶν λόγοι καὶ οἱ ἐπὶ τὰς ἀρχάς· εὖ γὰρ καὶ Πλάτων ἠπόρει τοῦτο καὶ ἐζήτει, πότερον ἀπὸ τῶν ἀρχῶν, ἢ ἐπὶ τὰς ἀρχάς ἐστιν ἡ ὁδός· ὥσπερ ἐν τῷ σταδίῳ ἀπὸ τῶν [m] ἀθλοθετῶν ἐπὶ τὸ πέρας, ἢ ἀνάπαλιν. [2] Ἀρκτέον μὲν γὰρ ἀπὸ τῶν γνωρίμων· ταῦτα δὲ διττῶς· (τὰ μὲν γὰρ ἡμῖν, τὰ δὲ ἁπλῶς·) ἴσως οὖν ἡμῖν γε ἀρκτέον [n] ἀπὸ τῶν ἡμῖν

[i] Eud. lib. i. cap. 3. [k] Ἐπιπολάζων proprie significat *innatans, fluitans, in superficie existens*: per translationem *eminens, notus* vel *minus reconditus*. Andr. παραφράζει per ἐπὶ τὸ πολὺ καὶ ὑπὸ πλειόνων νομιζόμενον. [l] Διὰ τῶν N C. Finis respectu actionum habet rationem principii vel causæ, quia illæ ejus gratia suscipiuntur. [m] Ἀθλοθέται *magistri certaminum*, qui præmia tribuebant: hi stadii initio sedebant; inde est quod ἀπὸ τῶν ἀθλοθετῶν aliquando carceres, sive stadii initium denotat. [2] Post Analyt. lib. i. cap. 2. Phys. lib. i. cap. 1. Metaphys. lib. vii. cap. 4. [n] Sc. ab actionibus. Principia vero et causæ vel simpliciter, vel natura nota dicuntur: ea quippe natura prius adhibet, primumque in ea intuetur.

dem aliud: æger enim bonam valetudinem, pauper divitias; qui autem sibi ipsis ignorantiæ conscii sunt, eos admirantur, qui magna quædam et ipsorum facultate superiora loquuntur. Quidam vero, præter hæc complura bona, aliud quoddam per se bonum esse putabant, quod et his omnibus, cur bona sint, causa est. Atque omnes quidem opiniones expendere, fortasse operam inanem sumere fuerit: satis autem erit, si eas potissimum, quæ sunt insigniores, quæve aliqua ratione niti videntur, in medium proferamus. Sed hoc ignorare non debemus, interesse inter eas vias, quæ a principiis proficiscuntur, et eas quæ ad principia ferunt: recte enim etiam Plato de hoc dubitabat, et quærebat, utrum via a principiis ad fines, an a finibus ad principia duceret: velut in stadio utrum ab iis qui præmia proponunt ad calcem, an contra. Initium enim ab iis rebus, quæ notæ sunt, sumendum est: hæ autem dicuntur duobus modis: aliæ enim nobis notæ, aliæ per se et absolute notæ sunt: fortasse igitur nobis initium ab

γνωρίμων. Διὸ δεῖ τοῖς [o] ἔθεσιν ἦχθαι καλῶς τὸν περὶ καλῶν καὶ δικαίων, καὶ ὅλως τῶν πολιτικῶν ἀκουσόμενον ἱκανῶς· [p] ἀρχὴ γὰρ τὸ ὅτι· καὶ εἰ τοῦτο φαίνοιτο ἀρκούντως, οὐδὲν προσδεήσει τοῦ διότι. Ὁ δὲ τοιοῦτος ἢ [q] ἔχει, ἢ λάβοι ἂν ἀρχὰς ῥᾳδίως· ᾧ δὲ μηδέτερον ὑπάρχει τούτων, ἀκουσάτω τῶν Ἡσιόδου·

“ Οὗτος μὲν πανάριστος, ὃς αὐτὸς πάντα [r] νοήσῃ,
“ [s] Φρασσάμενος τά κ᾽ ἔπειτα καὶ ἐς τέλος ᾖσιν ἀμείνω·
“ Ἐσθλὸς δ᾽ αὖ κἀκεῖνος, ὃς εὖ εἰπόντι πίθηται·
“ Ὃς δέ κε μήτ᾽ αὐτὸς νοέῃ, μήτ᾽ ἄλλου ἀκούων
“ Ἐν θυμῷ βάλληται, ὅδ᾽ αὖτ᾽ ἀχρήϊος ἀνήρ.

ΚΕΦ. ε΄.

ΗΜΕΙΣ δὲ λέγωμεν ὅθεν παρεξέβημεν· [t] τὸ γὰρ ἀγαθὸν καὶ τὴν εὐδαιμονίαν οὐκ ἀλόγως ἐοίκασιν ἐκ τῶν βίων

[o] Ἤθεσιν C C C. Ven. 2. nobifcum vero legit Andr. Vide Vict. [p] Ἀρχεῖ Baf. in marg. Sic etiam in marg. C C C. recentiori vero manu: fed pro ἀρχὴ facit quod infra fub finem cap. vii. repetitur. [q] Ἔχοι N C. Ven. 1. ἢ ante ἔχει deeft MSS. [r] Νοήσει N C. et El. Sic vulg. editt. quæ etiam αὐτῷ habent, et poftea αὐτῷ νοέῃ, cui lectioni hæc poftponenda non eft, quam agnofcit Andr. et MSS. [s] N C. et El. hic verfus deeft: eum Hefiodi non effe cenfuit Muretus, quem videas. Hefiod. Ἔργων. v. 293. [t] Ἕκαστος ἀκολούθως τῷ οἰκείῳ βίῳ τὴν εὐδαιμονίαν ὁρίζεται, *fînguli pro fuo, in quo verfantur, vitæ genere, felicitatem definiunt.* Andr.

iis rebus fumendum eft, quæ funt nobis notæ. Quocirca qui de rebus honeftis et juftis, et, ut femel dicam, de civilibus utiliter auditurus eft, eum oportet effe bene educatum beneque moratum: principium eft enim fcire rem ita effe; quod fi fit fatis perfpicuum, cur ita fit non magnopere defiderabitur. Homo autem ejufmodi aut jam tenet principia, aut ea facile percipere ac tenere poffit; cui vero neutrum horum fuppetit, audiat Hefiodi verfus:

Optimus eft, fefe qui novit cuncta magiftro,
Ad finem ufque videns quæ femper funt meliora;
Eft bonus ille etiam, qui paret recta monenti:
At qui mentis inops aliorum audire recufat
Confilia, hic malus eft, telluris inutile pondus.

CAP. V.

SED nos eo unde digreffi fumus orationem revocemus: nam fummum bonum et beatitudinem non fine ratione ex variis vitæ generi-

ὑπολαμβάνειν· οἱ μὲν πολλοὶ καὶ [u] φορτικώτατοι τὴν ἡδονήν· διὸ καὶ τὸν βίον ἀγαπῶσι τὸν ἀπολαυστικόν. Τρεῖς γάρ εἰσι μάλιστα οἱ προέχοντες, ὅ, τε νῦν εἰρημένος, καὶ ὁ πολιτικός, καὶ τρίτος ὁ θεωρητικός. [x] Οἱ μὲν οὖν πολλοὶ παντελῶς ἀνδραποδώδεις φαίνονται, βοσκημάτων βίον προαιρούμενοι· (τυγχάνουσι δὲ λόγου) διὰ τὸ πολλοὺς τῶν ἐν ταῖς ἐξουσίαις [y] ὁμοιοπαθεῖν Σαρδαναπάλῳ· οἱ δὲ χαρίεντες καὶ πρακτικοὶ τιμήν· τοῦ γὰρ πολιτικοῦ βίου σχεδὸν τοῦτο τὸ τέλος. Φαίνεται δὲ [z] ἐπιπολαιότερον εἶναι τοῦ ζητουμένου· δοκεῖ γὰρ ἐν τοῖς τιμῶσι μᾶλλον εἶναι, ἢ ἐν τῷ τιμωμένῳ· τἀγαθὸν δὲ οἰκεῖόν τι καὶ δυσαφαίρετον εἶναι μαντευόμεθα. Ἔτι δὲ ἐοίκασι τὴν τιμὴν διώκειν, ἵνα πιστεύωσιν ἑαυτοὺς ἀγαθοὺς εἶναι· ζητοῦσι γοῦν ὑπὸ τῶν φρονίμων τιμᾶσθαι, καὶ παρ' οἷς γιγνώσκονται,

[u] Per *maximo odio digni* verti vult Vict. [1] Eud. lib. i. cap. 4. [x] Distinctionem hanc sequuntur etiam aliæ editt. Sequentia tamen hanc videntur postulare, οἱ μὲν οὖν πολλοὶ παντελῶς ἀνδραποδώδεις, φαίνονται βοσκημάτων βίον προαιρούμενοι: nam hujus membri redditio est, οἱ δὲ χαρίεντες καὶ πρακτικοί, τιμήν. *Sylb.* [y] Ὁμοπαθεῖν El. [z] *Minus exquisitum* et *levius* atque *minus solidum*; qualia sunt, quæ supra aquas fluitant.

bus existimare videntur: vulgus quidem et ineptissimi stolidissimique homines esse voluptatem: itaque eam etiam vitam amplectuntur, quæ tota in perfruendis voluptatibus consumitur. Tria enim sunt vitæ genera quæ maxime antecellunt, unum quod modo diximus, alterum civile, tertium id quod in contemplatione et cognitione rerum versatur. Ac multitudo quidem mancipiorum simillima est, ut quæ pecudum vitam cæteris anteponat: sed probabili ratione, cur ita sentiat, nititur, eoque patienter auditur, quod complures eorum, qui potestate et auctoritate præditi sunt, similibus, atque Sardanapalus, animi affectibus serviunt: politi vero homines et ii, qui ad agendum se contulerunt, beatitudinem in honore positam esse putant; fere enim vitæ civili hic propositus finis est: sed videtur eo, quem quærimus, infirmior minusque stabilis esse: est enim honor situs in iis potius, qui honorem deferunt, quam in eo, qui honore afficitur: at summum bonum proprium quiddam et ejusmodi, quod haud facile eripi possit, esse auguramur. Præterea vero honorem eo persequi videntur, ut credant se ipsos bonos esse: itaque coli se atque honore affici a prudentibus, et ab iis, qui-

καὶ ἐπ' ἀρετῇ· δῆλον οὖν, ὅτι κατά γε τούτους ἡ ἀρετὴ [a] κρείττων. Τάχα δὲ καὶ μᾶλλον ἄν τις τέλος τοῦ πολιτικοῦ βίου ταύτην ὑπολάβοι. φαίνεται δὲ [b] ἀτελεστέρα καὶ αὐτή· δοκεῖ γὰρ ἐνδέχεσθαι καὶ καθεύδειν ἔχοντα τὴν ἀρετήν, ἢ ἀπρακτεῖν διὰ βίου, καὶ πρὸς τούτοις κακοπαθεῖν καὶ ἀτυχεῖν τὰ μέγιστα· τὸν δὲ οὕτω ζῶντα οὐδεὶς ἂν εὐδαιμονίσειεν, [c] εἰ μὴ [d] θέσιν διαφυλάττων. Καὶ περὶ μὲν τούτων ἅλις· ἱκανῶς γὰρ καὶ ἐν τοῖς [e] ἐγκυκλίοις εἴρηται περὶ αὐτῶν. Τρίτος δέ ἐστιν ὁ θεωρητικός, ὑπὲρ οὗ τὴν ἐπίσκεψιν [1] ἐν τοῖς ἑπομένοις ποιησόμεθα· ὁ δὲ [f] χρηματιστὴς βίαιός τίς ἐστι, καὶ ὁ πλοῦτος δῆλον ὅτι οὐ τὸ ζητούμενον ἀγαθόν· χρήσιμον γὰρ καὶ ἄλλου χάριν. Διὸ μᾶλλον τὰ πρότερον λεχθέντα τέλη τις ἂν ὑπο-

[a] Quidam libri veteres κρεῖττον (sic MSS. et Ven. 1. et 2.) idque mihi concinnius videtur. *Muret.* [b] Ἀσθενεστέρα N C. [c] Ἢ μὴ Ven. 1. [d] Θέσις quælibet interdum propositio est; interdum tamen pro ea nominatim usurpatur, quæ admirabilis, incredibilis, simillima paradoxis existimatur: quod docet Aristot. i. Top. [e] Varie de hujus vocabuli significatione sentiunt eruditi: alii id carmina quædam, alii libros quosdam, qui omnium artium et scientiarum doctrinam, quam ἐγκυκλοπαιδείαν dixerunt, continebant, significare volunt: quidam autem idem esse quod ἐξωτερικά. Vide Eustrat. et Gruch. [1] Lib. x. [f] Χρηματιστικὸς Bas. in marg. et Andr. Potest esse vel βίος χρημ. vel ἄνθρωπος, potius vero βίος. βίαιος βίος interpretari licet vel *vitæ genus rapax*, vel quod *curis est ple-*

bus noti sunt, et virtutis nomine, volunt: perspicuum igitur est, horum quidem judicio, virtutem honore melius quiddam esse. Atque hanc potius fortasse aliquis vitæ civilis esse finem statuerit: sed hæc ipsa quoque imperfecta et manca quodammodo videtur esse: contingere enim posse videtur, ut qui virtute sit præditus, aut dormiat, aut in tota vita nihil agat, et præterea maximis in malis et calamitatibus versetur: eum autem, qui ita vivat, nemo in beatis numeraverit, nisi qui propositum admirabile et abhorrens a communibus hominum sensibus tueri velit. Ac de his quidem satis: nam de eis abunde etiam in Encycliis dictum est. Tertium vitæ genus est quod in rerum contemplatione cognitioneque consumitur, quod posterius considerabimus: quæ autem vita in pecuniæ quærendæ studio versatur, ea laboriosa est minimeque vitalis, et profecto in divitiis non est id bonum, quod quærimus, positum: illæ enim utiles sunt duntaxat et propter aliud expetendæ. Quapropter eos potius, quos supra exposuimus,

λάβοι· δι' αὐτὰ γὰρ ἀγαπᾶται· φαίνεται δ' οὐδ' ἐκεῖνα· [g] καίτοι πολλοὶ λόγοι πρὸς αὐτὰ καταβέβληνται. Ταῦτα μὲν οὖν ἀφείσθω.

ΚΕΦ. ϛʹ.

[1] ΤΟ δὲ καθόλου βέλτιον ἴσως ἐπισκέψασθαι, καὶ διαπορῆσαι πῶς λέγεται, καίπερ προσάντους τῆς τοιαύτης γινομένης ζητήσεως, διὰ τὸ [h] φίλους ἄνδρας εἰσαγαγεῖν τὰ εἴδη. Δόξειε δ' ἂν ἴσως βέλτιον εἶναι, καὶ δεῖν, ἐπὶ σωτηρίᾳ γε τῆς ἀληθείας, καὶ τὰ οἰκεῖα ἀναιρεῖν, ἄλλως τε καὶ φιλοσόφους ὄντας· ἀμφοῖν γὰρ ὄντοιν φίλοιν, ὅσιον προτιμᾶν τὴν ἀλήθειαν. Οἱ δὲ [i] κομίσαντες τὴν δόξαν ταύτην, οὐκ ἐποίουν ἰδέας ἐν οἷς τὸ πρότερον καὶ τὸ ὕστερον ἔλεγον· διόπερ οὐδὲ τῶν ἀριθμῶν ἰδέαν κατεσκεύαζον. Τὸ δὲ ἀγαθὸν λέγεται καὶ ἐν τῷ τί [k] ἐστι, καὶ ἐν τῷ ποιῷ, καὶ ἐν τῷ πρός τι· τὸ δὲ καθ'

num et minime tranquillum. Lambinus teſtatur in 2 codd. ſe legiſſe βίος ἄβιος, quam lectionem haud ineleganter expreſſit. [g] Sc. a veteribus, quorum alii in honore, alii in voluptate ſummum bonum collocarunt. [1] Eud. lib. i. cap. 8. Mag. Moral. lib. i. cap. 1. et cap. 4. hujus lib. [h] Platonem et illos, qui ab eo erant, intelligit. [i] Νομίσαντες Cam. [k] Ἐστι deeſt N C. El. et Ven. 2.

fines eſſe merito quis exiſtimaverit; propter ſe enim adamantur: veruntamen ne illi quidem bonorum videntur eſſe fines: atqui multæ rationes ad ea oſtendenda ac probanda ſunt allatæ. Sed hæc miſſa faciamus.

CAP. VI.

the lapse of time. it would be absurd to imagine, that death exposes to an equal vicissitude of fortune either good or bad as is discernible in our mortal career, and equally so to suppose that the various situations of the surviving relations have no effect upon the departed —

omnino posterorum res secundæ et adversæ. Difficultatem autem hæc quoque afferunt: fieri enim potest, ut, quem vita beata usque ad senectutem prosecuta sit, et qui supremum vitæ diem convenienter actæ jam ætati obierit, eum multæ in posteris mutationes ac varietates excipiant, ut eorum alii boni sint, eaque vita, quam merentur, potiantur, alii contra: atque hoc perspicuum est, etiam magno spatio interjecto, magnam in eis morum ac fortunæ dissimilitudinem ac varietatem, si cum parentibus conferantur, evenire posse. Absurdum igitur fuerit, si una cum eis mortuus quoque commutetur, fiatque nunc beatus, nunc contra miser: absurdum vero etiam illud esset, res posterorum nihil, ne ad ullum quidem usque tempus, ad parentes pertinere. Sed redeundum est ad id, quod ex priore loco dubitatum est: fortassis enim ex illo id quoque, quod posterius quærebamus, intelligetur. Si igitur supremus vitæ dies expectandus est, et tum quisque beatus existimandus est, cum eum diem obierit, non quod nunc beatus sit, sed quod antea fuerit: nonne absurdum est, cum quis beatus est, tum id quod in eo inest de ipso non vere dictum iri, ob hanc causam, quod vivos

Taking fortune for our guide we might justly [call] the same man happy & miserable almost at same instant

The claims of fortune to the command of happiness are rejected on account of its instability — the energies of Virtue are supported by their stability

μὴ βȣ́λεσθαι τȣ̀ς ζῶντας εὐδαιμονίζειν διὰ τὰς μεταβολὰς, καὶ διὰ τὸ μόνιμόν τι τὴν εὐδαιμονίαν ὑπειληφέναι, καὶ μηδαμῶς εὐμετάβολον· τὰς δὲ τύχας πολλάκις ἀνακυκλεῖσθαι περὶ τȣ̀ς αὐτȣ́ς; δῆλον γὰρ, ὡς εἰ συνακολȣθοίημεν ταῖς τύχαις, τὸν αὐτὸν εὐδαίμονα, καὶ πάλιν ἄθλιον ἐρȣ̃μεν πολλάκις, [h] χαμαιλέοντά τινα τὸν εὐδαίμονα ἀποφαίνοντες, καὶ σαθρῶς ἱδρυμένον. Ἢ τὸ μὲν ταῖς τύχαις ἐπακολȣθεῖν ȣ̓δαμῶς [i] ὀρθόν; οὐ γὰρ ἐν ταύταις τὸ εὖ ἢ κακῶς, ἀλλὰ προσδεῖται τȣ́των ὁ ἀνθρώπινος βίος, καθάπερ εἴπομεν· κύριαι δ' εἰσὶν αἱ κατ' ἀρετὴν ἐνέργειαι τῆς εὐδαιμονίας, αἱ δ' ἐναντίαι τȣ̃ ἐναντίȣ. Μαρτυρεῖ δὲ τῷ λόγῳ καὶ τὸ νῦν διαπορηθέν· περὶ ȣ̓δὲν γὰρ ȣ̓́τως ὑπάρχει τῶν [k] ἀνθρωπίνων βεβαιότης, ὡς περὶ τὰς ἐνεργείας τὰς κατ' ἀρετήν· μονιμώτεραι

[h] Χαμαιλέοντα vocat *eum, qui eſt varius, et modo hanc, modo illam ſpeciem præ ſe fert, quique ad contrarios proſperæ vel adverſæ fortunæ ſtatus mutatur.* Hoc animal aiunt in metu colorem mutare: unde Tertullianus in libro de Pallio ait iſtud de corio ſuo ludere. Imitatur autem omnes colores præter album, ut ait Plutarchus; vel, ut ait Plinius, præter rubrum et candidum. Qui plura cupit, legat Ariſtotelem lib. ii. de natura animalium, et Plinium lib. viii. cap. 33. et Theophraſtum in libro περὶ τῶν τὰς χρόας μεταβαλλόντων. [i] Forte ὀρθὸν, tranſlata interrogationis nota poſt τȣ̃ ἐναντίȣ. *Caſaub.* [k] Nonnulli codd. (ſic Ven. 2. Andr. N C. et El.) ἀνθρωπίνων ἔργων habent, quam lectionem Vet. Interp. adjuvat: puto tamen quod additum eſt, declarationem quandam fuiſſe, et ſine illo pulcherrime ſententiam ſtare. *Vict.*

beatos prædicare nolimus propter rerum commutationes caſuumque varietates, et quia beatitudinem quidem firmum quiddam et prope immutabile eſſe exiſtimemus: fortuna autem ſæpe ſeſe identidem convertens, atque in orbem volvens, eoſdem homines feriat? perſpicuum eſt enim, ſi fortunæ caſus ſequamur, nos eundem nunc beatum, nunc contra miſerum ſæpe eſſe dicturos, chamæleontem quendam, et parum ſtabili ſede collocatum, virum beatum noſtra oratione fingentes. An potius indignum atque iniquum eſt fortunæ varietatem et mobilitatem ſequi? non enim bene vel male vivendi ratio in hac poſita eſt, ſed fortunæ bona, ut adjumenta quædam, humana vita deſiderat, quemadmodum diximus: actiones autem virtuti conſentaneæ beatitudinis dominæ ſunt, miſeriarum vero contrariæ. Atque huic rationi teſtimonio eſt hoc ipſum, de quo prius dubitatum eſt: nulla enim in re humana tanta ineſt firmitudo, quanta in iis actio-

γὰρ καὶ τῶν ἐπιστημῶν αὗται δοκοῦσιν εἶναι· τούτων δὲ αὐτῶν αἱ [l] τιμιώταται καὶ μονιμώταται, διὰ τὸ μάλιστα καὶ συνεχέστατα καταζῆν ἐν αὐταῖς τοὺς μακαρίους· τοῦτο γὰρ ἔοικεν [m] αἰτίῳ τοῦ μὴ γίγνεσθαι περὶ [n] αὐτὰ [o] λήθην. Ὑπάρξει δὴ τὸ ζητούμενον τῷ εὐδαίμονι, καὶ ἔσται διὰ βίου τοιοῦτος· ἀεὶ γὰρ, ἢ μάλιστα πάντων, πράξει καὶ θεωρήσει τὰ κατ' ἀρετὴν, καὶ τὰς τύχας οἴσει κάλλιστα καὶ πάντῃ πάντως [p] ἐμμελῶς ὅ γ', ὡς ἀγαθὸς ἀληθῶς καὶ [q] τετράγωνος ἄνευ ψόγου. Πολλῶν δὲ γενομένων κατὰ τύχην, καὶ διαφερόντων μεγέθει καὶ μικρότητι, τὰ μὲν μικρὰ τῶν εὐτυχημάτων, ὁμοίως δὲ καὶ τῶν ἀντικειμένων, δῆλον, ὡς οὐ ποιεῖ ῥοπὴν τῆς ζωῆς· τὰ δὲ μεγάλα καὶ πολλὰ, γιγνόμενα μὲν εὖ, μακαριώτερον τὸν βίον ποιήσει· καὶ γὰρ αὐτὰ συνεπικοσμεῖν πέφυκε, καὶ ἡ χρῆσις αὐ-

[l] *Τιμιώτεραι, μονιμώτεραι* Ven. 2. Andr. *αἱ τιμιώτερ. διὰ τὸ* El. in hujus vero marg. in ſuperlativo gradu ſcribuntur altera manu. [m] *Αἴτιον* Ven. 2. [n] *Αὐτὰς* N C. et C C C. [o] Vix enim fieri poteſt, ut eorum obliviſcamur, quæ quotidie agimus, et quæ nos maxime delectant. [p] *Ἐμμελῶς, cum modulatione, concinne, decenter, æquabiliter.* [q] *Καὶ τετράγωνος ἄνευ ψόγου* verba ſunt Simonidis: ſententia autem integra reperitur apud Platonem in Protagora, his verbis: *λέγει γάρ που Σιμωνίδης πρὸς Σκόπαν, τὸν Κρέοντος υἱὸν τοῦ Θετταλοῦ, ὅτι ἄνδρα ἀγαθὸν μὲν ἀληθέως γενέσθαι χαλεπὸν, χερσί τε καὶ ποσὶ καὶ νόῳ τετράγωνον, ἄνευ ψόγου τετυγμένον.* In lib. iii. cap. 11. Rhet. Ariſtoteles dicit *τὸν ἀγαθὸν ἄνδρα φάναι εἶναι τετράγωνον, μεταφορά· ἄμφω γὰρ τέλεια.* Videtur autem *bonum et fortem virum* vocaſſe *quadratum*, vel a *figura quadrata*, quæ perfectiſſima habetur: vel a *corpore quadrato*; ut enim id corpus, quamcunque in partem projiciatur, ita cadit ut rectum permaneat, ſic *vir bonus* et *fortis* ſtat ſemper, neque ullo fortunæ impetu dejici poteſt.

nibus, quæ cum virtute conſentiunt; nam hæ vel ſcientiis ipſis ſtabiliores ac diuturniores eſſe videntur: atque harum ipſarum ut quæque plurimi eſt, ita diutiſſime permanet, propterea quod in eis maxime et aſſidue ætatem agunt beati: quæ videtur eſſe cauſa, cur nulla unquam oblivione deleantur. Inerit ergo in beato id quod quærimus, taliſque in vita futurus eſt: nam vel ſemper, vel omnium maxime ea et aget, et animo cernet, quæ cum virtute conjuncta ſunt, fortunæque caſus pulcherrime, omnique ex parte, et plane concinne feret, ut vere vir bonus et ſine vituperatione quadratus. Sed cum multa fortuito eveniant, eaque magnitudine et parvitate differant, perſpicuum eſt ea fortunæ bona, itemque contraria, quæ parva ſint, nihil ad vitam momenti habere: magna autem fortunæ beneficia et multa vitam beatiorem eſſe effectura; nam

τῶν καλὴ καὶ σπουδαία γίγνεται· ἀνάπαλιν δὲ συμβαίνοντα θλίβει καὶ λυμαίνεται τὸ μακάριον· λύπας τε γὰρ ἐπιφέρει, καὶ ἐμποδίζει πολλαῖς ἐνεργείαις. Ὅμως δὲ καὶ ἐν τούτοις διαλάμπει τὸ καλὸν, [r]ἐπειδὰν φέρῃ τις εὐκόλως πολλὰς καὶ μεγάλας ἀτυχίας, μὴ δι' ἀναλγησίαν, ἀλλὰ γεννάδας ὢν καὶ μεγαλόψυχος. Εἰ δ' εἰσὶν αἱ ἐνέργειαι κύριαι τῆς ζωῆς, καθάπερ εἴπομεν, οὐδεὶς ἂν γένοιτο τῶν μακαρίων ἄθλιος· οὐδέποτε γὰρ πράξει τὰ μισητὰ καὶ φαῦλα· τὸν γὰρ ὡς ἀληθῶς ἀγαθὸν καὶ ἔμφρονα πάσας οἰόμεθα τὰς τύχας εὐσχημόνως φέρειν, καὶ ἐκ τῶν ὑπαρχόντων ἀεὶ τὰ κάλλιστα πράττειν· καθάπερ καὶ στρατηγὸν ἀγαθὸν τῷ παρόντι στρατοπέδῳ χρῆσθαι [s]πολεμικώτατα, καὶ σκυτοτόμον ἐκ τῶν δοθέντων σκυτῶν κάλλιστον ὑπόδημα ποιεῖν, τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον καὶ τοὺς ἄλλους τεχνίτας ἅπαντας. Εἰ δ' οὕτως, ἄθλιος μὲν οὐδέποτε γένοιτ' ἂν ὁ εὐδαίμων· [t]οὐ μὴν μακάριός γε, ἂν Πρια-

there is a flat contradiction in terms, of what has been said before

[r] Ὡς ἐπειδὰν Ven. 1. et 2. [s] Στρατηγικώτατον pro πολεμικώτατα N C. [t] Ἀλλὰ μονονοὺ μακάριος τῆς γε τύχης ἕνεκα, ἐὰν Πριαμικαῖς περιπέσῃ τύχαις. Sed

et una ornamento ſuapte natura ſolent eſſe, et uſus eorum pulcher et bonus efficitur: contraria vero vitam beatam in anguſtias redigunt, et corrumpunt; ægritudines enim animis inferunt, et multorum munerum functiones impediunt. Veruntamen etiam in his ſplendet atque elucet ipſum honeſtum, tum maxime, cum quis multas et magnas calamitates fert leniter et placide, non quod doloris ſenſu careat, ſed quod generoſi magnique ſit animi. Itaque ſi vitæ dominatum ſummamque adeo poteſtatem obtinent muneris functiones, ut diximus, nullus beatus ullo pacto miſer eſſe poteſt; nunquam enim quicquam aget odio dignum aut improbum: nam qui vere bonus et bene ſanæ mentis eſt, eum putamus omnes fortunæ caſus decenter et ex perſonæ ſuæ dignitate ferre, ſemperque ex iis, quæ ſuppetunt, res pulcherrimas agere: quomodo et bonum imperatorem eo exercitu, qui præſto eſt, ſemper uti bellicoſiſſime, et ſutorem ex iis pellibus, quæ ad eum delatæ ſunt, calceum pulcherrimum conficere, eodemque modo cæteros artifices omnes. Quod ſi ita eſt, profecto vir beatus nunquam miſer ille quidem futurus eſt: haud fa-

μικαῖς τύχαις περιπέσῃ· οὐδὲ δὴ [u] ποικίλος γε καὶ εὐμετάβολος· οὔτε γὰρ ἐκ τῆς εὐδαιμονίας κινηθήσεται ῥᾳδίως, οὐδ᾽ ὑπὸ τῶν τυχόντων ἀτυχημάτων, ἀλλ᾽ ὑπὸ μεγάλων καὶ πολλῶν· ἔκ [x] τε τῶν τοιούτων οὐκ ἂν γένοιτο πάλιν εὐδαίμων ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ· ἀλλ᾽ εἴ περ, ἐν πολλῷ τινι καὶ τελείῳ, μεγάλων καὶ καλῶν ἐν αὐτῷ γενόμενος ἐπήβολος. Τί οὖν κωλύει λέγειν εὐδαίμονα τὸν κατ᾽ ἀρετὴν τελείαν ἐνεργοῦντα, καὶ τοῖς ἐκτὸς ἀγαθοῖς ἱκανῶς κεχορηγημένον, μὴ τὸν τυχόντα χρόνον, ἀλλὰ τέλειον βίον; ἢ προσθετέον, καὶ βιωσόμενον οὕτω, καὶ τελευτήσοντα κατὰ λόγον; ἐπειδὴ τὸ μέλλον ἀφανὲς ἡμῖν· τὴν εὐδαιμονίαν δὲ τέλος καὶ τέλειον τίθεμεν [y] πάντῃ πάντως. Εἰ δ᾽ οὕτω, μακαρίους [z] μὲν ἐροῦμεν τῶν ζώντων, οἷς ὑπάρχει

ſolummodo quod ad fortunam non beatus, ſi in eaſdem forte, in quas olim Priamus, calamitates incidat. Andron. Hæc hujus loci expoſitio eorum ſententiæ favet, qui cum Euſtratio medium quoddam ſtatuunt inter beatitudinem et miſeriam, et hoc modo hunc locum interpretantur: Is qui in *Priami* calamitates inciderit, cum careat iis bonis, ſine quibus eluceſcere non poteſt beatitudo, beatus dici non poteſt, neque tamen miſer, quia nullis ſuccumbit vitiis, citra quæ nulla eſt vera miſeria. Hæc difficultas minime ſolvi poteſt ex diſcrimine, quod quidam ſtatuunt inter εὐδαίμων et μακάριος, cum manifeſtum ſit, quod Ariſtoteles his duobus nominibus in hoc cap. promiſcue utitur. [u] Ποικίλος τις Ven. 2. ποικίλος τε El. [x] Τὲ non habent N C. C C C. Ven. 1. et 2. [y] Quidam omittunt πάντῃ ante πάντως: ſed geminatio iſta ſupra etiam fuit in hoc cap. *Sylb.* [z] Μὲν non agnoſcunt MSS. Ven. 1. 2. et Camot.

cile tamen beatus dici poterit, ſi in Priami calamitates inciderit: neque vero varius et mutabilis: nam ut neque facile de beata vita poterit demoveri, neque a quibuſlibet rebus adverſis, ſed a magnis et multis: ſic neque talibus fortunæ caſibus afflictus rurſus brevi tempore fieri poterit beatus: ſed ſi fiet, longo et juſto temporis intervallo fiet, cum magnarum et honeſtarum rerum interea compos fuerit effectus. Quid prohibet igitur, quo minus eum dicamus beatum, qui ſuas actiones perfecta virtute dirigit, boniſque externis mediocriter inſtructus eſt, non ad quodlibet tempus, ſed per vitam perfectam? an eodem etiam addere debemus, qui ſit ita victurus, et mortem ei vitæ convenienter obiturus? quandoquidem res futuræ nobis ſunt obſcuræ: beatitudinem autem finem eſſe, et quiddam prorſus et omni ex parte perfectum, ponimus. Quæ cum ita ſint, beatos ex vivis dicemus eos, in quibus ea inſunt,

καὶ ὑπάρξει τὰ λεχθέντα· μακαρίους δὲ, [a]ὡς ἀνθρώπους. Καὶ περὶ μὲν τούτων ἐπὶ τοσοῦτον διωρίσθω.

ΚΕΦ. ια΄.

ΤΑΣ δὲ τῶν ἀπογόνων τύχας καὶ τῶν φίλων ἁπάντων τὸ μὲν μηδοτιοῦν συμβάλλεσθαι, λίαν ἄφιλον φαίνεται, καὶ ταῖς δόξαις ἐναντίον. Πολλῶν δὲ καὶ παντοίας ἐχόντων διαφορὰς τῶν συμβαινόντων, καὶ τῶν μὲν μᾶλλον συνικνουμένων, τῶν δ᾽ ἧττον, καθ᾽ ἕκαστον μὲν διαιρεῖν μακρὸν καὶ ἀπέραντον φαίνεται· καθ᾽ ὅλου δὲ λεχθὲν καὶ τύπῳ τάχ᾽ ἂν ἱκανῶς ἔχοι. Εἰ δὴ καθάπερ καὶ τῶν περὶ αὐτὸν ἀτυχημάτων, τὰ μὲν ἔχει τι βρῖθος καὶ ῥοπὴν πρὸς τὸν βίον, τὰ δ᾽ ἐλαφροτέροις ἔοικεν· οὕτω καὶ τὰ περὶ τοὺς φίλους ὁμοίως ἅπαντας. Διαφέρει δὲ τῶν παθῶν ἕκαστον περὶ ζῶντας ἢ τελευτήσαντας συμβαίνειν, πολὺ μᾶλλον [b]ἢ τὰ παράνομα καὶ δεινὰ προϋπάρ-

[a] Ὡς abeſt a N C. El. Ven. 1. et 2. *Μακαρίους δὲ ὡς ἀνθρώπους ἀνθρωπίνην μακαριότητα, ἥτις οὐ πάντῃ τέλειον ἔχει τὸ ἀγαθόν. Beatum autem dico beatitudine humana, quæ non undique perfectum habet bonum.* Andr. [b] Hanc periochen vertit Lamb. *quam utrum facinora injuſta et atrocia aliorum, circa quæ tragœdia verſatur, jam olim perpetrata ſint, an nunc primum perpetrentur:* cui favet Euſtratius, et plu-

et inerunt, quæ a nobis ſupra dicta ſunt: beatos autem ut homines. Atque hæc quidem hactenus.

CAP. XI.

FORTUNAM autem ſecundam et adverſam poſterorum et amicorum omnium nihil beatum virum attingere dicere, cum valde ab amicitia alienum eſſe, tum a communibus hominum opinionibus abhorrere videtur. Sed cum multa quotidie eventa exiſtant, eorumque magna ſit varietas, cumque alia magis, alia minus ad nos pertineant; ea quidem ſigillatim explicare atque in partes diſtribuere longum atque infinitum videtur: univerſe autem oſtendere ac veluti rudi imagine adumbrare fortaſſe ſatis fuerit. Si igitur, ut res adverſæ, quæ cuique accidunt, aliæ pondus aliquod et momentum habent ad vitam, aliæ ſunt leviores: ſic eæ etiam quæ amicis omnibus. Sed permultum intereſt, utrum unuſquiſque caſus acerbus vivis, an mortuis accidat, et longe quidem magis intereſt, quam utrum res injuſtæ et atroces in tragœdiis olim pa-

→ The dead both are and are not affected by the fortunes of the living.

χειν ἐν ταῖς τραγῳδίαις, ἢ πράττεσθαι. Συλλογιστέον δὴ καὶ [c] ταύτην τὴν διαφοράν· μᾶλλον [d] δ' ἴσως τὸ διαπορεῖσθαι περὶ τοὺς κεκμηκότας, εἴ τινος ἀγαθοῦ κοινωνοῦσιν, ἢ τῶν ἀντικειμένων· ἔοικε γὰρ ἐκ τούτων, εἰ καὶ διϊκνεῖται πρὸς αὐτοὺς ὁτιοῦν, εἴτε ἀγαθὸν, εἴτε τοὐναντίον, ἀφαυρόν τι καὶ μικρὸν, [e] ἢ ἁπλῶς, ἢ ἐκείνοις εἶναι· [f] εἰ δὲ μὴ, τοσοῦτόν γε καὶ τοιοῦτον, ὥστε μὴ ποιεῖν εὐδαίμονας τοὺς μὴ ὄντας, μηδὲ τοὺς ὄντας [g] μακαρίους ἀφαιρεῖσθαι τὸ μακάριον. [h] Συμβάλλεσθαι μὲν οὖν τι φαίνονται τοῖς κεκμηκόσιν αἱ εὐπραξίαι τῶν φίλων, ὁμοίως δὲ καὶ αἱ δυσπραξίαι· τοιαῦτα δὲ καὶ τηλικαῦτα, ὥστε μήτε τοὺς εὐδαίμονας μὴ εὐδαίμονας ποιεῖν, μήτ' ἄλλο τῶν τοιούτων μηδέν.

are partakers — of which extent & magnitude

vel natura sua vel quia mortuis pervenit

rimi Latini interpretes. Argyropylus vero tranſtulit: *quam res nefandæ graveſque agantur, an in tragœdiis recitentur:* quæ verſio etiam ad mentem Ariſtot. accommodata videtur, et confirmatur ab Andr. qui hoc *ſimile* explicat his verbis: *ὅσην ἔχει διαφορὰν τὰ ἐν ταῖς τραγῳδίαις πλαττόμενα κακὰ τῶν προϋπαρξάντων πραγμάτων, ὧν ταῦτα σκιαί. Quantum differunt ea quæ in tragœdiis repræſentantur, mala a malis ipſis, quorum hæc tantum umbræ ſunt.* Vide Gruchium. [c] Ταύτην Ven. 2. [d] Quidam ἴσως τόδε δεῖ διαπορεῖσθαι emendant, ſine ratione et libris. *Caſaub.* [e] Ἢ ἁπλῶς, id eſt, vel natura ſua et per ſe parvum: ἢ ἐκείνοις, id eſt, vel mortuis ipſis eſt exiguum; licet enim magnum ipſum fuerit, imminutum valde perventurum eſt ad mortuos. [f] Vet. Interp. ſic videtur legiſſe, εἰ δὲ, μὴ τοσοῦτόν γε καὶ τοιοῦτον, ὥστε ποιεῖν εὐδαίμονας τοὺς μὴ ὄντας: cujus ſcripturæ hæc erit ſententia, Sin aliquid valeat, at non tantum certe, neque tale eſſe, ut vel eos, qui non ſint, beatos efficiat. *Lamb.* Huic lectioni favet Andr. qui ſic hunc locum exponit, εἰ δὲ ἔχει τινὰ δύναμιν, ἀλλ' οὐ τοσαύτην γε καὶ τοιαύτην, ὥστε ποιεῖν εὐδαίμονας τοὺς μὴ ὄντας, ἢ τοὺς ὄντας ἀφαιρεῖσθαι τὴν μακαριότητα. [g] Μακαρίους deeſt El. C C C. et Andr. nec Vet. Interp. expreſſit. Ariſtotelis non fuiſſe videtur, qui ſemper brevitate gaudet. [h] Συμβάλλεσθαι μὲν οὖν &c. uſque ad finem cap. Scholion fuiſſe ſuſpicatur Victorius. Cum vero plurimi libri, tam impreſſi quam manu exarati, illa habeant, et Vet. Interp. expreſſerit, et Euſtratius et Andronicus agnoſcant; ſi ſint Scholion, vetuſtiſſimum eſt.

tratæ fuerint, an *coram* perpetrentur. Colligenda hoc etiam modo erit differentia: immo vero de hoc quærendum ac dubitandum eſt, utrum mortui boni alicujus aut mali ſint participes, necne: apparet enim ex his, etiamſi quid ad eos perveniat, quodcunque ſit illud, ſive bonum, ſive malum, perquam id leve atque exiguum vel abſolute, vel illis eſſe: ſin aliter, at certe tantillum, ac tale, ut neque eos, qui non ſunt, beatos efficiat, neque beatitudinem iis, qui eam adepti ſunt, adimat. Videntur igitur res amicorum tum ſecundæ, tum adverſæ, nonnihil ad mortuos pertinere: ſed ita et tantum, ut neque beatos non beatos efficiant, neque quicquam aliud tale.

ΚΕΦ. ιβʹ.

ΔΙΩΡΙΣΜΕΝΩΝ δὲ τούτων, ἐπισκεψώμεθα περὶ τῆς εὐδαιμονίας, πότερα [i] τῶν ἐπαινετῶν ἐστιν, ἢ μᾶλλον τῶν τιμίων· δῆλον γάρ, ὅτι τῶν γε δυνάμεων οὐκ ἐστί. Φαίνεται δὴ πᾶν τὸ ἐπαινετὸν τῷ ποιόν τι εἶναι, καὶ πρός τί πως ἔχειν, ἐπαινεῖσθαι· τὸν γὰρ δίκαιον, καὶ τὸν ἀνδρεῖον, καὶ ὅλως τὸν ἀγαθόν, καὶ τὴν ἀρετὴν ἐπαινοῦμεν διὰ τὰ ἔργα καὶ τὰς πράξεις· καὶ τὸν ἰσχυρόν, καὶ τὸν δρομικόν, καὶ τῶν ἄλλων ἕκαστον, τῷ ποιόν τινα πεφυκέναι καὶ ἔχειν πως πρὸς ἀγαθόν τι καὶ σπουδαῖον. Δῆλον δὲ τοῦτο καὶ ἐκ τῶν περὶ τοὺς θεοὺς ἐπαίνων· [k] γελοῖοι γὰρ φαίνονται πρὸς ἡμᾶς ἀναφερόμενοι· τοῦτο δὲ συμβαίνει διὰ τὸ γίνεσθαι τοὺς ἐπαίνους δι' ἀναφορᾶς, ὥσπερ

[i] Ἔστι γὰρ τῶν ἀγαθῶν, τὰ μὲν τίμια, τὰ δὲ ἐπαινετά, τὰ δὲ δυνάμεις. Τὸ δὲ τίμιον λέγω, τὸ τοιοῦτον, τὸ θεῖον, τὸ βέλτιον, οἷον ψυχή, νοῦς· τὸ ἀρχαιότερον, ἡ ἀρχή, τὰ τοιαῦτα· τίμια δέ, ἐφ' οἷς ἡ τιμή. Τοῖς δὲ τοιούτοις πᾶσι τιμὴ ἀκολουθεῖ· οὐκοῦν καὶ ἡ ἀρετὴ τίμιον, ὅταν γε δὴ ἀπ' αὐτῆς σπουδαῖός τις γένηται· ἤδη γὰρ οὗτος εἰς τὸ τῆς ἀρετῆς σχῆμα ἥκει. Τὰ δ' ἐπαινετά, οἷον ἀρεταί· ἀπὸ γὰρ τῶν κατ' αὐτὰς πράξεων ὁ ἔπαινος γίνεται. Τὰ δὲ δυνάμεις, οἷον ἀρχή, πλοῦτος, ἰσχύς, κάλλος· τούτοις γὰρ καὶ ὁ σπουδαῖος εὖ ἂν δύνηται χρήσασθαι, καὶ ὁ φαῦλος κακῶς· διὸ δυνάμει τὰ τοιαῦτα καλοῦνται ἀγαθά. Ἀγαθὰ μὲν δή εἰσι· δοκιμάζεται γὰρ τῇ τοῦ σπουδαίου αὐτῶν ἕκαστον χρήσει, οὐ τῇ τοῦ φαύλου. Magn. Moral. lib. i. cap. 2. Vide Eud. lib. ii. cap. 1.

[k] Laudes, quæ vulgo Diis tribui solent, ridiculæ sunt, et multo infra ipsorum majestatem, cum referantur ad beneficia, quæ ipsi in homines contulerunt: ut cum Jovem vocant κτήσιον, ἐπικάρπιον, χαριδότην. Plutarchus Στωικοῖς ἐναντιώμασι. Dionysius ἐν τῷ περὶ τῶν πανηγυρικῶν, de Deorum laudationibus loquens, ὁ δὲ τόπος, inquit, σχεδὸν συμπληρωθήσεται, ἐξ ὧν ἕκαστος ἢ εὗρεν ἢ παρέσχε τοῖς ἀνθρώποις. *Mur.*

CAP. XII.

HIS autem distinctis, restat ut de beatitudine videamus, utrum habenda sit in numero rerum laudabilium, an in earum potius, quæ honore dignæ sunt: est enim perspicuum, eam non numerari in potestatibus. Videtur igitur id omne, quod laudabile est, ob eam causam laudari, quod sit cujusdammodi, et ad aliquid quodammodo referatur: nam justum, fortem, et omnino virum bonum, ac virtutem propter facta et actiones laudamus: robustum, et eum, qui ad cursum aptus est, et unumquemque aliorum, propterea laudamus, quod a natura sic comparatus, et quodammodo ad aliquod bonum et præstantiam aliquam affectus est. Quod etiam declarant deorum laudes: ridiculæ enim videntur, cum ad nos referuntur: atque hoc propterea accidit, quod laudes, quemadmodum diximus, compa-

doxus hence argued in favour of the superiority of pleasure, that because it was not an object of praise, it was numbered amongst those things which were superior to it

εἴπομεν. Εἰ δ' ἐστὶν ὁ ἔπαινος τῶν τοιούτων, δῆλον, ὅτι τῶν ἀρίστων οὐκ ἔστιν ἔπαινος, ἀλλὰ μεῖζόν τι καὶ βέλτιον, καθάπερ καὶ φαίνεται· τούς τε γὰρ θεοὺς [l] μακαρίζομεν καὶ εὐδαιμονίζομεν, καὶ τῶν ἀνδρῶν τοὺς θειοτάτους μακαρίζομεν· ὁμοίως δὲ καὶ τῶν ἀγαθῶν· οὐδεὶς γὰρ τὴν εὐδαιμονίαν ἐπαινεῖ, καθάπερ τὸ δίκαιον, ἀλλ' ὡς θειότερόν τι καὶ βέλτιον μακαρίζει. Δοκεῖ δὲ καὶ [m] Εὔδοξος καλῶς συνηγορῆσαι περὶ τῶν ἀριστείων τῇ ἡδονῇ· τὸ γὰρ μὴ ἐπαινεῖσθαι, τῶν ἀγαθῶν οὖσαν, μηνύειν ᾤετο ὅτι κρεῖττόν ἐστι τῶν ἐπαινετῶν· τοιοῦτον δὲ εἶναι τὸν θεὸν καὶ τἀγαθόν· πρὸς ταῦτα γὰρ καὶ τἄλλα ἀναφέρεσθαι· ὁ μὲν γὰρ ἔπαινος τῆς ἀρετῆς, πρακτικοὶ γὰρ τῶν καλῶν ἀπὸ ταύτης· τὰ δὲ ἐγκώμια τῶν ἔργων, ὁμοίως καὶ τῶν σωματικῶν, καὶ τῶν ψυχικῶν. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἴσως οἰκειότερον ἐξακριβοῦν

[l] Μακαρίζομεν καὶ εὐδαιμονίζομεν, eadem vis notioque eſt verbi utriuſque, ut Ariſtoteles teſtatus eſt in lib. i. Rhet. quo in loco ἔπαινον ab ἐγκωμίῳ diſtinguit: docet enim illic, ut μακαρισμὸς longe aliud eſt a ſuperioribus his, ita nulla re differre ab εὐδαιμονισμῷ. *Vict.* [m] Eudoxus fuit ortu Cnidius, auditor Platonis, doctiſſimus in aſtrologia, ut teſtatur Cicero lib. ii. de Divinatione. Ille in voluptate beatitudinem collocavit.

ratione et relatione quadam conſtant. Quod ſi laus talibus rebus tribuitur, nimirum perſpicuum eſt rerum præſtantiſſimarum non eſſe laudem, ſed quiddam laude majus, et melius, quemadmodum et apparet: nam et deos beatos ac felices uſurpamus, et viros maxime divinos vitam beatam degere dicimus: itemque ea bona, quæ diviniſſima ſunt, beata prædicamus: beatitudinem enim nemo laudibus effert, ut juſtitiam, ſed ut divinius et melius quiddam ſuſpicit, et in rerum beatiſſimarum numero collocat. Videtur autem eleganter etiam Eudoxus cauſam voluptatis egiſſe, cum principem locum dignitatis ei tribuere vellet: nam quod, cum ſit ipſa in numero rerum bonarum, non laudetur, eo declarari putabat, eam rebus iis, quæ eſſent laudabiles, eſſe meliorem: talem autem eſſe deum ac ſummum bonum; ad hæc enim cætera quoque referri: nam virtuti quidem laus proprie tribuitur; ab hac enim ad res honeſtas agendas idonei efficimur: encomia autem factorum ſunt potius, et eorum ſimiliter, quæ corporis, et eorum, quæ animi viribus obeuntur. Sed de his quidem ſubtilius ac limatius diſputare eorum eſt magis,

τοῖς περὶ τὰ ἐγκώμια πεπονημένοις· ἡμῖν δὲ δῆλον ἐκ τῶν εἰρημένων, ὅτι ἐςὶν ἡ εὐδαιμονία τ̃ τιμίων καὶ τελείων. Ἔοικε δὲ οὕτως ἔχειν, καὶ διὰ τὸ εἶναι [n] ἀρχήν· ταύτης γὰρ χάριν τὰ λοιπὰ πάντες πάντα πράττομεν· τὴν ἀρχὴν δὲ καὶ τὸ αἴτιον τῶν ἀγαθῶν τίμιόν τι καὶ θεῖον τίθεμεν.

ΚΕΦ. ιγʹ.

ΕΠΕΙ δὲ ἐςὶν ἡ εὐδαιμονία ψυχῆς ἐνέργειά τις κατ᾽ ἀρετὴν τελείαν, περὶ ἀρετῆς ἐπισκεπτέον· τάχα γὰρ οὕτως ἂν βέλτιον καὶ περὶ τῆς εὐδαιμονίας θεωρήσαιμεν. Δοκεῖ δὲ καὶ ὁ κατὰ ἀλήθειαν πολιτικὸς περὶ ταύτην μάλιςα πεπονῆσθαι· βέλεται γὰρ τὲς πολίτας ἀγαθὲς ποιεῖν, καὶ τῶν νόμων ὑπηκόες· παράδειγμα δὲ τέτων ἔχομεν, τὲς [o] Κρητῶν καὶ Λακεδαιμονίων νομοθέτας, καὶ εἴ τινες ἕτεροι τοιοῦτοι γεγένηνται. Εἰ δὲ τῆς πολιτικῆς ἐςιν ἡ σκέψις αὕτη, δῆλον,

[n] Ἀρχὴ, nominandi cafu, antiquus fidelifque liber (fic N C. et Ven. 1.) quod non difplicet. *Vict.* [o] Horum alteris leges tuliffe Minoem, auctore Jove; alteris Lycurgum, auctore Apolline, perhibent.

qui in encomiis fcribendis occupati funt: nobis autem ex iis, quæ dicta funt, perfpicuum eft in bonis iis, quæ honore digna et perfecta funt, vitam beatam effe numerandam. Atque ita videtur effe, etiam propter hanc caufam, quod principium eft: hujus enim gratia omnes reliqua omnia agimus: principium autem, caufamque cur cætera bona fint, honore dignum et divinum quiddam effe ducimus.

CAP. XIII.

SED quoniam beatitudo functio quædam muneris animi eft, virtuti undique abfolutæ congruens, de virtute videndum eft: fic enim fortaffe et de beatitudine melius difpicere poterimus. Atque is quidem, qui ad rempublicam adminiftrandam vere idoneus eft, in hujus ftudio maxime exercitatus effe videtur: huc enim fe parat, atque hoc ftudet, ut cives fuos, viros bonos, et legibus obedientes efficiat: quarum rerum exemplum nobis fuppeditant Cretenfium et Lacedæmoniorum legumlatores, et fi qui alii tales exftiterunt. Quod fi hæc civilis fcientiæ propria difputatio eft, nimirum ad id confilium, atque inftitutum,

ὅτι γένοιτ' ἂν ἡ ζήτησις κατὰ τὴν ἐξ ἀρχῆς προαίρεσιν. Περὶ ἀρετῆς δὲ ἐπισκεπτέον, ἀνθρωπίνης δηλονότι· καὶ γὰρ τὸ ἀγαθὸν ἀνθρώπινον ἐζητοῦμεν, καὶ τὴν εὐδαιμονίαν ἀνθρωπίνην· ἀρετὴν δὲ λέγομεν ἀνθρωπίνην, οὐ τὴν τοῦ σώματος, ἀλλὰ τὴν τῆς ψυχῆς· καὶ τὴν εὐδαιμονίαν δὲ, ψυχῆς ἐνέργειαν λέγομεν. Εἰ δὲ ταῦθ' οὕτως ἔχει, δῆλον, ὅτι δεῖ τὸν πολιτικὸν εἰδέναι πως τὰ περὶ ψυχήν· [p] ὥσπερ καὶ τὸν ὀφθαλμοὺς θεραπεύσοντα, καὶ πᾶν σῶμα· καὶ μᾶλλον ὅσῳ τιμιωτέρα καὶ βελτίων ἡ πολιτικὴ τῆς ἰατρικῆς. Καὶ τῶν ἰατρῶν δ' οἱ χαρίεντες πολλὰ πραγματεύονται περὶ τὴν τοῦ σώματος γνῶσιν. Θεωρητέον δὴ καὶ τῷ πολιτικῷ περὶ ψυχῆς· θεωρητέον δὲ τούτων χάριν, καὶ ἐφ' ὅσον ἱκανῶς ἔχει πρὸς τὰ ζητούμενα· τὸ γὰρ ἐπὶ πλεῖον ἐξακριβοῦν ἐργωδέστερον ἴσως ἐστὶ τῶν προ-

[p] Lambinus hanc periochen hoc modo vertit, *nimirum ut eum, qui oculos et totum corpus curaturus eſt, oculorum, totiuſque corporis naturam oportet habere perſpectam:* et in hunc ſenſum plurimi alii Latini Interpretes tranſtulerunt: ſed, ni fallor, male. Nobiſcum facit Victorius, et Andronicus, qui ſic explicat, *ὥσπερ καὶ τὸν μέλλοντα ὀφθαλμὸν θεραπεύσειν, τοῦ σώματος παντὸς τὴν γνῶσιν ἔχειν ἀνάγκη.* Si hoc in ſenſu ſumatur, *ſimile* eſt valde appoſitum, et ſententia erit integra. Lambini autem interpretatio ſenſum omnino languidum et jejunum, et ſententiam, præter auctoris morem, mancam prorſus reddit.

quod ab initio ſuſcepimus, quæſtio hæc erit accommodata. De virtute autem videndum eſt, humana ſcilicet: nam cum ſummum hominis bonum, tum beatitudinem humanam quærebamus: virtutem porro humanam appellamus, non corporis, ſed animi virtutem: jam vero etiam beatitudinem functionem muneris animi dicimus. Quod ſi hæc ita ſe habent, nimirum ut eum, qui oculos curaturus eſt, totius corporis naturam oportet habere perſpectam: ſic eum, qui ad gubernacula reipublicæ aptus futurus eſt, ea, quæ ad animum pertinent, quodammodo ſcientia comprehendiſſe: atque eo quidem magis, quo majore honore digna, quam medicina, ſcientia civilis eſt. Porro etiam ii medici, qui ſunt politiores, multum ſtudii atque operæ in cognitione corporis ponere conſueverunt. Ergo ei quoque, qui civitatis regendæ peritus futurus eſt, in animi cognitionem cura atque opera multa conferenda eſt: conferenda, inquam, harum rerum gratia, et quatenus ſatis ſit ad ea, quæ quærimus: namque accuratius ejus vim inquirere atque explicare majoris fortaſſe nego-

κειμένων. Λέγεται δὲ περὶ αὐτῆς καὶ ἐν τοῖς [q] ἐξωτερικοῖς λόγοις ἀρκούντως ἔνια, καὶ χρηστέον αὐτοῖς· οἷον τὸ μὲν ἄλογον αὐτῆς εἶναι, τὸ δὲ λόγον ἔχον. Ταῦτα δὲ πότερον διώρισται, καθάπερ τὰ τοῦ σώματος μόρια, καὶ πᾶν τὸ μεριστόν, ἢ τῷ λόγῳ δύο ἐστὶν ἀχώριστα πεφυκότα, [r] καθάπερ ἐν τῇ περιφερείᾳ τὸ κυρτὸν καὶ τὸ κοῖλον, οὐδὲν διαφέρει πρὸς τὸ παρόν. Τοῦ ἀλόγου δὲ τὸ μὲν ἔοικε κοινῷ καὶ φυτικῷ· λέγω δὲ τὸ αἴτιον τοῦ τρέφεσθαι καὶ τοῦ [s] αὔξεσθαι· τὴν τοιαύτην γὰρ δύναμιν τῆς ψυχῆς ἐν ἅπασι τοῖς τρεφομένοις θείη τις ἄν, καὶ ἐν τοῖς ἐμβρύοις, τὴν αὐτὴν δὲ [t] ταύτην καὶ ἐν τοῖς τελείοις· [u] εὐλογώτερον γὰρ ἢ ἄλλην τινά. Ταύτης μὲν οὖν κοινή τις ἀρετή, καὶ οὐκ ἀνθρωπικὴ φαίνεται· δοκεῖ γὰρ ἐν τοῖς ὕπνοις ἐνερ-

[q] Inter varias de τῶν λόγων ἐξωτερικῶν ſignificatione opiniones, veriſimilior eſt eorum, qui putant ἐξωτερικὰ denotare ea, quæ ab Ariſtotele populariter et minus accurate ſcripta erant, et opponi ἀκροαματικοῖς, quæ erant limatius ſcripta. Huic ſententiæ adſtipulatur Andronici παράφρασις. Περὶ ψυχῆς τοίνυν οὐ μόνον ἐν συγγράμμασιν, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ στόματος πρὸς τοὺς ἐντυγχάνοντας ἀρκούντως εἴπομεν ἔνια. *Porro de anima, non in ſcriptis tantum quibuſdam, ſed et viva voce apud auditores noſtros, nonnulla ſatis luculenter tradidimus.* Vide Cic. de Fin. [r] Καθάπερ ἐν τῇ περιφερείᾳ τὸ κυρτὸν καὶ τὸ κοῖλον· ἓν μὲν γάρ εἰσι πρᾶγμα, καὶ ἀχώριστα πέφυκε, τῷ ὁρισμῷ δὲ διαφέρουσιν· ἄλλος γὰρ ὁρισμὸς τῆς περιφερείας καθὸ κοίλης, καὶ ἄλλος καθὸ κυρτῆς. *Andr.* [s] Αὐξάνεσθαι Ven. 1. 2. et Andr. [t] Ταύτην abeſt ab El. et Andr. [u] Εὐλογώτερα Ven. 1.

tii ſit, quam ea ipſa, quæ nobis propoſita ſunt. De quo etiam in exotericis diſputationibus ſatis copioſe dicuntur nonnulla, atque eis utendum eſt: exempli cauſa, unam eſſe animi partem rationis expertem, participem alteram. Quæ utrum diſtinctæ ſint, quemadmodum corporis partes, et quicquid in partes ſecari poteſt, an ratione duæ ſint, ſuapte alioqui natura indiviſæ, ut in rotunda figura ea pars, quæ convexa, et ea, quæ concava dicitur, ad id, quod nunc agimus, nihil refert. Ejus autem partis, quæ rationis expers eſt, altera eſt, quæ ejus, quæ communis eſt, et quæ ſtirpibus convenit, ſimilis eſt: eam dico, quæ alendi augendique corporis cauſa eſt: talem enim animi vim cum in iis omnibus, quæ aluntur, atque adeo in fœtibus immaturis atque imperfectis ponere licet, tum etiam in perfectis animantibus: probabilius eſt enim hanc eandem eſſe, quam aliam aliquam. Hujus igitur virtus communis, ut dixi, non hominis propria eſt: quippe cum in ſomnis hæc particula, atque hæc vis ſuo munere

γεῖν μάλιστα τὸ μόριον τοῦτο, καὶ ἡ δύναμις αὕτη· ὁ δ' ἀγαθὸς καὶ κακὸς ἥκιστα [x] διάδηλοι καθ' ὕπνον· ὅθεν φασὶν οὐδὲν διαφέρειν τὸ ἥμισυ τοῦ βίου τοὺς εὐδαίμονας τῶν ἀθλίων· Συμβαίνει δὲ τοῦτ' εἰκότως· [y] ἀργία γάρ ἐστιν ὁ ὕπνος τῆς ψυχῆς, [z] ᾗ λέγεται σπουδαία καὶ φαύλη· πλὴν [a] εἴ πη κατὰ μικρὸν διϊκνοῦνταί τινες τῶν κινήσεων, καὶ ταύτῃ βελτίω γίνεται τὰ [b] φαντάσματα τῶν ἐπιεικῶν, ἢ τῶν τυχόντων. Ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων ἅλις· καὶ τὸ θρεπτικὸν [c] οὖν ἐατέον, ἐπειδὴ τῆς ἀνθρωπικῆς ἀρετῆς ἄμοιρον πέφυκεν. Ἔοικε [d] δὴ καὶ ἄλλη τις φύσις τῆς ψυχῆς ἄλογος εἶναι, μετέχουσα μέντοι πῃ λόγου· [e] τοῦ γὰρ ἐγκρατοῦς καὶ ἀκρατοῦς τὸν λόγον, καὶ τῆς

[x] Διάδηλος Ven. 1. 2. et Andr. [y] Camot. habet ἀργεία: quod in Phyſicis quoque ſemel in eadem Editione obſervare memini; et derivari fortaſſe utrumque ἀπὸ τῶν ἀργῶν ſic poteſt, ut ἀνδρία et ἀνδρεία ἀπὸ τῶν ἀνδρῶν: ſed ut ἀνδρεία plerumque ſcribitur diphthongως: ita uſitatius eſt ἀργία monophthongως. *Sylb.* [z] ᾗ λέγεται C C C. El. et Aurel. ᾗ οὐ λέγεται N C. Ἀργία γάρ ἐστιν ὁ ὕπνος καὶ τῇ σπουδαίᾳ καὶ τῇ φαύλῃ ψυχῇ. *Andr.* [a] Εἴ περ Ven. 1. 2. et Cam. Πλὴν εἰ μή τις ἐκεῖνο εἴποι, ὅτι καὶ οἱ ὕπνοι τῶν σπουδαίων βελτίους, τῶν μεθημερινῶν κινήσεων τρόπον τινὰ καὶ ἐπὶ τοὺς ὕπνους διερχομένων. *Niſi quis hoc dicat, honeſtorum propterea hominum ſomnos meliores eſſe, quoniam diurni quodammodo motus ad ſomnos quoque ſe extendunt.* Andr. [b] Φάσματα N C. et in marg. C C C. [c] Οὖν non agnoſcunt MSS. Ven. 1. 2. Cam. et Baſ. [d] Hanc etiam lectionem agnoſcunt nonnulli libri veteres MSS. alii vero δὲ (ſic N C. C C C. Andronicus, et Lamb.) quos ſequitur Argyr. *Vict.* δὴ deeſt El. [e] Δι' ὃ καὶ τὸν τοῦ ἐγκρατοῦς λόγον, καὶ τὸν τοῦ ἀκρατοῦς δὲ, ἐνίοτε ἐπαινοῦμεν, ὅτι ἀντέχουσι πρὸς τὸ ἀντιτεῖνον· ὁ μὲν, μέχρις οὗ δεῖ, ὁ δὲ, ἐνίοτε καὶ μέχρι τινός. *Quare continentis interdum et incontinentis rationem laudamus, quia non cedunt ſtatim, ſed in contrarium nituntur: alter quamdiu oportet, alter ad tempus.* Andr.

maxime fungatur: at bonus ab improbo in ſomno minimum diſcernitur: hinc illud eſt, quod aiunt, inter beatos ac miſeros dimidiam vitæ partem nihil intereſſe. Ejuſque rei ratio probabilis, cur ita accidat, afferri poteſt: ſomnus enim animi eſt ceſſatio, vacatioque ab opere, qua is bonus dicitur et malus: niſi ſi motus quidam perveniunt ac permanant ad aliquam ejus partem, atque hac ratione bonorum, quam quorumlibet aliorum viſa ſunt meliora. Sed de his quidem ſatis: atque alendi igitur vis prætermittenda eſt, quandoquidem virtutis humanæ expers eſt ſua natura. Videtur autem etiam altera animi vis rationis quidem expers eſſe, quæ tamen aliquo modo ejus eſt particeps: nam et continentis et incontinentis rationem, animique partem eam, quæ ratione prædita eſt, laudamus:

ψυχῆς τὸ λόγον ἔχον ἐπαινοῦμεν· [f] ὀρθῶς γὰρ καὶ ἐπὶ τὰ βέλτιστα παρακαλεῖ. Φαίνεται δὲ ἐν αὐτοῖς καὶ ἄλλο τι παρὰ τὸν λόγον πεφυκὸς, ὃ μάχεταί τε καὶ [g] ἀντιτείνει τῷ λόγῳ· ἀτεχνῶς γὰρ καθάπερ τὰ [h] παραλελυμένα τοῦ σώματος μόρια εἰς τὰ δεξιὰ προαιρουμένων κινῆσαι, τοὐναντίον εἰς τὰ ἀριστερὰ παραφέρεται, καὶ ἐπὶ τῆς ψυχῆς οὕτως· ἐπὶ τὰ ἐναντία γὰρ αἱ ὁρμαὶ τῶν ἀκρατῶν. Ἀλλ' ἐν τοῖς σώμασι μὲν ὁρῶμεν τὸ παραφερόμενον, ἐπὶ δὲ τῆς ψυχῆς οὐχ ὁρῶμεν· ἴσως δὲ οὐδὲν ἧττον καὶ ἐν τῇ ψυχῇ νομιστέον εἶναί τι παρὰ τὸν λόγον, ἐναντιούμενον τούτῳ καὶ ἀντιβαῖνον· πῶς δὲ ἕτερον, οὐδὲν διαφέρει. Λόγου δὲ καὶ τοῦτο φαίνεται μετέχειν, ὥσπερ εἴπομεν· πειθαρχεῖ γοῦν τῷ λόγῳ τὸ τοῦ ἐγκρατοῦς· [i] ἔτι δὲ ἴσως εὐηκοώτερόν ἐστι τὸ τοῦ σώφρονος καὶ ἀνδρείου· πάντα γὰρ ὁμοφωνεῖ τῷ λόγῳ. Φαίνεται δὴ καὶ τὸ ἄλογον διττόν· τὸ μὲν

[f] Ὀρθὸς Lamb. quem videas: noſtri vero omnes libri, tam impreſſi quam manu exarati, ὀρθῶς. [g] Ἀντιβαίνει N C. Sic in C C C. ſcriptum fuerat, ſed corrigitur ἀντιτείνει. ἀντιτείνει τῷ λόγῳ ἀτεχνῶς· καθάπερ γὰρ τὰ παρ. El. [h] Παραλελυμένα, ſc. morbo illo tentatæ, qui a Græcis παράλυσις dicitur. παραλελυμένα τῶν τοῦ σώματος μορίων MSS. [i] Vide infra lib. ii. cap. 3. lib. iii. cap. 6. 7. et 11. et lib. vii. cap. 1. 2. et 4. ex quibus locis diſcere licet, quodnam diſcrimen inter σώφρων, ἀνδρεῖος, et ἐγκρατὴς ſtatuat Ariſtoteles.

recte enim et ad optima facta hortatur atque excitat. Apparet autem in eis etiam alia quædam pars a ratione averſa natura, quæ rationi repugnat ac reluctatur: plane enim ut reſolutæ corporis partes, cum eas dextrorſum movere animum inducunt, in contrariam partem ſiniſtrorſum perverſe feruntur; ſic et in animo evenit: abeunt enim in contrarias partes incontinentium appetitiones. Sed in corporibus id quod perverſe movetur, oculis cernimus, in animo non cernimus: nihilominus autem fortaſſe exiſtimare debemus in animo quoque aliquid ineſſe, quod a ratione ſit devium, eique adverſetur ac repugnet: quod quomodo a ratione ſit aliud ac diverſum, nihil refert. Rationis autem hoc quoque videtur eſſe particeps, ut diximus: paret enim rationi in continente: at vero in viro forti ac temperante multo adhuc magis obtemperare videtur: omnia enim in his cum ratione conſentiunt. Apparet ergo vim quoque rationis expertem eſſe duplicem:

γὰρ φυτικὸν οὐδαμῶς κοινωνεῖ λόγου· τὸ δὲ ἐπιθυμητικὸν καὶ ὅλως ὀρεκτικὸν μετέχει πως, ᾗ κατήκοόν ἐστιν αὐτοῦ καὶ πειθαρχικόν. [i]Οὕτω δὴ καὶ τοῦ πατρὸς καὶ τῶν φίλων φαμὲν ἔχειν λόγον, καὶ οὐχ ὥσπερ τῶν μαθηματικῶν. Ὅτι δὲ πείθεταί πως ὑπὸ λόγου τὸ ἄλογον, μηνύει καὶ ἡ νουθέτησις, καὶ πᾶσα ἐπιτίμησίς τε καὶ παράκλησις. Εἰ δὲ χρὴ καὶ τοῦτο φάναι λόγον ἔχειν, διττὸν ἔσται καὶ τὸ λόγον ἔχον· τὸ μὲν κυρίως καὶ ἐν ἑαυτῷ, τὸ δὲ ὥσπερ τοῦ πατρὸς [k]ἀκουστικόν τι. Διορίζεται δὲ καὶ ἡ ἀρετὴ κατὰ τὴν διαφορὰν ταύτην· λέγομεν γὰρ αὐτῶν τὰς μὲν διανοητικάς, τὰς δὲ ἠθικάς· σοφίαν μὲν καὶ σύνεσιν καὶ φρόνησιν διανοητικάς· ἐλευθεριότητα δὲ καὶ σωφροσύνην ἠθικάς· λέγοντες γὰρ περὶ τοῦ ἤθους, οὐ λέγομεν ὅτι σοφὸς, ἢ συνετὸς, ἀλλ᾽ ὅτι πρᾶος, ἢ σώφρων·

[i] *Λέγομεν γὰρ τοῦ πατρὸς καὶ τῶν φίλων λόγον ἔχειν, τὸ ἐπιστρέφεσθαι πρὸς αὐτοὺς, καὶ οἷς κελεύουσιν ἐξακολουθεῖν· λέγομεν δὲ καὶ τῶν μαθηματικῶν λόγον ἔχειν, τὸ εἰδέναι αὐτὰ, καὶ γνῶσίν τινα καὶ ἐπιστήμην αὐτῶν ἔχειν. Dicimus enim aliquem patris et amicorum rationem habere, qui parentes diligenter curat aut amicos, et quæ ab iis jubentur, exſequitur: dicimus et mathematicarum diſciplinarum rationem habere aliquem, qui eas novit, aut peritiam earum aliquam habet vel ſcientiam.* Andr. [k] Baſ. in margine pro ἀκουστικὸν ponit ἀκουστιστικόν. τὶ poſt ἀκουστικὸν El. non habet.

nam quæ ad ſtirpes pertinet, nulla ex parte rationis eſt particeps; ea autem, quæ ad concupiſcendum, et omnino ad appetendum impellit, aliqua ex parte ratione prædita eſt, nempe qua ei paret atque obtemperat. Sic igitur dicere ſolemus nos patris et amicorum rationem habere, non quomodo rerum mathematicarum. Rationi autem quodammodo parere animi partem rationis expertem cum præceptio ac monitio, tum omnis reprehenſio atque exhortatio indicat. Quod ſi fatendum eſt etiam hanc vim ratione eſſe præditam, erit et vis animi duplex rationis particeps: altera proprie, et ut habens eam in ſe ipſa, altera veluti filius, qui parentis dicto audiens eſt. Atque ex hac animi diviſione ac differentia virtutis quoque diſtinctio partitioque naſcitur: alias enim virtutes in cogitatione ac ratione poſitas eſſe dicimus; alias ad mores pertinere, quas morales appellamus: in ratione poſita ſunt ſapientia, intelligentia, prudentia; in moribus liberalitas, temperantia: nam cum de moribus alicujus loquimur, non illum ſapientem, aut intelligentem dicimus,

ἐπαινοῦμεν δὲ καὶ τὸν σοφὸν κατὰ τὴν ἕξιν· τῶν ἕξεων δὲ τὰς ἐπαινετὰς, ἀρετὰς λέγομεν.

ſed clementem ac lenem, aut temperantem: laudamus autem ſapientem quoque ex habitu; at habitus eos, qui ſunt laudabiles, virtutum nominibus nuncupamus.

the 1st of the λογον εχον κυριως και εν εαυτω
the 1st of the αλογον ουδαμως κοινωνει λο
the 2d of the αλογον μαχεται και αντιτεινει τω λ
the 2d of the λογον εχον πειθαρχικον εστι και ως πατρ
ακουστικον.

ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ

ΗΘΙΚΩΝ ΝΙΚΟΜΑΧΕΙΩΝ

ΤΟ Β'.

ARISTOTELIS

ETHICORUM NICOMACHEORUM

LIB. II.

ΚΕΦ. α'.

ΔΙΤΤΗΣ δὲ τῆς ἀρετῆς οὔσης, [1] τῆς μὲν διανοητικῆς, τῆς δὲ ἠθικῆς· ἡ μὲν διανοητικὴ [a] τὸ πλεῖστον ἐκ διδασκαλίας ἔχει καὶ τὴν γένεσιν καὶ τὴν αὔξησιν· διόπερ ἐμπειρίας δεῖται καὶ χρόνου· ἡ δ' ἠθικὴ ἐξ ἔθους περιγίνεται, ὅθεν καὶ

intellectual & moral

[1] Vide Eud. lib. ii. cap. 2. et Magn. Moral. lib. i. cap. 1. et 6. [a] Cur ait τὸ πλεῖστον? quia quidam, ingenii acumine præſtantes, ſine ope magiſtri, labore, et induſtria ſua rerum cognitionem conſequuntur; ut de ſe ait Phemius apud Homerum·

Αὐτοδίδακτος δ' εἰμί· Θεὸς δέ μοι ἐν φρεσὶν οἴμας
Παντοίας ἐνέφυσεν. Odyſſ. lib. xxii. v. 347. *Mur.*

Andronicus aliter hunc locum explicat: Καὶ ἡ μὲν διανοητικὴ ἔχει μὲν καὶ ἀπὸ τῆς φύσεως τὴν ἀρχὴν (δεκτικὸν γὰρ ὁ ἄνθρωπος ἐπιστήμης) καὶ ἀπὸ ἔθους αὔξησιν λαμβάνει τινά· τὸ δὲ πλέον ἀπὸ τῆς διδασκαλίας καὶ τὴν γένεσιν καὶ τὴν αὔξησιν ἔχει.

CAP. I.

CUM ſint autem duo virtutum genera, unum earum, quæ a ratione et cogitatione proficiſcuntur, alterum earum, quas morales a moribus appellamus: illæ quidem, quæ in ratione poſitæ ſunt, magna ex parte a doctrina ortum et incrementum habent: itaque cum uſum, tum ſpatium tempuſque deſiderant: morales autem ἐξ ἔθους, id eſt, ex more comparantur, a quo

Moral virtues can not be natural - nor can any thing be chang'd by habit from its natural state.

τοὔνομα ἔσχηκε μικρὸν παρεκκλῖνον ἀπὸ τοῦ ἔθους. Ἐξ οὗ καὶ δῆλον, ὅτι οὐδὲ μία τῶν ἠθικῶν ἀρετῶν φύσει ἡμῖν ἐγγίνεται· οὐδὲν γὰρ τῶν φύσει ὄντων ἄλλως ἐθίζεται· οἷον ὁ λίθος φύσει κάτω φερόμενος οὐκ ἂν ἐθισθείη ἄνω φέρεσθαι, οὐδ' ἂν μυριάκις αὐτὸν ἐθίζῃ τις, ἄνω ῥίπτων, οὐδὲ τὸ πῦρ κάτω· οὐδ' ἄλλο οὐδὲν τῶν ἄλλως πεφυκότων ἄλλως ἂν ἐθισθείη. Οὔτ' ἄρα φύσει, οὔτε παρὰ φύσιν ἐγγίνονται αἱ ἀρεταί, ἀλλὰ πεφυκόσι μὲν ἡμῖν δέξασθαι αὐτάς, τελειουμένοις δὲ διὰ τοῦ ἔθους. Ἔτι, ὅσα μὲν φύσει ἡμῖν παραγίνεται, τὰς δυνάμεις [b] τὰς τούτων πρότερον κομιζόμεθα, ὕστερον δὲ τὰς ἐνεργείας ἀποδίδομεν· ὅπερ ἐπὶ τῶν αἰσθήσεων δῆλον· οὐ γὰρ ἐκ τοῦ πολλάκις ἰδεῖν, ἢ πολλάκις ἀκοῦσαι, τὰς αἰσθήσεις ἐλάβομεν, ἀλλ' ἀνάπαλιν, ἔχοντες ἐχρησάμεθα, οὐ χρησάμενοι ἔσχομεν· τὰς δ' ἀρετὰς λαμβάνομεν ἐνεργήσαντες πρότερον, ὥσπερ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων τεχνῶν· ἃ γὰρ δεῖ μαθόντας ποιεῖν,

[b] Τὰς omittunt C C C. El. Baſ. Cam. Ven. 1. et 2.

nomen quoque traxerunt, quod parum admodum ἀπὸ τοῦ ἔθους deflectit. Ex quo etiam perſpicuum eſt nullam virtutem moralem inſitam nobis eſſe a natura: nihil enim eorum, quæ natura conſtant, aliter atque natum eſt, aſſueſieri poteſt: ut lapis, qui deorſum fertur natura, nulla ratione aſſueſieri poſſit ut ſurſum moveatur, ne ſi decies millies quidem quis eum ſurſum jaciens aſſueſacere conetur; neque ignis unquam deorſum feratur: neque quicquam aliud eorum, quæ aliter a natura comparata ſunt, aliter aſſueſieri poſſit. Ergo neque natura, neque præter naturam nobis ingenerantur virtutes, ſed ſic affectis, ut ad eas ſuſcipiendas apti ſimus natura, perficiamur autem perpoliamurque more et conſuetudine. Præterea, quæcunque nobis a natura obveniunt, eorum poteſtates prius accipimus, poſterius functiones muneris obimus: quod in ſenſibus perſpici poteſt: neque enim ex eo, quod aut ſæpe aſpeximus, aut ſæpe audivimus, ſenſus adepti ſumus, ſed contra, cum ſenſus haberemus, eis uſi ſumus, non quia uſi ſumus, habuimus: at virtutes conſequimur prius virtutis muneribus functi, quomodo et in cæteris ſit artibus: nam, quæ nos oportet poſtea quam didicerimus effi-

ταῦτα ποιοῦντες μανθάνομεν· οἷον οἰκοδομοῦντες οἰκοδόμοι γίνονται, καὶ κιθαρίζοντες κιθαρισταί· οὕτω δὲ καὶ τὰ μὲν δίκαια πράττοντες δίκαιοι γινόμεθα, τὰ δὲ σώφρονα σώφρονες, τὰ δ' ἀνδρεῖα ἀνδρεῖοι. Μαρτυρεῖ δὲ καὶ τὸ γινόμενον ἐν ταῖς πόλεσιν· [c] οἱ γὰρ νομοθέται τοὺς πολίτας ἐθίζοντες, ποιοῦσιν ἀγαθούς· καὶ τὸ μὲν βούλημα παντὸς νομοθέτου τοῦτ' ἐστιν· ὅσοι δὲ μὴ εὖ αὐτὸ ποιοῦσιν, ἁμαρτάνουσι· καὶ διαφέρει τούτῳ πολιτεία πολιτείας, ἀγαθὴ φαύλης. Ἔτι ἐκ τῶν αὐτῶν καὶ διὰ τῶν αὐτῶν καὶ γίνεται πᾶσα ἀρετή, καὶ φθείρεται· ὁμοίως δὲ καὶ τέχνη· ἐκ γὰρ τοῦ κιθαρίζειν καὶ οἱ ἀγαθοὶ καὶ οἱ κακοὶ γίνονται κιθαρισταί· ἀνάλογον δὲ καὶ οἱ οἰκοδόμοι, καὶ οἱ λοιποὶ πάντες· ἐκ μὲν γὰρ τοῦ εὖ οἰκοδομεῖν ἀγαθοὶ οἰκοδόμοι ἔσονται, ἐκ δὲ τοῦ κακῶς κακοί· εἰ γὰρ μὴ οὕτως εἶχεν, οὐδὲν ἂν ἔδει τοῦ διδάξοντος, ἀλλὰ πάντες ἂν ἐγίνοντο ἀγαθοὶ ἢ κακοί. Οὕτω δὴ καὶ ἐπὶ τῶν ἀρετῶν ἔχει· πράττοντες γὰρ τὰ ἐν τοῖς συναλλάγματι τοῖς πρὸς τοὺς ἀνθρώπους, γινόμεθα οἱ

[c] Συνελαύνουσι γὰρ ἀμοιβαῖς ἀγαθαῖς καὶ τιμωρίαις ἐπὶ τὰς ἀγαθὰς πράξεις, καὶ οὕτω σπουδαίους ἀποτελοῦσι. *Cum virtutum præmiis tum pœnis ad honeſtas actiones eos compellunt, atque honeſtos quoque reddunt.* Andr.

cere, ea cum efficimus, diſcimus: veluti ædificando fiunt ædium ædificandarum artifices, et fidibus canendo fidicines: itemque juſtis actionibus exercendis juſti, temperantibus temperantes, fortibus fortes efficimur. Atque etiam hoc ipſum teſtantur ea, quæ in civitatibus factitari ſolent: legumlatores enim civibus ad virtutem aſſuefaciendis, eos bonos efficiunt: atque hæc quidem eſt omnium, qui leges ferunt, mens et voluntas: quotquot autem id minus recte faciunt, errant: atque hoc uno reipublicæ adminiſtrandæ forma altera ab altera differt, bona a vitioſa. Præterea ex iiſdem rebus virtus omnis naſcitur, per quas interit: ſimiliter et ars; nam ex eo quod fidibus canunt, et boni et mali fidicines evadunt: eademque ratione ædificandi artifices, et reliqui opifices omnes: nam ex eo quod bene ædificant, boni ſunt ædificandi artifices futuri, ex eo quod male, mali: quod niſi ita ſe res haberet, nec magiſtro, qui doceret, opus eſſet, et omnes boni aut mali artifices naſcerentur. Eadem igitur et virtutum ratio eſt: agendis enim iis rebus, quæ ab hominibus inter ipſos contrahi ſo-

μὲν δίκαιοι, οἱ δὲ ἄδικοι· πράττοντες δὲ τὰ ἐν τοῖς δεινοῖς, καὶ ἐθιζόμενοι [d] ἢ φοβεῖσθαι ἢ θαῤῥεῖν, οἱ μὲν ἀνδρεῖοι, οἱ δὲ δειλοί. Ὁμοίως δὲ καὶ τὰ περὶ τὰς ἐπιθυμίας ἔχει, καὶ τὰ περὶ τὰς ὀργάς· οἱ μὲν γὰρ σώφρονες καὶ πρᾶοι γίνονται, οἱ δὲ ἀκόλαστοι καὶ ὀργίλοι· οἱ μὲν ἐκ τοῦ οὑτωσὶ ἐν αὐτοῖς ἀναστρέφεσθαι, οἱ δὲ ἐκ τοῦ οὕτως. Καὶ ἑνὶ δὴ λόγῳ, ἐκ τῶν ὁμοίων ἐνεργειῶν αἱ ἕξεις γίνονται· [e] διὸ δεῖ τὰς ἐνεργείας ποιὰς ἀποδιδόναι· κατὰ γὰρ τὰς τούτων διαφορὰς ἀκολουθοῦσιν αἱ ἕξεις. Οὐ μικρὸν οὖν διαφέρει τὸ οὕτως ἢ οὕτως εὐθὺς ἐκ νέων ἐθίζεσθαι, ἀλλὰ πάμπολυ· μᾶλλον δὲ τὸ πᾶν.

ΚΕΦ. β'.

ΕΠΕΙ οὖν ἡ παροῦσα πραγματεία οὐ θεωρίας ἕνεκά ἐστιν, ὥσπερ αἱ ἄλλαι· (οὐ γὰρ ἵν' εἰδῶμεν τί ἐστιν ἡ ἀρετὴ, σκεπτόμεθα, ἀλλ' ἵν' ἀγαθοὶ γενώμεθα, ἐπεὶ οὐδὲν ἂν ἦν

[d] Ἢ abest a MSS. Cam. Bas. Andr. Ven. 1. et 2. [e] Lambini interpretatio hujus periodi confirmatur auctoritate Eustratii et Latinorum interpretum, ab his tamen dissentit Andronici παράφρασις, quæ ad Auctoris mentem propius accedere videtur. Διὰ τοῦτο οὐ δεῖ τῆς ἀγαθῆς ἕξεως ἐνέργειαν ἁπλῶς αἰτίαν λέγειν, ἀλλ' ἀγαθήν· οὐδὲ τῆς κακῆς ἁπλῶς ἐνέργειαν, ἀλλὰ κακήν· ὥσπερ ἐπὶ τῆς οἰκοδομικῆς· οὐ γὰρ τῆς ἀγαθῆς οἰκοδομικῆς ἕξεως τὴν οἰκοδομικὴν ἁπλῶς ἐνέργειαν αἰτίαν ἐροῦμεν, ἀλλὰ τὴν ἀγαθὴν οἰκοδομικὴν ἐνέργειαν τῆς ἀγαθῆς, καὶ τὴν φαύλην τῆς φαύλης αἰτίαν· καὶ ὅλως τοιάσδε τινὰς ἀποδοτέον ἑκάστῃ τῶν ἕξεων τὰς ἐνεργείας.

lent, alii justi, alii injusti efficimur: et cum ea, quæ in rebus horribilibus ac periculosis habentur, agimus ac subimus, assuescimusque ea aut timere, aut præsenti animo ferre, alias fortes, alias timidi evadimus. Similis est et cupiditatum, irarumque ratio: alii enim temperantes et lenes, alii intemperantes et iracundi efficiuntur: hi quia sic, illi quia aliter in iis versantur. Atque (ut uno verbo dicam) ex similibus munerum functionibus similes habitus oriuntur: itaque danda opera est, ut actiones nostras certo quodam modo conformemus: harum enim differentias habitus differentes ac dispares consequuntur. Non igitur parum refert, sed permultum, utrum sic, an sic a pueris assuescamus: immo vero totum in eo positum est.

CAP. II.

QUONIAM igitur negotium, quod est in manibus, non cognitionis causa susceptum est, ut alia; (non enim quid sit virtus quærimus ut cognoscamus, sed ut boni efficiamur; alioqui nihil ex

ὄφελος αὐτῆς·) [f]ἀναγκαῖόν ἐστι σκέψασθαι τὰ περὶ τὰς πράξεις, πῶς πρακτέον αὐτάς· αὗται γάρ εἰσι κύριαι καὶ τοῦ ποιὰς γενέσθαι τὰς ἕξεις, καθάπερ εἰρήκαμεν. Τὸ μὲν οὖν κατὰ τὸν ὀρθὸν λόγον πράττειν κοινὸν, καὶ [g]ὑπερκείσθω· [h]ῥηθήσεται δ᾽ ὕστερον περὶ αὐτοῦ, καὶ τί ἐστιν ὁ ὀρθὸς λόγος, καὶ πῶς ἔχει [i]πρὸς τὰς ἄλλας ἀρετάς. Ἐκεῖνο δὲ [k]προδιωμολογήσθω, ὅτι πᾶς ὁ περὶ τῶν πρακτῶν λόγος τύπῳ καὶ οὐκ ἀκριβῶς ὀφείλει λέγεσθαι, ὥσπερ καὶ κατ᾽ ἀρχὰς εἴπομεν, ὅτι κατὰ τὴν ὕλην οἱ λόγοι ἀπαιτητέοι· τὰ δ᾽ ἐν ταῖς πράξεσι καὶ [l]τὰ συμφέροντα οὐδὲν ἑστηκὸς ἔχει, ὥσπερ οὐδὲ [m]τὰ ὑγιεινά. Τοιούτου δ᾽ ὄντος τοῦ καθόλου λόγου, ἔτι μᾶλλον ὁ περὶ τῶν καθ᾽ ἕκαστα λόγος οὐκ ἔχει τἀκριβές· οὔτε γὰρ ὑπὸ

[f] Ἀναγκαῖον ἐπισκέψασθαι C C C. Ven. 1. 2. et Baſ. [g] Ὑποκείσθω El. et Lamb. (qui vertit *poſitum ſit*) Vet. Interp. et Argyr. [h] Sc. in libro vi. [i] Πρὸς τὰς ἀρετὰς multi libri veteres, quod probo; nomine enim τῶν ἀρετῶν hic αἱ ἠθικαὶ tantum intelliguntur. *Mur.* [k] Baſ. legit προδιομολογείσθω (et El.) præſ. tempore; at Cam. προσδιωμολογείσθω habet: mendoſe, pro προσδιομολογείσθω, vel προσδιωμολογήσθω. *Sylb.* [l] Τὰ ἐν αὐταῖς συμφέροντα, *quæ ipſis actionibus competunt.* Andr. Οὔτε γὰρ τὰ συμφέροντα, περὶ ἃ αἱ πράξεις. *Euſtrat.* [m] Νῦν μὲν τοῦτο ὑγιεινὸν, νῦν δὲ τοὐναντίον ἅπαν· ταῖς γὰρ διαθέσεσι τῶν σωμάτων, καὶ ταῖς τοῦ καιροῦ μεταβολαῖς συμμεταβάλλουσι. *Nunc enim hoc, nunc illud rurſus eſt ſalubre; cum conſtitutionibus enim corporum, et mutatione temporis mutantur hæc quoque.* Andr.

ea utilitatis caperemus ;) quemadmodum actiones obeundæ ſint conſiderandum eſt : in his enim ſitum eſt, quemadmodum diximus, ut habitus ſic vel ſic conformentur. Atque hoc quidem commune eſt, rectæ rationi convenienter agere oportere, et in præſentia differamus : de hoc enim poſterius dicemus ; tum etiam quid ſit recta ratio, et quomodo ad reliquas virtutes affecta ſit, exponemus. Illud autem prius conveniat, et confeſſum ſit, omnem, quæ de rebus in agendo poſitis habetur, orationem, rudiore quadam forma, et adumbrata, non exquiſita, neque accuratius expreſſa, conſtare oportere, ut et initio diximus, quoniam ſermones materiæ ſubjectæ convenientes ſunt poſtulandi : atqui quæ in actionibus verſantur, quæque ad eas conducunt, nihil firmitatis nullamque certam ſedem habent, quemadmodum neque res ſalubres. Cum ſit autem ejuſmodi ea, quæ ad genus univerſum pertinet, oratio, tum multo magis tenuitate ſubtili ac limata caret is, qui de rebus ſingularibus habetur, ſermo: hæc enim neque

τέχνην, οὔθ' ὑπὸ παραγγελίαν οὐδεμίαν [n]πίπτει. Δεῖ δ' αὐτοὺς ἀεὶ τοὺς πράττοντας τὰ πρὸς τὸν καιρὸν σκοπεῖν, ὥσπερ καὶ ἐπὶ τῆς ἰατρικῆς ἔχει καὶ τῆς κυβερνητικῆς. Ἀλλὰ καίπερ ὄντος τοιούτου τοῦ παρόντος λόγου, πειρατέον βοηθεῖν. [1]Πρῶτον οὖν τοῦτο θεωρητέον, ὅτι τὰ τοιαῦτα πέφυκεν ὑπὸ ἐνδείας καὶ ὑπερβολῆς [o]φθείρεσθαι· (δεῖ γὰρ ὑπὲρ τῶν ἀφανῶν τοῖς φανεροῖς μαρτυρίοις χρῆσθαι) ὥσπερ ἐπὶ τῆς ἰσχύος καὶ τῆς ὑγιείας ὁρῶμεν· τά τε γὰρ ὑπερβάλλοντα γυμνάσια, καὶ τὰ ἐλλείποντα φθείρει τὴν ἰσχύν. Ὁμοίως δὲ καὶ τὰ ποτὰ, καὶ τὰ σιτία πλείω καὶ ἐλάττω γινόμενα φθείρει τὴν ὑγίειαν· τὰ δὲ σύμμετρα καὶ ποιεῖ καὶ αὔξει καὶ σώζει. Οὕτως οὖν καὶ ἐπὶ σωφροσύνης καὶ ἀνδρίας ἔχει, καὶ τῶν ἄλλων ἀρετῶν· ὅ, τε γὰρ πάντα φεύγων καὶ φοβούμενος, καὶ μηδὲν ὑπομένων, δειλὸς γίνεται· ὅ, τε μηδὲν ὅλως φοβούμενος, ἀλλὰ πρὸς πάντα βα-

who is alike undaunted in every thing & stands at nothing

[n] Ὑποπίπτει Ven. 1. 2. et Baf. quod aliquanto venuftius videtur. [1] Magn. Moral. lib. i. cap. 5. Eud. lib. ii. cap. 3. [o] Meliore ordine leguntur hæc in quibufdam antiquis codd. et conftat Argyropylum ita legiffe: φθείρεσθαι, ὥσπερ ἐπὶ τῆς ἰσχύος, καὶ τῆς ὑγιείας ὁρῶμεν· δεῖ γὰρ &c. (in hoc ordine occurrunt apud Andronicum). *Mur.*

fub artem, neque fub præceptionem ullam cadunt. Eos autem, qui in rebus agendis verfantur, femper oportet tempus intueri atque obfervare, quemadmodum in arte medendi et gubernandi fieri videmus. Veruntamen etiamfi talis fit hæc, quam inftituimus, oratio, danda tamen opera eft, ut huic incommodo fubveniamus. Hoc igitur in primis animadvertendum ac fciendum eft, hæc talia ab eo, quod parum, et ab eo, quod nimium eft, corrumpi ac perimi folere natura, quemadmodum in viribus corporis et valetudine fieri videmus; (claris enim et perfpicuis exemplis ad ea, quæ funt obfcura, declaranda, teftimonii loco utendum eft:) nam et immoderatæ, et pauciores aut remiffiores quam par fit, exercitationes vires minuunt et corrumpunt. Itemque poculenta et efculenta æque copiofiora ac parciora valetudinem lædunt ac perdunt: at vero moderata efficiunt, augent, ac tuentur. Eodem igitur modo fe res habet in temperantia quoque et fortitudine, aliifque virtutibus: nam ut qui fugit et extimefcit omnia, nihilque fubit ac perfert, is timidus efficitur: fic qui a nullo omnino periculo deterretur, fed ad omnia ruit, au-

δεδιὼν, θρασύς. Ὁμοίως δὲ καὶ ὁ μὲν πάσης ἡδονῆς ἀπολαύων, καὶ μηδεμιᾶς ἀπεχόμενος, ἀκόλαστος· ὁ δὲ πάσας φεύγων, ὥσπερ οἱ ἄγροικοι, ἀναίσθητός τις· Φθείρεται γὰρ ἡ σωφροσύνη καὶ ἡ ἀνδρία ὑπὸ τῆς ὑπερβολῆς καὶ τῆς ἐλλείψεως, ὑπὸ δὲ τῆς μεσότητος σώζεται. Ἀλλ' οὐ μόνον αἱ γενέσεις, καὶ αἱ αὐξήσεις, καὶ αἱ φθοραὶ, ἐκ τῶν αὐτῶν καὶ ὑπὸ τῶν αὐτῶν γίνονται, ἀλλὰ καὶ αἱ [p] ἐνέργειαι ἐν τοῖς αὐτοῖς ἔσονται· καὶ γὰρ ἐπὶ τῶν ἄλλων τῶν φανερωτέρων οὕτως ἔχει· οἷον ἐπὶ τῆς ἰσχύος· γίνεται γὰρ καὶ ἐκ τοῦ πολλὴν τροφὴν λαμβάνειν, καὶ πολλοὺς πόνους ὑπομένειν, καὶ μάλιστα δύναται ταῦτα ποιεῖν ὁ ἰσχυρός. Οὕτω δὴ ἔχει καὶ ἐπὶ τῶν ἀρετῶν· ἔκ τε γὰρ τοῦ ἀπέχεσθαι τῶν ἡδονῶν γινόμεθα σώφρονες, καὶ γενόμενοι μάλιστα δυνάμεθα ἀπέχεσθαι αὐτῶν. Ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῆς ἀνδρίας· ἐθιζόμενοι γὰρ καταφρονεῖν τῶν φοβερῶν, καὶ ὑπομένειν αὐτὰ, γινόμεθα ἀνδρεῖοι, καὶ [q] γινόμενοι μάλιστα δυνησόμεθα ὑπομένειν τὰ φοβερά.

[p] Ἀλλὰ καὶ αἱ μετὰ τὰς ἕξεις τῶν ἀρετῶν ἐνέργειαι, ὧν αἰτίαι εἰσὶν αἱ ἕξεις, ὡσαύτως ἔχουσι. *Sed et eæ, quæ habitum ſequuntur, et quarum cauſa eſt habitus, eodem modo ſe habent actionum functiones.* Andr. [q] Γενόμενοι Baſ. et Andr. in præt. aor.

dax. Itemque et qui omni genere voluptatis perfruitur, nullaque ſeſe abſtinet, intemperans: et qui ab omnibus refugit, quemadmodum ſolent homines agreſtes, is veluti ſtipes quidam et ſenſus expers evadit: nam ut temperantiam et fortitudinem perimit nimium et parum, ſic ſervat mediocritas. Neque vero ſolum ortus et incrementa et interitus habituum ex iiſdem, et ab iiſdem proficiſcuntur, ſed etiam muneris functiones in iiſdem verſari reperientur; nam in aliis quoque, quæ manifeſtiora ſunt, ita uſu venire conſuevit: veluti in viribus corporis; ut enim ex eo naſcuntur, quod quis multum cibum capiat, multoſque labores excipiat ac perferat; ſic hoc utrumque maxime poteſt is efficere, qui viribus corporis pollet. Idem autem de virtutibus ſentiendum: nam quemadmodum prætermittendis et fugiendis voluptatibus temperantes efficimur, ſic temperantes effecti voluptates maxime poſſumus aſpernari. Similis et fortitudinis ratio eſt; nam et aſſueſcendo ea, quæ terribilia ſunt, pro nihilo putare, eaque ſufferre ac perpeti, fortes evadimus, et fortitudinem conſecuti maxime poterimus ea, quæ terrorem afferunt, ſubire ac perferre.

ΚΕΦ. γ'.

ΣΗΜΕΙΟΝ δὲ [r]δεῖ ποιεῖσθαι τῶν ἕξεων τὴν ἐπιγινομένην ἡδονὴν ἢ λύπην τοῖς ἔργοις· ὁ μὲν γὰρ ἀπεχόμενος τῶν σωματικῶν ἡδονῶν, καὶ αὐτῷ τούτῳ χαίρων, σώφρων· ὁ δὲ ἀχθόμενος, ἀκόλαστος· καὶ ὁ μὲν ὑπομένων τὰ δεινὰ καὶ χαίρων, ἢ μὴ λυπούμενός γε, ἀνδρεῖος· ὁ δὲ λυπούμενος, δειλός· [1]περὶ ἡδονὰς γὰρ καὶ λύπας ἐστὶν ἡ ἠθικὴ ἀρετή· διὰ μὲν γὰρ τὴν ἡδονὴν τὰ φαῦλα πράττομεν, διὰ δὲ τὴν λύπην [s]τῶν καλῶν ἀπεχόμεθα. Διὸ δεῖ ἦχθαί πως εὐθὺς ἐκ νέων, ὡς ὁ Πλάτων φησίν, ὥστε χαίρειν τε καὶ λυπεῖσθαι οἷς δεῖ· ἡ γὰρ ὀρθὴ παιδεία αὕτη ἐστίν. Ἔτι δ', εἰ ἀρεταί εἰσι περὶ πράξεις καὶ πάθη, παντὶ δὲ πάθει καὶ πάσῃ πράξει ἕπεται ἡδονὴ καὶ λύπη, [t]καὶ διὰ τοῦτ' ἂν εἴη ἡ ἀρετὴ περὶ ἡδονὰς καὶ λύπας. Μηνύουσι δὲ καὶ αἱ κολάσεις γινόμεναι διὰ τούτων· [u]ἰατρεῖαι

[r] Δεῖ Casaub. non legit, qui dicit vulgarem lectionem δὲ δεῖ, quam pleræque Editt. et nostri MSS. agnoscunt, esse contra suos codd. et Aristot. loquendi consuetudinem. [1] Magn. Moral. lib. i. cap. 6. [s] Τῶν κακῶν Ven. 1. et 2. [t] Καὶ abest ab El. [2] Eud. lib. ii. cap. 1. [u] Αἱ γὰρ τοιαῦται κολάσεις πρὸς

CAP. III.

QUALES autem sint habitus, voluptas quæ facta subsequitur, aut dolor, indicio esse debet: nam qui se a corporis voluptatibus abstinet, hocque ipso delectatur, is temperans; qui molestia ex eo afficitur, is est intemperans: et qui res graves et acerbas perfert, ex eoque lætitiam capit, aut certe nulla molestia afficitur, fortis; qui molestia afficitur, timidus habendus est: virtus enim moralis omnis in doloribus ac voluptatibus versatur: nam et voluptatis illecebris ad turpes atque improbas actiones invitamur, et doloris aculeis ab honestis avocamur ac deterremur. Itaque statim a pueris (ut ait Plato) ita nos oportet quodammodo esse educatos et institutos, ut, quibus rebus oportet, iis rebus et lætemur et doleamus: hæc est enim recta institutio. Præterea, si in actionibus et affectibus virtutes sunt occupatæ, omnem autem affectum omnemque actionem dolor sequitur et voluptas, ob hanc quoque causam virtus in voluptatibus et doloribus versabitur. Atque hoc etiam supplicia indicant, quæ doloribus inferendis constituuntur in malefi-

γὰρ τινές εἰσιν· αἱ δὲ ἰατρεῖαι διὰ τῶν ἐναντίων πεφύκασι γίνεσθαι. Ἔτι, ὡς καὶ πρότερον εἴπομεν, πᾶσα ψυχῆς ἕξις, ὑφ' οἵων πέφυκε γίνεσθαι χείρων καὶ βελτίων, πρὸς ταῦτα καὶ περὶ ταῦτα τὴν φύσιν ἔχει· δι' ἡδονὰς δὲ καὶ λύπας φαῦλαι γίνονται, τῷ διώκειν ταύτας καὶ φεύγειν, ἢ ἃς μὴ δεῖ, ἢ ὅτε οὐ δεῖ, ἢ ὡς οὐ δεῖ, ἢ ὁσαχῶς ἄλλως ὑπὸ τοῦ λόγου διορίζεται τὰ τοιαῦτα. [x] Διὸ καὶ ὁρίζονται τὰς ἀρετὰς ἀπαθείας τινὰς καὶ ἠρεμίας· οὐκ εὖ δὲ, ὅτι ἁπλῶς λέγουσιν, [y] ἀλλ' οὐχ ὡς δεῖ, καὶ ὡς οὐ δεῖ, καὶ ὅτε, καὶ ὅσα ἄλλα προστίθεται. [z] Ὑπόκειται ἄρα ἡ ἀρετὴ εἶναι ἡ τοιαύτη περὶ ἡδονὰς καὶ λύπας, τῶν βελτίστων πρακτική· ἡ δὲ κακία τοὐναντίον. Γένοιτο δ' ἂν

τοὺς νοσοῦντας τὰ πολιτικὰ ἰατρειῶν ἔχουσι λόγον· καὶ καθάπερ ἐκείναις ἐναντίαι αἱ νόσοι, ἃς θεραπεύουσι, καὶ ἐὰν ἴδωμεν ἰατρὸν ψυχρὰν προσάγοντα θεραπείαν, γινώσκομεν εὐθὺς τὴν νόσον ἀπὸ θέρμης συστῆναι, οὕτω καὶ ἀπὸ τῶν κολάσεων ὀδυνηρῶν οὐσῶν γινώσκομεν, ὅτι θεραπευόμεναι κακίαι ἀπὸ ἡδονῆς γίνονται. *Quippe pœnæ ejusmodi ægros in republica curant, ac medicinæ loco sunt: ac quemadmodum cum medicina pugnant morbi, quos medicina curat, et cum frigidam adhiberi a medico videmus medicinam, statim judicamus morbum a calore esse; ita ex pœnis, quæ dolorem infligunt, judicamus illud quod curatur malum a voluptate esse.* Andr. [x] Διὸ καὶ ὁρίζονται &c. Muretus existimat hoc esse argumentum a præcedenti diversum: quem videas. [y] Ἀλλ' οὐχ ὡς οὐ δεῖ Vet. Interp. legit. Aretinus Ἀλλ' οὐχ ὡς δεῖ, καὶ ὅτε: eodem modo Argyr. et Felicianus: cæteri vulgatam scripturam Græcam secuti sunt, quam depravatam esse arbitror: superiorum utrumlibet ferri posse crediderim. *Mur.* [z] Ὑπόκειται ἄρα ἡ ἀρετὴ εἶναι ἡ ἕξις ἡ οὕτως ἔχουσα περὶ ἡδονὰς καὶ λύπας, καθὼς προσδιωρισάμεθα, τῶν βελτίστων πρακτική. *Quare hoc manet certe, virtutem esse habitum, quæ circa voluptates doloresque eo modo se habet, quemadmodum diximus, et quæ optima sunt agit.* Andr. Προσθεὶς τῇ ἀρετῇ τὸ ἡ τοιαύτη, ὑπὲρ τοῦ δηλῶσαι τὴν ἠθικήν. *Eustrat.*

cos; curationes enim quædam sunt: at curationes ex contrariis rebus adhiberi solent natura. Præterea, quemadmodum supra diximus, quibus rebus omnis animi habitus deterior ac melior fit natura, ad eas res ejus natura pertinet, et in iis versatur: at propter voluptates ac dolores vitiosi habitus in nobis innascuntur, quia et illas consectamur, et hos fugimus, aut quas et quos non oportet, aut quando, aut quomodo non oportet, aut quot modis aliis talia a ratione distinguuntur. Itaque et definiunt nonnulli virtutes vacuitates quasdam affectuum, animorumque status quietos ac placatos: veruntamen id eo minus recte, quod simpliciter et absolute dicunt, nec adjungunt quomodo, et quo tempore oportet, et non oportet, et cætera, quæ addi consueverunt. Hoc ergo tanquam concessum ponitur, virtutem ita (ut diximus) in voluptatibus ac doloribus versari et ad res optimas agendas idoneam esse: vitium

ἡμῖν καὶ ἐκ τούτων φανερὸν ἔτι περὶ τῶν αὐτῶν· τριῶν γὰρ ὄντων τῶν εἰς τὰς αἱρέσεις, καὶ τριῶν ὄντων τῶν εἰς τὰς φυγὰς, καλοῦ, συμφέροντος, ἡδέος, καὶ τριῶν τῶν ἐναντίων, αἰσχροῦ, [a] ἀσυμφόρου, λυπηροῦ· περὶ πάντα μὲν ταῦτα ὁ ἀγαθὸς κατορθωτικός ἐστιν, ὁ δὲ κακὸς ἁμαρτητικὸς, μάλιστα δὲ περὶ τὴν ἡδονήν· κοινή τε γὰρ αὕτη τοῖς ζώοις, [b] καὶ πᾶσι τοῖς ὑπὸ τὴν αἵρεσιν παρακολουθεῖ· καὶ γὰρ τὸ καλὸν καὶ συμφέρον ἡδὺ φαίνεται. Ἔτι δ' ἐκ νηπίου πᾶσιν ἡμῖν συντέθραπται· διὸ καὶ χαλεπὸν ἀποτρίψασθαι τοῦτο τὸ πάθος ἐγκεχρωσμένον τῷ βίῳ. Κανονίζομεν δὲ καὶ τὰς πράξεις, οἱ μὲν μᾶλλον, οἱ δὲ ἧττον, ἡδονῇ καὶ λύπῃ. Διὰ τοῦτ' οὖν ἀναγκαῖον εἶναι περὶ ταῦτα [c] τὴν πᾶσαν πραγματείαν· οὐ γὰρ μικρὸν εἰς τὰς πράξεις εὖ ἢ κακῶς χαίρειν ἢ λυπεῖσθαι. Ἔτι δὲ χαλεπώτερον ἡδονῇ μάχεσθαι, ἢ θυμῷ, [d] καθάπερ φησὶν Ἡρά-

[a] Pro ἀσυμφόρου El. βλαβεροῦ legit. [b] Ἃ γὰρ αἱρούμεθα, τούτοις πᾶσι ἡδόμεθα, *quae namque eligimus, iis omnibus delectamur.* Andr. [c] Τὴν παροῦσαν πραγματείαν Ven. 1. 2. et Baſ. quod melius videtur. [d] Hoc Heracliti dictum commemorat Ariſtoteles in Eud. lib. ii. cap. 7. ἔοικε δὲ καὶ Ἡράκλειτος λέγειν εἰς τὴν ἰσχὺν τοῦ θυμοῦ βλέψας, ὅτι λυπηρὰ ἡ κώλυσις αὐτοῦ· χαλεπὸν γάρ φησι θυμῷ μάχεσθαι· ψυχῆς γὰρ ὠνεῖται. et Polit. lib. v. cap. 11. καθάπερ καὶ Ἡράκλειτος εἶπε, χαλεπὸν φάσκων εἶναι θυμῷ μάχεσθαι· ψυχῆς γὰρ ὠνεῖσθαι: in quibus locis cum de volup-

autem contra. Atque hæc eadem nobis eſſe poterunt etiam ex his, quæ jam dicemus, planiora: nam cum tria ſint, quæ ſequi et expetere ſolemus, honeſtum, utile, jucundum; et tria contraria, quæ fugimus, turpe, inutile, moleſtum: in his quidem omnibus vir bonus recte facit, improbus et vitioſus offendit ac labitur, maxime vero in voluptatibus: omnium enim animantium communis eſt voluptas, eorumque omnium, quæ ſub electionem veniunt, aſſidua comes eſt: nam quicquid honeſtum, quicquid utile eſt, id omne jucundum videtur. Præterea vero a teneris unguiculis una nobiſcum educata eſt; atque idcirco hunc affectum animi, quo vita noſtra tincta et penitus imbuta eſt, eluere atque abſtergere difficile eſt. Jam vero noſtras actiones voluptatis ac doloris regula dirigimus, alii magis, alii minus. Itaque neceſſe eſt totum hoc, quod a nobis ſuſceptum eſt, negotium, in his rebus verſari: non enim parum momenti ad actiones affert, recte aut perperam lætari vel dolere. Præterea difficilius eſt voluptati, quam

κλειτος· [e] περὶ δὲ τὸ χαλεπώτερον ἀεὶ καὶ τέχνη γίνεται καὶ ἀρετή· καὶ γὰρ τὸ εὖ βέλτιον ἐν τούτῳ. Ὥστε καὶ διὰ τοῦτο περὶ ἡδονὰς καὶ λύπας πᾶσα ἡ πραγματεία καὶ τῇ [f] ἀρετῇ, καὶ τῇ πολιτικῇ· ὁ μὲν γὰρ εὖ τούτοις χρώμενος ἀγαθὸς ἔσται, ὁ δὲ κακῶς κακός. Ὅτι μὲν οὖν ἐστιν ἡ ἀρετὴ περὶ ἡδονὰς καὶ λύπας, καὶ ὅτι ἐξ ὧν γίνεται, ὑπὸ τούτων καὶ αὔξεται καὶ φθείρεται μὴ ὡσαύτως γινομένων· καὶ ὅτι ἐξ ὧν ἐγένετο, περὶ ταῦτα καὶ ἐνεργεῖ, εἰρήσθω.

ΚΕΦ. δ΄.

ΑΠΟΡΗΣΕΙΕ δ' ἄν τις, πῶς λέγομεν ὅτι δεῖ τὰ μὲν δίκαια πράττοντας δικαίους γίνεσθαι, τὰ δὲ σώφρονα σώφρονας· εἰ γὰρ πράττουσι τὰ δίκαια καὶ τὰ σώφρονα, ἤδη εἰσὶ δίκαιοι καὶ σώφρονες· ὥσπερ εἰ τὰ γραμματικὰ καὶ μουσικά, γραμματικοὶ καὶ μουσικοί. Ἢ οὐδὲ ἐπὶ τῶν τεχνῶν

tate nulla fiat mentio, puto quod hic καθάπερ φησὶν Ἡράκλειτος pertinent solummodo ad τῷ θυμῷ, et quod Aristot. hoc dictum ad suam sententiam accommodavit hoc modo: *Heraclitus dicebat difficile esse cum ira pugnare, ego autem aio difficilius esse cum voluptate pugnare.* [e] Πρὸς γὰρ τὰ ῥᾴδια οὐδεμία χρεία πολυχρονίου ἔθους, ἢ μεθόδου τεχνικῆς. *Andr.* [f] Pro ἀρετῇ scribitur ἠθικῇ in N C. Ven. 1. et Bas. ἐν ἠθικῇ Ven. 2.

ut ait Heraclitus, iracundiæ obsistere: at ut quidque difficillimum est, ita in eo maxime ars et virtus occupata est: in hoc enim melior est bonitas effectionis et actionis. Itaque etiam propter hanc causam negotium omne disputationis moralis, prudentiæque civilis in doloribus ac voluptatibus elaboratur: nam qui in his recte se gerit, is vir bonus; qui secus, is improbus futurus est. Virtutem igitur in voluptatibus ac doloribus occupatam esse, et quibus ex rebus gignitur, ab eisdem eam etiam augeri, et, cum eodem modo non efficiuntur, perimi: a quibus denique rebus ortum habuit, in eis quoque suo munere fungi, ita sit a nobis explicatum.

CAP. IV.

SED quærat aliquis, quid sibi velit hoc, quod dicimus, justitiæ muneribus fungendis justos, temperantiæ temperantes effici oportere: si enim justas actiones obeunt, jam sunt justi, si temperatas temperantes: ut si ea quæ grammaticorum musicorumque sunt propria officia explent, grammatici et musici sint necesse est. An ne in ar-

In the arts simple knowledge, and a correct disposition of the materials is sufficient to constitute perfection; in the virtues a correct disposition in the agent also, is requisite and a deliberate preference towards the objects on which he is engaged and thence a steady persevering course of action —

οὕτως ἔχει; ἐνδέχεται γὰρ γραμματικόν τι ποιῆσαι καὶ ἀπὸ τύχης, καὶ ἄλλου ὑποθεμένου. Τότε οὖν ἔσται γραμματικὸς, ἐὰν καὶ γραμματικόν τι ποιήσῃ, καὶ γραμματικῶς, τοῦτο δ' ἐστὶ τὸ κατὰ τὴν ἐν αὐτῷ γραμματικήν. Ἔτι οὐδὲ ὅμοιόν ἐστιν ἐπί τε τῶν τεχνῶν, καὶ τῶν ἀρετῶν· τὰ μὲν γὰρ ὑπὸ τῶν τεχνῶν γινόμενα τὸ εὖ ἔχει ἐν ἑαυτοῖς. Ἀρκεῖ οὖν ταῦτά πως ἔχοντα γενέσθαι· τὰ δὲ κατὰ τὰς ἀρετὰς γινόμενα, οὐκ ἐὰν αὐτά πως ἔχῃ, δικαίως ἢ σωφρόνως πράττεται, ἀλλὰ καὶ ἐὰν ὁ πράττων πως ἔχων πράττῃ· πρῶτον μὲν ἐὰν εἰδὼς, ἔπειτ' ἐὰν προαιρούμενος, καὶ προαιρούμενος δι' αὐτά, τὸ δὲ τρίτον καὶ ἐὰν βεβαίως καὶ ἀμετακινήτως ἔχων πράττῃ. Ταῦτα δὲ πρὸς μὲν τὸ τὰς ἄλλας [g] τέχνας ἔχειν οὐ συναριθμεῖται, πλὴν αὐτὸ τὸ εἰδέναι· [h] πρὸς δὲ τὸ τὰς ἀρετὰς, τὸ μὲν εἰδέναι μικρὸν ἢ οὐδὲν ἰσχύει, τὰ δ' ἄλλα οὐ μικρὸν, ἀλλὰ τὸ πᾶν δύναται· ἅπερ καὶ ἐκ τοῦ πολλάκις πράττειν τὰ δίκαια καὶ τὰ σώφρονα

from their own disposition but from that of the agent.

g Ἕξεις Argyr. ex gloſſa, ut videtur. *Caſaub.* h Καὶ γὰρ ἐνδέχεται μηδὲν ἀκριβὲς περὶ ἀρετῆς εἰπεῖν εἰδότα σπουδαῖον εἶναι. *Etenim fieri poteſt, ut qui accuratum nihil de virtute poſſit dicere, tamen vir bonus ſit.* Andr.

tibus quidem ita eſt? fieri enim poteſt, ut quiſpiam aliquid grammaticum efficiat et fortuito, et altero præeunte ac ſuggerente. Ergo ita denique grammaticus erit, ſi et grammatici munus aliquod obierit, et grammatice, hoc eſt, ex arte Grammatica, qua præditus eſt. Præterea ne artium quidem ac virtutum ſimilis ratio eſt: nam quæ ab artibus gignuntur, artis perfectionem in ſe ipſis incluſam habent. Satis eſt igitur ea certo quodam modo conformata effici: at quæ ex virtutibus aguntur, non ſi ea cujuſdammodi ſint, juſte, aut temperanter aguntur, ſed ſi is quoque qui agit, quodammodo conformatus agat: ac primum quidem ſi ſciens, deinde ſi conſilio capto, et conſilio propter ea ipſa capto, poſtremo ſi firma, perpetua et conſtanti voluntate agat. Hæc autem in artibus quidem acquirendis non opus adhiberi, ſed ſcire ſatis eſt: ad virtutes vero comparandas cum ſcientia parum aut nihil valeat, tum cætera non parvam vim habent, ſed multo maximam, atque adeo omnem: quæ quidem ex iteratis atque identidem repetitis juſtis ac temperatis actionibus quæruntur.

περιγίνεται. Τὰ μὲν οὖν πράγματα δίκαια καὶ σώφρονα λέγεται, ὅταν ᾖ τοιαῦτα, οἷα ἂν ὁ δίκαιος ἢ σώφρων πράξειε· δίκαιος δὲ καὶ σώφρων ἐστὶν, οὐχ ὁ ταῦτα πράττων, ἀλλὰ καὶ ὁ οὕτω πράττων, ὡς οἱ δίκαιοι καὶ οἱ σώφρονες πράττουσιν. Εὖ οὖν λέγεται, ὅτι ἐκ τοῦ τὰ δίκαια πράττειν ὁ δίκαιος γίνεται, καὶ ἐκ τοῦ τὰ σώφρονα ὁ σώφρων, ἐκ δὲ τοῦ μὴ πράττειν ταῦτα οὐδεὶς ἂν οὐδὲ μελλήσειε γενέσθαι ἀγαθός. Ἀλλ' οἱ πολλοὶ ταῦτα μὲν οὐ πράττουσιν, ἐπὶ δὲ τὸν λόγον καταφεύγοντες οἴονται φιλοσοφεῖν, [i]καὶ οὕτως ἔσεσθαι σπουδαῖοι· ὅμοιόν τι ποιοῦντες τοῖς κάμνουσιν, οἳ τῶν ἰατρῶν ἀκούουσι μὲν ἐπιμελῶς, ποιοῦσι δ' οὐθὲν τῶν προσταττομένων. Ὥσπερ οὖν οὐδ' ἐκεῖνοι εὖ ἕξουσι τὸ σῶμα, οὕτω θεραπευόμενοι· οὐδ' οὗτοι τὴν ψυχὴν, οὕτω φιλοσοφοῦντες.

ΚΕΦ. ε'.

ΜΕΤΑ [k]δὲ ταῦτα τί ἐστιν ἡ ἀρετὴ σκεπτέον. Ἐπεὶ οὖν τὰ ἐν τῇ ψυχῇ γινόμενα [l]τρία ἐστὶ, [l]πάθη, δυνάμεις, ἕξεις,

[i] Οἴονται σπουδαῖοι εἶναι, ὅτι μόνον περὶ τῆς ἀρετῆς ἀκριβῶς γινώσκουσιν εἰπεῖν. *Boni ſibi viri videntur, ſi modo de virtute accurate poſſint diſſerere.* Andr. [k] Μετὰ ταῦτα deſunt, et ſequentia ſcribuntur hoc modo: τί δ' ἐστὶν ἡ ἀρετὴ ἕξης σκεπτέον, in N C. et El. et μετὰ ταῦτα et ἕξης C C C. habet. [l] Magn. Moral. lib. i. cap. 3. Eud. lib. ii. cap. 2. [l] Πάθη, quam vocem *perturbationes* recte dici in III.

Res igitur juſtæ ac temperatæ dicuntur, cum tales ſunt, quales vir juſtus ac temperans egerit: juſtus autem et temperans eſt, non qui has res gerit tantum, ſed qui ita gerit, ut juſti et temperantes homines ſolent. Recte igitur dicitur juſtis ac temperatis actionibus juſtos ac temperantes effici, his autem neglectis, neminem unquam virum bonum futurum. Sed plerique omnes cum hæc agere non curent, ad verba confugientes philoſophari ſe arbitrantur, itaque ſperant futurum ut boni ſint: non multum ab ægris differentes, qui medicos ſtudioſe illi quidem ac diligenter audiunt, ſed nihil eorum, quæ ab illis præcipiuntur, facere volunt. Quemadmodum igitur illis nunquam corpus erit bene conſtitutum, dum ita curantur: ſic nec his animus, dum hoc modo philoſophantur.

CAP. V.

SEQUITUR jam deinceps ut quid ſit virtus videamus. Quoniam igitur quæ in animo ingenerantur, tria ſunt,

Adeo de virtutis efficiente et naturali causa — jam de materiali et definitione tractandum. [illegible]

In defining [illegible] on to which [illegible] it is always [illegible] to trace the [illegible] Predicament or category in which the subject of our [illegible] is virtue being a quality contained under that category he adduces several qualities in order to [illegible] which it is.

τούτων τι ἂν εἴη ἡ ἀρετή. Λέγω δὲ πάθη μὲν, ἐπιθυμίαν, [m]ὀργὴν, φόβον, θράσος, φθόνον, χαρὰν, φιλίαν, μῖσος, πόθον, ζῆλον, [n]ἔλεον, ὅλως οἷς ἕπεται ἡδονὴ ἢ λύπη· δυνάμεις δὲ, καθ' ἃς παθητικοὶ τούτων λεγόμεθα, οἷον καθ' ἃς δυνατοὶ ὀργισθῆναι, ἢ λυπηθῆναι, ἢ ἐλεῆσαι· ἕξεις δὲ, καθ' ἃς πρὸς τὰ πάθη ἔχομεν εὖ ἢ κακῶς· οἷον πρὸς τὸ ὀργισθῆναι, εἰ μὲν σφοδρῶς ἢ ἀνειμένως, κακῶς ἔχομεν· εἰ δὲ μέσως, εὖ· ὁμοίως δὲ καὶ πρὸς τὰ ἄλλα. Πάθη μὲν οὖν οὐκ εἰσὶν οὔθ' αἱ ἀρεταὶ, οὔθ' αἱ κακίαι· ὅτι οὐ λεγόμεθα κατὰ τὰ πάθη σπουδαῖοι ἢ φαῦλοι, κατὰ δὲ τὰς ἀρετὰς ἢ κακίας λεγόμεθα· καὶ ὅτι κατὰ μὲν τὰ πάθη οὔτ' ἐπαινούμεθα, οὔτε ψεγόμεθα· οὐ γὰρ ἐπαινεῖται ὁ φοβούμενος, οὐδὲ ὁ ὀργιζόμενος· οὐδὲ ψέγεται ὁ ἁπλῶς ὀργιζόμενος, ἀλλ' ὁ πῶς· κατὰ δὲ τὰς ἀρετὰς καὶ τὰς κακίας ἐπαινούμεθα ἢ ψεγόμεθα. Ἔτι,

Tuſc. contendit Cicero, *affectus* nominavimus; quia propius ad Ariſtotelis ſententiam, qui τὰ πάθη utilia eſſe et ideo non eradicanda, ſed ad mediocritatem perducenda dicit, accedere videtur. *Perturbatio* quidem eſt vox ad Stoicorum ſententiam, quam tuetur Cicero, confirmandam aptiſſima: nos vero non τὰ πάθη impugnamus, ſed Philoſophum interpretamur. Vide Muretum. [m] Θυμὸν poſt ὀργὴν ſcribitur in C C C. Ven. 1. et Baſ. [n] Ἔλεος neutro genere legit Cam.

affectus, poteſtates, habitus, neceſſario ex his tribus unum aliquod erit virtus. Affectus autem dico cupiditatem, iram, timorem, audaciam, invidentiam, gaudium, amicitiam, odium, deſiderium, æmulationem, miſericordiam, et omnino ea omnia, quæ ſequitur voluptas aut dolor: poteſtates autem, quibus ad hos affectus propenſi dicimur, ut quarum impulſu vel ad iraſcendum, vel ad dolendum, vel ad miſerendum proclives ſumus: habitus vero ſunt, quibus aut bene aut male adverſus affectus noſmet habemus: veluti ſi ita affecti ſimus, ut vehementius, aut remiſſius iraſcamur, male affecti ſumus: ſi ut intra modum, bene: itemque in cæteris. Neque igitur virtutes neque vitia affectus ſunt: primum quia ex affectibus nec boni, nec mali dicimur, ex virtutibus autem aut vitiis dicimur: deinde quoniam affectus nobis nec laudi dantur, nec vitio; neque enim qui timet, laudatur, neque qui iraſcitur; neque qui ſimpliciter iraſcitur, vituperatur, ſed qui certo modo: propter virtutes vero et vitia laudamur, aut vituperamur.

ὀργιζόμεθα μὲν καὶ φοβούμεθα ἀπροαιρέτως· αἱ δὲ ἀρεταὶ προαιρέσεις τινὲς, ἢ οὐκ ἄνευ προαιρέσεως. Πρὸς δὲ τούτοις, κατὰ μὲν τὰ πάθη κινεῖσθαι λεγόμεθα, κατὰ δὲ τὰς ἀρετὰς καὶ τὰς κακίας οὐ κινεῖσθαι, ἀλλὰ διακεῖσθαί πως. Διὰ ταῦτα δὲ οὐδὲ δυνάμεις εἰσίν· οὔτε γὰρ ἀγαθοὶ λεγόμεθα τῷ δύνασθαι °πάσχειν ἁπλῶς, οὔτε κακοὶ, οὔτ' ἐπαινούμεθα, οὔτε ψεγόμεθα. Καὶ ἔτι, δυνατοὶ μέν ἐσμεν φύσει, ἀγαθοὶ δὲ ἢ κακοὶ οὐ γινόμεθα φύσει· εἴπομεν δὲ περὶ τούτου πρότερον. Εἰ οὖν μήτε πάθη εἰσὶν αἱ ἀρεταὶ, μήτε δυνάμεις, λείπεται ἕξεις αὐτὰς εἶναι. Ὅ, τι μὲν οὖν ἐστι τῷ γένει ἡ ἀρετὴ, εἴρηται.

ΚΕΦ. ϛ'.

ΔΕΙ δὲ μὴ μόνον οὕτως εἰπεῖν, ὅτι ἕξις, ἀλλὰ καὶ ποία τις. Ῥητέον οὖν, ὅτι πᾶσα ἀρετὴ, οὗ ἂν [p]ᾖ ἀρετὴ, αὐτό τε εὖ ἔχον ἀποτελεῖ, καὶ τὸ ἔργον αὐτοῦ εὖ ἀποδίδωσιν (οἷον ἡ τοῦ ὀφθαλμοῦ ἀρετὴ τόν τε ὀφθαλμὸν σπουδαῖον ποιεῖ, καὶ τὸ ἔργον αὐτοῦ· τῇ γὰρ τοῦ ὀφθαλμοῦ ἀρετῇ εὖ ὁρῶμεν.) Ὁμοίως καὶ

° Πράττειν N C. Ven. 1. 2. et Baſ.   [p] Εἴη El. N C. et alii.

Deinde iraſcimur et timemus inconſulto: at virtutes, aut conſilia quædam ſunt, aut non ſine conſilio. Poſtremo affectibus moveri dicimur, virtutibus et vitiis non moveri, ſed quodammodo conformari. Propter has porro cauſas nec ſunt poteſtates: neque enim eo quod patiendi poteſtate præditi ſumus ſimpliciter, boni vel mali dicimur, neque laudamur aut vituperamur. Præterea poteſtates inſunt in nobis natura, boni autem vel improbi non ſumus natura: qua de re ſupra diximus. Quod ſi virtutes nec affectus ſunt, nec poteſtates, relinquitur ut ſint habitus. Quid igitur ſit virtus genere, diximus.

CAP. VI.

SED non ſatis eſt ita dicere, virtutem habitum eſſe, verum etiam oſtendendum qualis ſit habitus. Dicendum igitur eſt virtutem omnem, et id, cujus ipſa virtus ſit, bene affectum reddere, et opus ejus ornare ac perpolire: exempli gratia, virtus oculi cum oculum ipſum probum efficit, tum aptum ad ſuum munus explendum: virtute enim oculi bene cernimus. Itemque

The 1st definition of Virtue is a habit from which man becomes good & performs his action correctly

τοῦ ἵππου ἀρετὴ ἵππον τε σπουδαῖον ποιεῖ, καὶ ἀγαθὸν δραμεῖν, καὶ ἐνεγκεῖν τὸν ἐπιβάτην, καὶ μεῖναι τοὺς πολεμίους. Εἰ δὴ τοῦτ' ἐπὶ πάντων οὕτως ἔχει, [q] καὶ ἡ τοῦ ἀνθρώπου ἀρετὴ εἴη ἂν ἕξις, ἀφ' ἧς ἀγαθὸς ἄνθρωπος γίνεται, καὶ ἀφ' ἧς εὖ τὸ ἑαυτοῦ ἔργον ἀποδώσει. Πῶς δὲ τοῦτ' ἔσται, ἤδη μὲν εἰρήκαμεν· ἔτι δὲ καὶ ὧδε ἔσται φανερὸν, ἐὰν θεωρήσωμεν ποία τις ἐστὶν ἡ φύσις αὐτῆς. [r] Ἐν παντὶ δὴ συνεχεῖ καὶ διαιρετῷ ἔστι λαβεῖν τὸ μὲν πλεῖον, τὸ δ' ἔλαττον, τὸ δ' ἴσον· καὶ ταῦτα ἢ κατ' αὐτὸ τὸ πρᾶγμα, ἢ πρὸς ἡμᾶς· τὸ δ' ἴσον μέσον τι ὑπερβολῆς καὶ ἐλλείψεως. Λέγω δὲ τοῦ μὲν πράγματος μέσον, τὸ ἴσον ἀπέχον ἀφ' ἑκατέρου τῶν ἄκρων, ὅπερ ἐστὶν ἓν καὶ ταὐτὸ πᾶσι· πρὸς ἡμᾶς δὲ, ὃ μήτε πλεονάζει, μήτε ἐλλείπει [r] τοῦ δέοντος. Τοῦτο δ' οὐχ ἓν, οὐδὲ τὸ αὐτὸ πᾶσιν· οἷον εἰ τὰ δέκα πολλὰ, τὰ δὲ δύο ὀλίγα, τὰ ἓξ μέσα λαμβάνουσι κατὰ τὸ πρᾶγμα· ἴσως γὰρ ὑπερέχει τε καὶ ὑπερέχεται. Τοῦτο δὲ μέσον ἐστὶ κατὰ τὴν ἀριθμητικὴν ἀναλογίαν· τὸ δὲ πρὸς ἡμᾶς οὐχ

[q] Καὶ aliqui libri non agnoscunt. [r] Eud. lib ii. cap. 3. [r] Τοῦ δέοντος El. Vict. Vet. Interp. et Argyr. non agnoscunt.

virtus equi cum equum bonum efficiat, tum ad currendum, equitemque vehendum, et hostes exspectandos expeditum ac paratum. Quod si ita est in omnibus, hominis profecto virtus habitus erit, quo homo et bonus fiat, et suo munere bene fungatur. Atque hoc quidem quonam modo futurum sit, cum jam antea dixerimus, tum etiam magis perspicuum ita esse poterit, si qualis sit virtutis natura considerabimus. Licet igitur in omni re continente ac dividua, et plus, et minus, et æquale sumere: eaque vel ex ipsa re judicantur, vel ad nos referuntur: æquale autem quiddam medium est inter nimium et parum. Jam rei medium appello, quod æqualiter abest ab utroque extremo, quod quidem unum et idem est omnibus: medium porro ad nos, id quod nec superat, nec deserit id quod oportet adesse. Hoc autem nec unum omnibus, nec idem est: exempli causa, si decem multa, duo pauca sunt, sex rei media sumere consueverunt: æqualiter enim superant et superantur. Atque hoc medium est proportione arithmetica: at quod nobis medium est, non ita sumendum

οὕτω ληπτέον· οὐ γὰρ εἴ τῳ δέκα μνᾶς φαγεῖν πολὺ, δύο δὲ ὀλίγον, ὁ ἀλείπτης ἓξ μνᾶς [s]προστάξειεν· ἔστι γὰρ ἴσως καὶ τοῦτο πολὺ τῷ ληψομένῳ, ἢ ὀλίγον· Μίλωνι μὲν γὰρ ὀλίγον, τῷ δὲ ἀρχομένῳ τῶν γυμνασίων πολύ· ὁμοίως [t]ἐπὶ δρόμου καὶ πάλης. Οὕτω δὴ πᾶς ἐπιστήμων τὴν ὑπερβολὴν καὶ τὴν ἔλλειψιν φεύγει, τὸ δὲ μέσον ζητεῖ, καὶ τοῦθ᾽ αἱρεῖται· μέσον δὲ, οὐ τὸ τοῦ πράγματος, ἀλλὰ τὸ πρὸς ἡμᾶς. Εἰ δὴ πᾶσα ἐπιστήμη οὕτω τὸ ἔργον εὖ ἐπιτελεῖ, πρὸς τὸ μέσον βλέπουσα, καὶ εἰς τοῦτο ἄγουσα τὰ ἔργα· (ὅθεν εἰώθασιν ἐπιλέγειν τοῖς εὖ ἔχουσιν ἔργοις, ὅτι οὔτ᾽ ἀφελεῖν ἔστιν, οὔτε προσθεῖναι, ὡς τῆς μὲν ὑπερβολῆς καὶ τῆς ἐλλείψεως [u]φθειρούσης τὸ εὖ, τῆς δὲ μεσότητος σωζούσης· οἱ δ᾽ ἀγαθοὶ τεχνῖται, ὡς λέγομεν, πρὸς τοῦτο βλέποντες ἐργάζονται,) ἡ δὲ ἀρετὴ πάσης τέχνης ἀκριβεστέρα καὶ ἀμείνων ἐστὶν, ὥσπερ καὶ ἡ φύσις, τοῦ μέσου ἂν εἴη στοχαστική. Λέγω δὲ τὴν ἠθικήν· αὕτη γάρ ἐστι περὶ πάθη

[s] Προστάξει El. C C C. et quidam impressi. [t] Ἐπὶ τούτων γὰρ ἀπὸ τῶν γυμναζομένων τὸ ἴσον κρίνομεν. *Andr.* [u] Ἀφαιρούσης pro φθειρούσης C C C.

est: non si enim decem libras comesse nimium sit, duas parum, sex libras alipta præscribet: est enim hoc quoque fortasse multum, vel parum ei, qui sit cibum capturus: Miloni enim parum, ei autem qui nunc primum incipit exerceri, multum: similiterque de cursu et lucta sentiendum. Itaque sciens omnis nimium et parum fugit, mediocritatem exquirit, atque hanc exoptat: mediocritatem, inquam, non rei, sed eam, quæ nobis est mediocritas. Quod si scientia omnis ita demum bene suum munus explet et absolvit, si mediocritatem sibi ob oculos proponat, ad eamque sua opera revocet ac dirigat; (ex quo ea opera, quæ scite et affabre facta sunt, hac ad extremum oratione commendare solent, nec eis quicquam detrahi, nec addi posse, quasi nimium et parum omnem perfectionem artis corrumpat et perimat, conservet mediocritas;) et si boni artifices, ut quidem dicimus, in suis operibus efficiendis hanc intuentur, et spectant, virtus autem, quemadmodum et natura, omni arte limatior ac melior est, ea profecto medium veluti collineando petat, et destinet, necesse est. De ea autem virtute loquor, quæ ad mores pertinet: hæc enim

καὶ πράξεις· ἐν δὲ τούτοις ἐστὶν ὑπερβολὴ καὶ ἔλλειψις, καὶ τὸ μέσον· οἷον καὶ φοβηθῆναι, καὶ θαῤῥῆσαι καὶ ἐπιθυμῆσαι [x] καὶ ἀποστραφῆναι, καὶ ὀργισθῆναι, καὶ ἐλεῆσαι, καὶ ὅλως ἡσθῆναι καὶ λυπηθῆναί ἐστι καὶ μᾶλλον καὶ ἧττον, καὶ ἀμφότερα οὐκ εὖ. Τὸ δ᾽ ὅτε δεῖ, καὶ ἐφ᾽ οἷς, καὶ πρὸς οὓς, καὶ οὗ ἕνεκα, καὶ ὡς δεῖ, μέσον τε καὶ ἄριστον, ὅπερ [y] ἐπὶ τῆς ἀρετῆς. Ὁμοίως δὲ καὶ περὶ τὰς πράξεις ἐστὶν ὑπερβολὴ καὶ ἔλλειψις καὶ τὸ μέσον· ἡ δὲ ἀρετὴ περὶ πάθη καὶ πράξεις ἐστὶν, ἐν οἷς ἡ μὲν ὑπερβολὴ ἁμαρτάνεται καὶ ἡ ἔλλειψις ψέγεται, τὸ δὲ μέσον ἐπαινεῖται καὶ κατορθοῦται· ταῦτα δ᾽ ἄμφω τῆς ἀρετῆς. Μεσότης τις ἄρα ἐστὶν ἡ ἀρετὴ, στοχαστική γε οὖσα τοῦ μέσου. Ἔτι, [1] τὸ μὲν ἁμαρτάνειν πολλαχῶς ἐστι· τὸ γὰρ κακὸν τοῦ ἀπείρου, ὡς [2] οἱ Πυθαγόρειοι εἴκαζον, τὸ δ᾽ ἀγαθὸν τοῦ πεπερασμένου· τὸ δὲ κατορθοῦν μοναχῶς· διὸ καὶ τὸ μὲν ῥᾴδιον, τὸ δὲ χαλεπόν· ῥᾴδιον μὲν τὸ ἀποτυχεῖν τοῦ σκοποῦ, χαλεπὸν δὲ τὸ ἐπιτυχεῖν·

[x] Καὶ ἀποστραφῆναι deſunt MSS. Ven. 1. 2. et Baſ. [y] Ἐστι pro ἐπὶ legit Zuing. haud male: in El. ſcribitur ὅπερ ἐστὶν ἐπί. [1] Magn. Moral. lib. i. cap. 25. [2] Lib. i. cap. 6.

in affectibus atque actionibus verſatur; in quibus eſt et nimium et parum et mediocritas; ut timere, fidere, concupiſcere, odiſſe atque aſpernari, iraſci, miſereri, et (ut ſemel dicam) gaudere et dolere poteſt quiſque nimium et parum, atque utrumque non recte. At vero quo tempore, et propter quam cauſam, et quibus, et cujus rei gratia, et quomodo oportet his affectibus commoveri, id ſane et medium eſt, et optimum, quod in virtute ſitum eſt. Eodem quoque modo in actionibus nimium, parum, medium reperitur: virtus autem in affectibus, et actionibus verſatur, in quibus nimium, et parum, et peccata ſunt, et vituperantur, mediocritas et laudatur, et recte factum eſt: at hæc ambo ſunt virtutis. Eſt ergo virtus mediocritas quædam, cum mediocritatem velluti ſignum quoddam ſibi propoſitum petat ac deſtinet. Præterea peccare multis modis poſſumus; (malum enim, ut Pythagorei conjectura quadam conſequebantur, eſt infiniti atque interminati, bonum finiti et terminati;) at recte facere uno modo: itaque etiam hoc difficile eſt, illud vero facile; a ſcopo ſcilicet aberrare facile eſt, ſcopum ferire difficile: ob has

καὶ διὰ ταῦτ' οὖν τῆς μὲν κακίας ἡ ὑπερβολὴ καὶ ἡ ἔλλειψις, τῆς δὲ ἀρετῆς ἡ μεσότης·

[z]Ἐσθλοὶ μὲν γὰρ ἁπλῶς, παντοδαπῶς δὲ κακοί.

Ἔστιν ἄρα ἡ ἀρετὴ ἕξις [a]προαιρετική, ἐν μεσότητι οὖσα τῇ πρὸς ἡμᾶς, [b]ὡρισμένη λόγῳ, καὶ ὡς ἂν ὁ φρόνιμος ὁρίσειε· μεσότης δὲ [c]δύο κακιῶν, τῆς μὲν καθ' ὑπερβολήν, τῆς δὲ κατ' ἔλλειψιν· καὶ ἔτι τῷ τὰς μὲν ἐλλείπειν, τὰς δ' ὑπερβάλλειν τοῦ δέοντος, ἔν τε τοῖς πάθεσι, καὶ ἐν ταῖς πράξεσι, τὴν δ' ἀρετὴν τὸ μέσον καὶ εὑρίσκειν καὶ αἱρεῖσθαι. Διὸ κατὰ μὲν τὴν οὐσίαν καὶ τὸν λόγον τὸν τί ἦν εἶναι λέγοντα, μεσότης ἐστὶν ἡ ἀρετή· κατὰ δὲ τὸ ἄριστον καὶ τὸ εὖ, ἀκρότης. Οὐ πᾶσα δ' ἐπιδέχεται πρᾶξις, οὐδὲ [d]πᾶν πάθος τὴν μεσότητα· ἔνια γὰρ εὐθὺς ὠνόμασται συνειλημμένα μετὰ τῆς φαυλότητος,

[z] Verſus eſt incerti auctoris. Heſiodus eandem ſententiam expreſſit in ſequentibus :

Τὴν μέντοι κακότητα καὶ ἰλαδὸν ἐστιν ἑλέσθαι
Ῥηϊδίως.——
Τῆς δ' ἀρετῆς μακρός τε καὶ ὄρθιος οἶμος.—

[a] *Προαιρετικὴ ad conſilium agendi capiendum aptus* Latine reddidi : cujus mei facti rationem, ne quis in lingua Latina parum exercitatus vel miretur, vel tacite reprehendat, reddere non recuſo. Dico igitur *conſilium capere* non eſſe conſultare, ut vulgus exiſtimat, ſed e duobus aut pluribus, quæ in conſultationem veniant, et de quibus quæratur, utrum, vel quod eorum agere aut ſequi præſtet, unum aliquod potiſſimum ſuſcipere. *Lamb.* [b] *Ὁριζομένη* El. [c] *Δυοῖν.* El. [d] Πᾶν *ψυχῆς πάθος* Vet. Interp.

igitur cauſas nimium et parum ad vitium pertinent, mediocritas ad virtutem :

Uno namque boni, cunctimodiſque mali.

Eſt igitur virtus habitus ad conſilium agendi capiendum aptus et expeditus, in ea mediocritate poſitus, quæ ad nos comparatur, quæque ratione eſt definita, et ut prudens definiret : mediocritas autem ſeu medium eſt duorum vitiorum, unius quod ex nimio, alterius quod ex eo quod parum eſt naſcitur : atque etiam idcirco mediocritas eſt, quod alia vitia deſerunt id, quod fieri debet, tum in affectibus, tum in actionibus, alia ſuperant ; virtus autem medium et invenit et ſequitur. Quocirca virtus ex ſua eſſentia et ratione, quæ, quid ſit res, declarat, medium eſt : ex præſtantia autem et perfectione, ſummum. Verum non omnis actio nec omnis affectus mediocritatem recipit : ſunt enim quædam, quorum nominibus ſtatim vitium eſt implicatum, ut malevolentia læ-

οἷον [e] ἐπιχαιρεκακία, ἀναισχυντία, φθόνος, καὶ ἐπὶ τῶν πράξεων, μοιχεία, κλοπή, ἀνδροφονία· πάντα γὰρ ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα λέγεται τῷ αὐτὰ φαῦλα εἶναι, ἀλλ' οὐχ αἱ ὑπερβολαὶ αὐτῶν, οὐδὲ αἱ ἐλλείψεις. Οὐκ ἔστιν οὖν οὐδέποτε περὶ αὐτὰ κατορθοῦν, ἀλλ' ἀεὶ ἁμαρτάνειν· οὐδ' ἔστι τὸ εὖ ἢ μὴ εὖ περὶ τὰ τοιαῦτα, ἐν τῷ [f] ἣν δεῖ, καὶ ὅτε, καὶ ὡς μοιχεύειν· ἀλλ' ἁπλῶς τὸ ποιεῖν ὁτιοῦν τούτων ἁμαρτάνειν ἐστίν. Ὅμοιον οὖν τὸ ἀξιοῦν καὶ περὶ τὸ ἀδικεῖν, καὶ δειλαίνειν, καὶ ἀκολασταίνειν εἶναι μεσότητα, καὶ ὑπερβολὴν καὶ ἔλλειψιν· ἔσται γὰρ οὕτω γε ὑπερβολῆς καὶ ἐλλείψεως μεσότης, καὶ ὑπερβολῆς ὑπερβολή, καὶ ἔλλειψις ἐλλείψεως. Ὥσπερ δὲ σωφροσύνης καὶ ἀνδρείας οὐκ ἔστιν ὑπερβολὴ καὶ ἔλλειψις· διὰ τὸ τὸ μέσον εἶναί πως [g] ἄκρον· οὕτως οὐδὲ ἐκείνων μεσότης, οὐδὲ ὑπερβολὴ καὶ ἔλλειψις, ἀλλ' ὡς ἂν πράττηται, ἁμαρτάνεται· ὅλως γὰρ οὔθ' ὑπερβολῆς καὶ ἐλλείψεως μεσότης ἐστίν, οὐδὲ μεσότητος ὑπερβολὴ καὶ ἔλλειψις.

[e] Ἐθελοκακία pro ἐπιχαιρεκακία habet Baſ. in margine. [f] ἢ El. et Baſ. ἣ Ven. 1. et 2. [g] Ἄκρων Ven. 1. et 2.

tans alieno malo, impudentia, invidentia, et in actionibus, adulterium, furtum, cædes: hæc enim omnia, et quæ ſunt hujus generis, ſic appellantur, quod ipſa mala ſint, non eorum immoderationes, aut paucitates. Nunquam igitur fieri poteſt, ut in his recte fiat, ſed ſemper peccatur: neque in talibus recte aut non recte faciendi vis in eo poſita eſt, ut cum qua et quo tempore et quo modo adulterium facere oporteat, animadvertatur: ſed ſimpliciter et abſolute quidvis horum admittere, peccare eſt. Quamobrem mediocritatem in his poſtulare ſimile ſit ac ſi quis in injuria facienda, et in vita ignava et intemperata, mediocritatem, nimium, et parum quærat: nam hac quidem ratione, eſſet nimii, et ejus quod parum eſt, modus ac mediocritas, et nimii nimium, et ejus quod parum eſt, aliquid parum. Sed quo modo temperantiæ ac fortitudinis nec nimium eſt, nec parum; (propterea quod medium quodammodo eſt ſummum;) ſic ne illorum quidem mediocritas eſt, nec nimium, nec parum, ſed ut quidque admiſſum fuerit, ita peccatum eſt: omnino enim nec nimii, nec ejus quod eſt parum, mediocritas eſſe poteſt, nec mediocritatis nimium et parum.

ΚΕΦ. ζ'.

ΔΕΙ δὲ τοῦτο μὴ μόνον καθόλου λέγεσθαι, ἀλλὰ καὶ τοῖς καθ' ἕκαστα ἐφαρμόττειν· ἐν γὰρ τοῖς περὶ τὰς πράξεις λόγοις, οἱ μὲν καθόλου [h] κενώτεροί εἰσιν, οἱ δὲ ἐπὶ μέρους ἀληθινώτεροι· περὶ γὰρ τὰ καθ' ἕκαστα αἱ πράξεις· δέον δὲ ἐπὶ τούτων συμφωνεῖν. Ληπτέον οὖν ταῦτα ἐκ τῆς [i] διαγραφῆς. [i] Περὶ μὲν οὖν φόβους καὶ θάῤῥη ἀνδρία μεσότης· τῶν δ' ὑπερβαλλόντων, ὁ μὲν τῇ ἀφοβίᾳ, ἀνώνυμος· ([k] πολλὰ δ' ἐστὶν ἀνώνυμα) ὁ δ' ἐν τῷ θαῤῥεῖν ὑπερβάλλων, θρασύς· ὁ δὲ τῷ μὲν φοβεῖσθαι ὑπερβάλλων, τῷ δὲ θαῤῥεῖν ἐλλείπων, δειλός. Περὶ ἡδονὰς δὲ καὶ λύπας [l] οὐ πάσας, ἧττον δὲ καὶ περὶ τὰς

[h] Ita fcripti fere omnes libri, quos Lambino videre contigit: ex noftris vero folus C C C. (cujus in marg. annotatur fcribi in nonnullis κοινότεροι) ita etiam Aurel. et Vet. Interp. κοινότεροι plerique alii; quos fequitur Argyr. et Andronici παράφρασις, quæ hujufmodi eft: Τῶν γὰρ περὶ τὰς πράξεις λόγων οἱ μὲν καθολικοὶ κοινότεροι καὶ πλείοσιν ἐφαρμόζουσιν, οἱ δὲ μερικοὶ ἀληθινώτεροι· ἅτε διὰ τοῦτο προσεχῶς ταῖς πράξεσιν ἐφαρμόζοντες, αἵτινες ἀεὶ ἐν τοῖς μερικοῖς γίνονται· οἷς δὴ μερικοῖς οἱ ἀληθεῖς συμφωνοῦσι λόγοι. Utraque lectio fententiam Ariftotele minime indignam continet. Vide Lamb. et Vict. [i] Hic defideratur dubio procul Ariftotelica διαγραφὴ, cujus explicatio eft, quod fequitur. Amiffam vero διαγραφὴν poffumus reparare ex Eud. lib. ii. cap. 3. *Cafaub.* Ληψόμεθα δὲ τὰ ζητούμενα ἐκ τῆς ἐκτεθείσης διαγραφῆς. *Hoc ergo, de quo quærimus, ex expofita fumendum eft defcriptione.* Andr. [i] Infra lib. iii. cap. 9. et feq. [k] Ex verbis Euftratii in hunc locum fufpicari licet deeffe poft vocem ἀνώνυμα aliquid. Sic Euftrat. κακίας δὲ τὸν μὲν ἀπὸ τῆς ἀφοβίας ὑπερβάλλοντα ἀνώνυμον τινα λέγει· πολλὰ γὰρ εἶναι τῶν τοιούτων ἀνώνυμα· εἴη δ' ἂν, φησὶν, ἄφοβός τις ὁ τοιοῦτος, ἀλλ' οὐχ ὡς δεῖ· λέγεται γὰρ καὶ ὁ ἀνδρεῖος ἄφοβος, ὅτι οὐ φοβεῖται ἃ μὴ δεῖ. Quod igitur ait φησὶ, fufpicionem movet, nifi alio refpexit. *Cafaub.* [l] Lege οὐ πάσας δὲ, vel οὐ μὲν πάσας, et refer ad ἡδονάς: ac

CAP. VII.

NON folum autem hoc univerfe dicendum eft, fed etiam ad fingulas virtutes accommodandum: fermones enim, qui habentur de actionibus, ii, qui ad genus univerfum pertinent, aliquanto funt inaniores, qui vero partes et res fingulares explicant, veriores: in rebus enim fingularibus confiftunt actiones: cum his autem oportet orationem congruere. Hæc igitur ex defcriptione fumenda et intelligenda funt. Ac fortitudo quidem mediocritas eft in metu et confidentia occupata: eorum autem, qui modum fuperant, is, qui timoris vacuitate fuperat, caret nomine; (funt autem multa, quæ nomine carent;) qui vero fidendo modum fuperat, audax appellatur: qui autem metuendo ultra modum progreditur, et fidendo modum defecit, ignavus. Jam vero in voluptatibus et moleftiis, non omnibus, minus autem in do-

λύπας, μεσότης μὲν σωφροσύνη, ὑπερβολὴ δὲ ἀκολασία. Ἐλλείποντες δὲ περὶ τὰς ἡδονὰς οὐ πάνυ γίνονται· διόπερ οὐδ' [m] οὗτοι ὀνόματος τετυχήκασιν· ἔστωσαν δὲ ἀναίσθητοι. Περὶ δὲ δόσιν χρημάτων καὶ λῆψιν μεσότης μὲν ἐλευθεριότης, ὑπερβολὴ δὲ καὶ ἔλλειψις ἀσωτία καὶ ἀνελευθερία. Ἐναντίως δὲ [n] αὐτὰς ὑπερβάλλουσι καὶ ἐλλείπουσιν· ὁ μὲν γὰρ ἄσωτος ἐν μὲν προέσει ὑπερβάλλει, ἐν δὲ λήψει ἐλλείπει· ὁ δὲ ἀνελεύθερος ἐν μὲν λήψει ὑπερβάλλει, ἐν δὲ προέσει ἐλλείπει. Νῦν μὲν [o] οὖν τύπῳ καὶ ἐπὶ κεφαλαίῳ λέγομεν, ἀρκούμενοι αὐτῷ τούτῳ· [1] ὕστερον δὲ ἀκριβέστερον περὶ αὐτῶν διορισθήσεται. Περὶ δὲ τὰ χρήματά εἰσι καὶ ἄλλαι διαθέσεις· μεσότης μὲν μεγαλοπρέπεια· ὁ γὰρ μεγαλοπρεπὴς διαφέρει ἐλευθερίου· ὁ μὲν γὰρ περὶ μεγάλα, ὁ δὲ περὶ μικρά· ὑπερβολὴ δὲ ἀπειροκαλία καὶ

fortaſſe aliter ſcripſerat Ariſt. (Vide lib. iii. cap. 13.) περὶ γὰρ τὰς σωματικὰς, καὶ τούτων τὰς περὶ ἁφὴν μάλιστα, quæ hoc loco poſt πάσας inſeruntur in pleriſque Editt. (ut in Ven. 1. et 2. Baſ. et Lamb.) ex gloſſa et Euſtratii interpretatione ſunt profecta. *Caſaub.* [m] Οἱ τοιοῦτοι pro οὗτοι El. habet: τοιοῦτος et ſequentia in ſing. num. N C. legit. [1] Lib. iv. cap. 1. [n] Κατ' αὐτὰς C C C. et Baſ. [o] Οὖν abeſt a N C. et Aurel.

loribus, quam in voluptatibus, mediocritas temperantia eſt, nimium intemperantia. In voluptatibus porro qui eo peccent, quod eas parum expetant, raro reperiuntur: ita ne nomen quidem conſecuti ſunt: ſed appellentur ſane ſenſus expertes. In donandis autem et accipiendis pecuniis mediocritas quidem eſt ea, quæ liberalitas dicitur, nimium autem et parum effuſio et illiberalitas. Eas autem, quas dixi, mediocritates, contraria inter ſe ratione vitioſi homines et ſuperant, et deferunt: prodigus enim in profundenda pecunia ultra modum prodit, in accipienda modum deſerit: illiberalis in accipienda immoderatus eſt, in profundenda parcior, ac reſtrictior. Hæc igitur nunc quidem veluti adumbramus ſummatimque perſtringimus, in præſenti hoc ipſo contenti: poſterius autem enucleatius ac ſubtilius ea diſtinguemus. In pecuniis autem aliæ quoque verſantur animi affectiones; quarum mediocritas magnificentia nominatur: magnificus enim eo differt a liberali, quod ille in magnis, hic in parvis verſetur: nimium ἀπειροκαλία, id eſt, elegantiæ inſcientia, et βαναυσία, id eſt, operaria quædam in ſumptu faciendo inſo-

βαναυσία, ἔλλειψις δὲ μικροπρέπεια· διαφέρουσι δὲ αὗται τῶν περὶ τὴν ἐλευθεριότητα· [p] ᾧ δὲ διαφέρουσιν, ὕστερον ῥηθήσεται. Περὶ δὲ τιμὴν καὶ ἀτιμίαν μεσότης μὲν μεγαλοψυχία, ὑπερβολὴ δὲ χαυνότης τις λεγομένη, ἔλλειψις δὲ μικροψυχία. Ὡς δ᾽ ἐλέγομεν ἔχειν πρὸς τὴν μεγαλοπρέπειαν τὴν ἐλευθεριότητα περὶ μικρὰ διαφέρουσαν, οὕτως ἔχει τις καὶ πρὸς τὴν μεγαλοψυχίαν περὶ τιμὴν οὖσαν μεγάλην, αὐτὴ περὶ [q] μικρὰν οὖσα· ἔστι γὰρ ὡς δεῖ ὀρέγεσθαι τιμῆς καὶ μᾶλλον ἢ δεῖ, καὶ ἧττον. Λέγεται δὲ ὁ μὲν ὑπερβάλλων ταῖς ὀρέξεσι φιλότιμος, ὁ δ᾽ ἐλλείπων ἀφιλότιμος, ὁ δὲ μέσος ἀνώνυμος· ἀνώνυμοι δὲ καὶ αἱ [r] διαθέσεις, πλὴν ἡ τοῦ φιλοτίμου φιλοτιμία· [s] ὅθεν ἐπιδικάζονται οἱ ἄκροι τῆς μέσης χώρας. Καὶ ἡμεῖς δὲ, ἔστι μὲν ὅτε τὸν μέσον φιλότιμον καλοῦμεν, ἔστι δ᾽ ὅτε ἀφιλότιμον· καὶ ἔστιν ὅτε μὲν ἐπαινοῦμεν τὸν φιλότιμον,

[p] Πῇ pro ᾧ El. habet: utrumque in N C. occurrit. [q] Μικρὰ Ven. 1. 2. et Baſ. [r] Διαθέσεις, quæ proprie ſignificat *diſpoſitiones*, hic, ut infra cap. ſeq. improprie pro ἕξεις ponitur. [s] Vide lib. iv. cap. 4.

lentia, parum μικροπρέπεια, id eſt, indecora in ſumptu faciendo parſimonia: differuntque hæ ab iis, quæ ad liberalitatem pertinent: quid differant autem, poſterius dicemus. Jam vero ea quæ in honore et infamia verſatur mediocritas, animi magnitudo nuncupatur, nimium χαυνότης a Græcis appellatur, a nobis elatio animi, aut ſuperbia in animis extollendis nominatur, parum, humilis et demiſſus animus. Quam autem comparationem habere dicebamus cum magnificentia liberalitatem, eo differentem, quod in parvis verſetur, eandem habet cum animi magnitudine, quæ in magno honore vertitur, virtus quædam altera, quæ in parvo eſt occupata: evenire enim poteſt, ut quis et pro eo ac ſatis eſt honorem expetat, et ut nimium et parum expetat. Qui autem honoris cupiditate modum ſuperat, ambitioſus, qui deſerit, contemptor honoris appellatur, medius nomine caret: atque etiam affectiones ipſæ carent nomine, præterquam ambitioſi, cujus vitioſitas ambitio nominatur: hinc extremi de medio loco concertant ac litigant. Atque adeo nos ipſi eum, qui medius eſt, nunc ambitioſum, nunc honoris contemptorem appellamus: et aliquando ambitioſum, aliquando honoris contempto-

ἐστι δ' ὅτε τὸν ἀφιλότιμον. Διὰ τίνα δ' αἰτίαν τοῦτο ποιοῦμεν, ἐν τοῖς ἑξῆς ῥηθήσεται· νῦν δὲ περὶ τῶν λοιπῶν λέγωμεν κατὰ τὸν ὑφηγημένον τρόπον. Ἔστι δὲ καὶ περὶ ὀργὴν ὑπερβολὴ καὶ ἔλλειψις, καὶ μεσότης· [r]σχεδὸν δὲ ἀνωνύμων ὄντων αὐτῶν, τὸν μέσον πρᾶον λέγοντες, τὴν μεσότητα πραότητα καλέσομεν· τῶν δ' ἄκρων, ὁ μὲν ὑπερβάλλων ὀργίλος ἔστω, ἡ δὲ [s]κακία ὀργιλότης· ὁ δὲ ἐλλείπων ἀόργητός τις, ἡ δ' ἔλλειψις ἀοργησία. Εἰσὶ δὲ καὶ ἄλλαι τρεῖς μεσότητες ἔχουσαι μέν τινα [t]ὁμοιότητα πρὸς ἀλλήλας, διαφέρουσι δὲ ἀλλήλων· πᾶσαι μὲν γάρ εἰσι περὶ λόγων καὶ πράξεων κοινωνίαν· διαφέρουσι δὲ, ὅτι ἡ μέν ἐστι περὶ τὸ ἀληθὲς τὸ ἐν αὐτοῖς, αἱ δὲ περὶ τὸ ἡδύ· τούτου δὲ τὸ μὲν ἐν παιδιᾷ, τὸ δὲ ἐν πᾶσι τοῖς κατὰ τὸν βίον. Ῥητέον οὖν καὶ περὶ τούτων, ἵνα μᾶλλον κατίδωμεν, ὅτι ἐν πᾶσιν ἡ μεσότης ἐπαινετὸν, τὰ δ' ἄκρα οὔτε ὀρθὰ, οὔτε ἐπαινετὰ, ἀλλὰ ψεκτά. Ἔστι μὲν οὖν καὶ τούτων

[r] Lib. iv. cap. 5. [s] Κακία pro ἔλλειψις N C. [t] Κοινωνίαν pro ὁμοιότητα N C. habet. Sic legiſſe videtur Andronicus, qui παραφράζει per αἵ κατά τι μὲν κοινωνοῦσιν : *quæ aliquid commune inter ſe habent.*

rem laudamus. Quod quamobrem faciamus, in iis, quæ deinceps ſequentur, explicabimus : nunc vero eo, quo cœpimus, modo de cæteris dicamus. Eſt autem etiam in ira nimium, parum, mediocritas : ſed cum ea fere nomine vacent, medium clementem ac lenem, mediocritatem clementiam ac lenitatem nominabimus : extremorum vero is, qui modum ſuperat, iracundus, vitiumque iracundia dicatur : qui deſerit, lentus quidam, et vitium lentitudo appelletur. Jam vero ſunt et tres aliæ mediocritates, quæ tametſi ſimilitudine quadam inter ſe conveniant, differunt tamen : omnes enim in ſermonum et actionum communitate verſantur : ſed hoc differunt, quod una in veritate ea, quæ in eis ipſis rebus ineſt, vertitur, aliæ duæ in earum jucunditate poſitæ ſunt : atque hujus quidem jucunditatis altera pars in joco, altera in iis omnibus, quæ in hac vita quotidiana uſu venire ſolent, cernitur. Quamobrem de his quoque nobis pauca dicenda ſunt, ut in omnibus rebus mediocritatem eſſe laudandam, extrema autem neque recta, neque laudanda, immo vero vituperanda, planius intelligamus. Tametſi

τὰ πλείω ἀνώνυμα· πειρατέον δ', ὥσπερ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων, [u] αὐτοὺς ὀνοματοποιεῖν, σαφηνείας ἕνεκεν, καὶ τοῦ εὐπαρακολουθήτου. [1] Περὶ μὲν οὖν τὸ ἀληθὲς, ὁ μὲν μέσος [x] ἀληθής τις, καὶ ἡ μεσότης ἀλήθεια λεγέσθω· ἡ δὲ προσποίησις, ἡ μὲν ἐπὶ τὸ μεῖζον, ἀλαζονεία, καὶ ὁ ἔχων αὐτὴν ἀλαζών· ἡ δὲ ἐπὶ τὸ ἔλαττον, εἰρωνεία, καὶ εἴρων. [2] Περὶ δὲ τὸ ἡδὺ, τὸ μὲν ἐν παιδιᾷ, ὁ μὲν μέσος εὐτράπελος, καὶ ἡ διάθεσις εὐτραπελία· ἡ δ' ὑπερβολὴ βωμολοχία, καὶ ὁ ἔχων αὐτὴν βωμολόχος· ὁ δ' ἐλλείπων ἄγροικός τις, καὶ ἡ ἕξις ἀγροικία. [3] Περὶ δὲ τὸ λοιπὸν ἡδὺ, τὸ ἐν τῷ βίῳ, ὁ μὲν ὡς δεῖ ἡδὺς ὢν, φίλος, καὶ ἡ μεσότης φιλία· ὁ δ' ὑπερβάλλων, [y] εἰ μὲν οὐδενὸς ἕνεκα, ἄρεσκος, εἰ δ' ὠφελείας τῆς αὑτοῦ, κόλαξ· ὁ δ' ἐλλείπων καὶ ἐν πᾶσιν ἀηδὴς, δύσερίς τις καὶ δύσκολος. [4] Εἰσὶ δὲ καὶ ἐν

[u] Αὐτοῖς C C C. ἐν αὐτοῖς Andr. [1] Lib. [illegible]. cap. 7. [x] Ἀληθής ἐστι El. [2] Vide lib. iv. cap. 8. [3] Vide lib. iv. cap. 6. [y] Ὁ μὲν οὐδ. ἕνεκα ἄρεσκος, ὁ δ' ὠφ. N C. ita etiam alii, teste Casaubono. [4] Vide lib. iv. cap. 9.

igitur permulta sint ex his, quæ careant nomine: danda tamen opera est, ut eorum, quemadmodum et aliorum, nomina fingamus, tum perspicuitatis gratia, tum ut aptior, ac facilior sit ad consequendum series orationis. In veritate igitur is, qui mediocritatem tuetur ac retinet, verax quidam, et mediocritas veritas appelletur; simulatio autem quæ rem auget, et majorem facit, arrogantia, et qui ea affectus est, arrogans: ea vero, quæ de se detrahit, reique veritatem extenuat, dissimulatio, et qui ea uti solet, dissimulator vocetur. In jucunditate porro ea, quæ in joco cernitur, is, qui mediocritatem et modum servat, facetus aut urbanus, et affectio urbanitas nominetur: nimium, scurrilis dicacitas, et qui ea affectus est, scurra: qui modum deserit, rusticus quidam seu agrestis atque insulsus, et habitus, rusticitas atque insulsitas. In altera autem jucunditate ea, quæ in vitæ communione locum habet, is qui se ita jucundum præstat, ut debet, amicus, et mediocritas amicitia nominetur: qui modum superat, si nullo suo commodo adductus, placendi studiosus, seu blandus; sin suæ utilitatis causa, assentator: qui deserit, seseque omnibus in rebus insuavem atque acerbum præbet, is pugnax quidam in contentionibus, difficilisque nominetur. Atque etiam in affectibus, iisque rebus, quæ ad affectus perti-

τοῖς πάθεσι, καὶ ἐν τοῖς περὶ τὰ πάθη, μεσότητες· ἡ γὰρ αἰδὼς ἀρετὴ μὲν οὐκ ἔστιν, ἐπαινεῖται δὲ καὶ ὁ αἰδήμων· καὶ γὰρ ἐν τούτοις, [z] ὁ μὲν λέγεται μέσος, ὁ δ᾽ ὑπερβάλλων, ὡς καταπλήξ, ὁ πάντα αἰδούμενος· ὁ δ᾽ ἐλλείπων, ἢ ὁ μηδὲ ὅλως, ἀναίσχυντος, ὁ δὲ μέσος αἰδήμων. Νέμεσις δὲ μεσότης φθόνου καὶ ἐπιχαιρεκακίας· εἰσὶ δὲ περὶ λύπην καὶ ἡδονὴν τὰς ἐπὶ τοῖς συμβαίνουσι τοῖς πέλας γινομένας· ὁ μὲν γὰρ νεμεσητικὸς λυπεῖται ἐπὶ τοῖς [a] ἀναξίως εὖ πράττουσιν· ὁ δὲ φθονερὸς ὑπερβάλλων τοῦτον, ἐπὶ πᾶσι λυπεῖται· ὁ δ᾽ ἐπιχαιρέκακος τοσοῦτον ἐλλείπει τοῦ λυπεῖσθαι, ὥστε καὶ χαίρειν. [1] Ἀλλὰ [b] περὶ μὲν τούτων καὶ ἄλλοθι καιρὸς ἔσται· περὶ δὲ δικαιοσύνης, ἐπεὶ οὐχ ἁπλῶς λέγεται, μετὰ ταῦτα διελόμενοι, περὶ ἑκατέρας [c] ἐροῦμεν, πῶς μεσότητές εἰσιν· [d] ὁμοίως δὲ καὶ περὶ τῶν λογικῶν ἀρετῶν.

[z] Ὁ μὲν λέγεται ὑπερβάλλων fortaſſe rectius; præſertim cum ſtatim ſubnectat ὁ δὲ μέσος αἰδήμων. *Zuing.* [a] Ἀναξίοις NC. [1] Eud. lib. iii. cap. 7. [b] Περὶ μὲν οὖν τούτων Cam. Baſ. Vet. Interp. et alii. [c] Sc. in libro v. [d] Sc. in initio libri vi.

nent, mediocritates inſunt: verecundia enim non eſt illa quidem virtus, veruntamen laudatur etiam is, qui verecundus eſt: his enim in rebus alius dicitur medius, alius qui modum ſuperat, tanquam obſtupefactus, et pudore conſternatus, qui omni in re verecundatur: qui autem modum deſerit, quemque nihil omnino pudet, impudens, medius autem ille pudens, ac verecundus. Indignatio vero mediocritas eſt inter invidentiam et malevolentiam alienis malis lætantem interjecta: verſantur autem in moleſtiis ac voluptatibus ob ea commoda ſuſceptis, quæ alteri obtigerunt: nam qui ad indignandum propenſus eſt, is dolet eorum rebus ſecundis, qui eis indigni ſunt: invidus hunc ſuperans, rebus omnium ſecundis contabeſcit: at malevolus alienis malis lætans ex incommodis aliorum non modo moleſtia ac dolore non afficitur, verum etiam voluptate perfunditur. Sed de his quidem alibi ſuo loco ac tempore dicemus: de juſtitia autem, quoniam non ſimpliciter nec uno modo dicitur, deinceps diviſione ejus in duas partes facta, quemadmodum ambæ ſint mediocritates, oſtendemus: itemque de virtutibus iis, quæ rationem attingunt, differemus.

ΚΕΦ. η'.

[1]ΤΡΙΩΝ δὲ διαθέσεων οὐσῶν, δύο μὲν [e]κακιῶν, τῆς μὲν καθ' ὑπερβολὴν, τῆς δὲ κατ' ἔλλειψιν, μιᾶς δὲ ἀρετῆς τῆς μεσότητος, πᾶσαι πάσαις ἀντίκεινταί πως· αἱ μὲν γὰρ ἄκραι καὶ τῇ μέσῃ, καὶ ἀλλήλαις ἐναντίαι εἰσὶν, ἡ δὲ μέση ταῖς ἄκραις. Ὥσπερ γὰρ τὸ ἴσον πρὸς μὲν τὸ ἔλαττον, μεῖζον, πρὸς δὲ τὸ μεῖζον, ἔλαττον· οὕτως αἱ μέσαι ἕξεις πρὸς μὲν τὰς ἐλλείψεις ὑπερβάλλουσι, πρὸς δὲ τὰς ὑπερβολὰς ἐλλείπουσιν, ἔν τε τοῖς πάθεσι, καὶ ταῖς πράξεσιν· ὁ γὰρ ἀνδρεῖος πρὸς μὲν τὸν δειλὸν θρασὺς φαίνεται, πρὸς δὲ τὸν θρασὺν δειλός. Ὁμοίως δὲ καὶ ὁ σώφρων πρὸς μὲν τὸν ἀναίσθητον ἀκόλαστος, πρὸς δὲ τὸν ἀκόλαστον ἀναίσθητος· ὁ δ' ἐλευθέριος πρὸς μὲν τὸν ἀνελεύθερον ἄσωτος, πρὸς δὲ τὸν ἄσωτον ἀνελεύθερος· διὸ καὶ ἀπωθοῦνται [f]τὸν μέσον οἱ ἄκροι, ἑκάτερος πρὸς ἑκάτερον, καὶ καλοῦσι τὸν ἀνδρεῖον, ὁ μὲν δειλὸς θρασὺν, ὁ δὲ θρασὺς δειλόν· καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ἀνάλογον. Οὕτω δ' ἀντι-

[1] Magn. Moral. lib. i. cap. 9. [e] Κακῶν pro κακιῶν habet Cam. [f] Τὸ μέσον Cam. Baſ. Ven. 1. et 2.

CAP. VIII.

CUM ſint autem affectiones tres, nempe duo vitia, quorum alterum modum ſuperat, deſerit alterum, una virtus, quæ mediocritas eſt, omnes inter ſe quodammodo pugnant: nam extremæ et cum media, et inter ſe pugnant, et cum extremis media. Quemadmodum enim ſi id, quod æquale eſt, cum eo, quod minus eſt, comparetur, majus eſt, ſi cum majore, minus: ſic medii habitus, ſi cum iis, qui modum deſerunt, comparentur, ſuperant, ſi cum iis, qui ſuperant, deſerunt, tum in affectibus, tum in actionibus: fortis enim ad ignavum audax, ad audacem ignavus ac timidus videtur. Similiterque temperans ad eum, quem ſenſus expertem diximus, intemperans, ad intemperantem ſenſus expers habetur: liberalis autem ſi cum illiberali conferatur, prodigus, ſi cum prodigo, illiberalis exiſtimatur: idcirco et medium uterque extremorum alter ad alterum propulſat, fortemque timidus audacem, audax timidum nominat: et ita æqua proportione ſe res habet in aliis. Cum hæc autem ita

κειμένων ἀλλήλοις τούτων, [g]πλείων ἐναντιότης ἐστὶ τοῖς ἄκροις πρὸς ἄλληλα, ἢ πρὸς τὸ μέσον· πορρωτέρω γὰρ ταῦτα [h]ἀφέστηκεν ἀλλήλων, ἢ τοῦ μέσου· ὥσπερ τὸ μέγα τοῦ μικροῦ, καὶ τὸ μικρὸν τοῦ μεγάλου, ἢ ἄμφω τοῦ ἴσου. Ἔτι πρὸς μὲν τὸ μέσον ἐνίοις ἄκροις ὁμοιότης τις φαίνεται, ὡς τῇ θρασύτητι πρὸς τὴν ἀνδρίαν, καὶ τῇ ἀσωτίᾳ πρὸς τὴν ἐλευθεριότητα· τοῖς δὲ ἄκροις πρὸς ἄλληλα πλείστη ἀνομοιότης· τὰ δὲ πλεῖστον ἀπέχοντα ἀλλήλων ἐναντία ὁρίζονται· ὥστε καὶ μᾶλλον ἐναντία τὰ πλεῖον ἀπέχοντα. Πρὸς δὲ τὸ μέσον [i]ἀντίκειται ἐφ᾽ ὧν μὲν μᾶλλον ἡ ἔλλειψις, ἐφ᾽ ὧν δὲ ἡ ὑπερβολή· οἷον ἀνδρίᾳ μὲν οὐχ ἡ θρασύτης ὑπερβολὴ οὖσα, ἀλλ᾽ ἡ δειλία ἔλλειψις οὖσα· τῇ δὲ σωφροσύνῃ οὐχ ἡ ἀναισθησία ἔνδεια οὖσα, ἀλλ᾽ ἡ ἀκολασία ὑπερβολὴ οὖσα. Διὰ δύο δ᾽ αἰτίας τοῦτο συμβαίνει· μίαν μὲν τὴν ἐξ αὐτοῦ τοῦ πράγματος· τῷ γὰρ ἐγγύτερον εἶναι καὶ ὁμοιότερον τὸ ἕτερον ἄκρον τῷ μέσῳ, οὐ τοῦτο, ἀλλὰ τοὐναντίον ἀντιτίθεμεν μᾶλλον· οἷον ἐπεὶ ὁμοιότερον

[g] Πλείστη N C. et alii. [h] Ἀφεστήκατον El. [i] Ἀντίκεινται El. et Aurel.

pugnent inter ſe, tum major extremorum inter ſe, quam cum medio, pugna eſt: quandoquidem longius abeſt alterum ab altero, quam utrumque a medio: quemadmodum magnum a parvo, et parvum a magno longius remotum eſt, quam utrumque ab æquali. Præterea vero quibuſdam extremis cum medio ſimilitudo quædam intercedere videtur, ut audaciæ cum fortitudine, profuſioni cum liberalitate: extremis autem maxima eſſe inter ſe diſſimilitudo: at ea, quæ plurimum diſtant inter ſe, definiuntur eſſe contraria: itaque etiam magis contraria ſunt, quæ longius inter ſe disjuncta ſunt. Cum medio autem parum in nonnullis magis pugnat, in quibuſdam nimium: ut fortitudini non audacia, quæ modum ſuperat, ſed ignavia, quæ deſerit, maxime adverſatur: at cum temperantia non immanitas illa in voluptatibus aſpernandis ſenſus expers, quæ modum deſerit, ſed intemperantia, quæ ſuperat, maxime pugnat. Quod quidem duabus de cauſis accidit; quarum altera ex ipſa re ducitur: nam quia propius abeſt alterum extremum a medio, eique ſimilius eſt, idcirco non hoc, ſed contrarium potius illi opponimus: verbi gratia,

εἶναι δοκεῖ τῇ ἀνδρίᾳ ἡ θρασύτης καὶ ἐγγύτερον, ἀνομοιότερον δὲ ἡ δειλία, ταύτην μᾶλλον ἀντιτίθεμεν· τὰ γὰρ ἀπέχοντα πλεῖον τοῦ μέσου ἐναντιώτερα δοκεῖ εἶναι. Μία μὲν οὖν αἰτία αὕτη ἐξ αὐτοῦ τοῦ πράγματος· ἑτέρα δὲ ἐξ ἡμῶν αὐτῶν· πρὸς ἃ γὰρ αὐτοὶ μᾶλλον πεφύκαμέν πως, ταῦτα μᾶλλον ἐναντία τῷ μέσῳ φαίνεται· οἷον αὐτοὶ μᾶλλον πεφύκαμεν πρὸς τὰς ἡδονὰς, διὸ εὐκατάφοροί ἐσμεν [k] μᾶλλον πρὸς ἀκολασίαν, ἢ πρὸς κοσμιότητα. Ταῦτ' οὖν μᾶλλον ἐναντία λέγομεν, [l] πρὸς ἃ ἡ ἐπίδοσις μᾶλλον γίνεται· καὶ διὰ τοῦτο ἡ ἀκολασία ὑπερβολὴ οὖσα ἐναντιωτέρα ἐστὶ τῇ σωφροσύνῃ.

ΚΕΦ. θ'.

ΟΤΙ μὲν οὖν ἐστιν ἡ ἀρετὴ ἡ ἠθικὴ μεσότης, καὶ πῶς, καὶ ὅτι μεσότης δύο κακιῶν, τῆς μὲν καθ' ὑπερβολὴν, τῆς δὲ κατ' ἔλλειψιν, καὶ ὅτι τοιαύτη ἐστὶ διὰ τὸ στοχαστικὴ τοῦ μέσου εἶναι τοῦ ἐν τοῖς πάθεσι καὶ ταῖς πράξεσιν, ἱκανῶς εἴρηται.

k Μᾶλλον abeſt a noſtris MSS. Ven. 1. et 2. l Ἡ οὖν ἐπίδοσις γίνεται μᾶλλον πρὸς ἃ πεφύκαμεν· πρὸς ἃ δὲ μᾶλλον ἐπιδίδομεν, ταῦτα καὶ μᾶλλον ἐναντία. Magn. Moral. lib. i. cap. 9.

quoniam fortitudini ſimilior et propior eſſe videtur audacia, diſſimilior ignavia, propterea hanc potius, quam illam, ei opponimus: quæ enim longius abſunt a medio, videntur eſſe magis contraria. Atque hæc quidem cauſa ex ipſa re trahitur: altera eſt, quæ a nobis ipſis ducitur: nam ad quæ vitia procliviores ſumus natura, ea medio magis contraria videntur eſſe: ut quia nos ad voluptates natura finxit proniores, idcirco ad intemperantiam faciliusquam ad temperantiam impellimur ac prolabimur. Quapropter hæc magis contraria dicuntur, ad quæ progreſſio magis fieri ſolet: atque ideo intemperantia, quæ nimius habitus eſt, temperantiæ contraria magis eſt, quam alterum extremum.

CAP. IX.

VIRTUTEM igitur eam, quæ moralis appellatur, medium ſeu mediocritatem eſſe, et quomodo ſit mediocritas, ac duorum vitiorum eſſe mediocritatem, quæ ſunt nimium, et parum, talem denique eo eſſe, quod eam mediocritatem, quæ in affectibus atque actionibus ineſt, ſibi propoſitam habeat, tanquam ſignum, ſatis demonſtratum eſſe

Διὸ καὶ ἔργον ἐστὶ σπουδαῖον εἶναι· ἐν ἑκάστῳ γὰρ τὸ μέσον λαβεῖν, ἔργον· οἷον κύκλου τὸ μέσον οὐ παντὸς, ἀλλὰ τοῦ εἰδότος· οὕτω δὲ καὶ τὸ μὲν ὀργισθῆναι παντὸς καὶ ῥᾴδιον, καὶ τὸ δοῦναι ἀργύριον καὶ δαπανῆσαι· τὸ δὲ ᾧ, καὶ ὅσον, καὶ ὅτε, καὶ οὗ ἕνεκα, καὶ ὥς, [m] οὐκ ἔτι παντὸς, οὐδὲ ῥᾴδιον· [n] ὅπερ ἐστὶ τὸ εὖ, καὶ σπάνιον, [o] καὶ ἐπαινετὸν, [p] καὶ καλόν. Διὸ δεῖ τὸν στοχαζόμενον τοῦ μέσου, πρῶτον μὲν ἀποχωρεῖν τοῦ μᾶλλον ἐναντίου, καθάπερ καὶ ἡ [q] Καλυψὼ παραινεῖ τό;

[r] ——τοῦ μὲν καπνοῦ καὶ κύματος ἐκτὸς ἔεργε
Νῆα.——

τῶν γὰρ ἄκρων τὸ μέν ἐστιν ἁμαρτωλότερον, τὸ δὲ ἧττον. Ἐπεὶ

[m] Οὐκ ἔστι παντὸς Ven. 1. 2. et Baſ. [n] Διόπερ C C C. Ven. 1. 2. et Baſ. ita et Caſaub. qui dicit quoſdam codd. ὅπερ legere, corrupto loco ob finem loci præcedentis. Sed, cum tanti Viri venia, ὅπερ omnino retinendum eſſe ſentio, cum in optimis codd. occurrat, optime cum præcedentibus conveniat, et ab Andronici paraphraſi confirmetur, quæ hujuſmodi eſt : τὸ δὲ ὡς δεῖ, καὶ ὅτε δεῖ, καὶ πρὸς τίνα, καὶ ὅσον καὶ τίνος ἕνεκα, ὅπερ ἐστὶ τὸ μέσον, καὶ τὸ εὖ, καὶ σπάνιον καὶ ἐπαινετὸν, καὶ καλὸν, τοῦτο δὲ οὐ ῥᾴδιον, οὐδὲ τοῦ βουλομένου παντός. [o] Ὃ καὶ ἐπαινετὸν N C. [p] Ὃ καὶ καλὸν Ven. 1. 2. et Baſ. [q] Κίρκη pro Καλυψὼ habet C C C. ex errore librarii Ariſtotelem errantem male corrigentis : quæ enim ſequuntur nec a Calypſone, ut memoria lapſus ait Philoſophus, neque a Circe, ſed ab Ulyſſe (inſtructo tamen prius a Circe) jam inter Scyllam Charybdimque navigaturo, gubernatorem hortante ut Charybdis fumum fluctumque fugiat, ac potius navem Scyllam verſus dirigat, quod minus periculi ab ea impendebat : ita enim admonuerat Circe hiſce verbis :

Ἀλλὰ μάλα Σκύλλης σκοπέλῳ πεπλημένος, ὦκα
Νῆα πάρεξ ἐλάαν.— Ὀδ. μ΄. v. 108.

[r] Ὡς τοῦ C C C. Baſ. Ven. 1. et 2. τούτου in vulg. editt. Homeri : verſus eſt Ὀδ. μ΄. v. 219.

arbitror. Quocirca etiam difficile atque operoſum eſt virtute eſſe præditum : magni enim negotii eſt in unaquaque re medium conſequi : ut circuli punctum medium reperire non cujuſlibet, ſed ſcientis atque intelligentis hominis eſt : itemque iraſci, et pecuniam donare, et ſumptum facere, cujuſlibet hominis eſt, et facile : iraſci vero, et pecuniam donare, cui, et quantum, et quo tempore, et cujus rei cauſa, et quomodo iraſcendum ac donandum eſt, neque cujuſlibet hominis, neque facile eſt : quod rectum, et rarum, et laudabile, et honeſtum eſt. Oportet igitur eum, qui medium veluti collineando petit, primum omnium ſe ab eo, quod magis contrarium eſt, longiſſime removere, quemadmodum et ſuadebat Calypſo,

Tu procul a fumo et fluctu prohibeto carinam :

extremorum enim alterum majus peccatum eſt, alterum

οὖν τοῦ μέσου τυχεῖν ἄκρως χαλεπὸν, [s] κατὰ τὸν δεύτερον, φασὶ, πλοῦν, τὰ ἐλάχιστα ληπτέον τῶν κακῶν· τοῦτο δ' ἔσται μάλιστα τοῦτον τὸν τρόπον, ὃν ἐλέγομεν. Σκοπεῖν δὲ δεῖ πρὸς ἃ καὶ αὐτοὶ εὐκατάφοροί ἐσμεν· ἄλλοι γὰρ πρὸς ἄλλα πεφύκαμεν· τοῦτο δ' ἔσται γνώριμον ἐκ τῆς ἡδονῆς καὶ τῆς λύπης τῆς γινομένης περὶ ἡμᾶς. Εἰς τοὐναντίον δ' ἑαυτοὺς ἀφέλκειν δεῖ· πολὺ γὰρ ἀπαγαγόντες τοῦ ἁμαρτάνειν, εἰς τὸ μέσον ἥξομεν· ὅπερ οἱ τὰ διεστραμμένα τῶν ξύλων ὀρθοῦντες ποιοῦσιν. Ἐν παντὶ δὲ μάλιστα φυλακτέον τὸ ἡδὺ, καὶ τὴν ἡδονήν· οὐ γὰρ ἀδέκαστοι κρίνομεν αὐτήν. Ὅπερ οὖν [t] οἱ δημογέροντες ἔπαθον πρὸς τὴν Ἑλένην, τοῦτο δεῖ παθεῖν καὶ ἡμᾶς πρὸς τὴν ἡδονὴν, καὶ ἐν πᾶσι τὴν ἐκείνων ἐπιλέγειν φωνήν· οὕτω γὰρ αὐτὴν ἀποπεμπόμενοι ἧττον ἁμαρτησόμεθα. Ταῦτ' οὖν ποιοῦντες, ὡς ἐν

[s] Secunda navigatio non ſic accipienda eſt, ut proſperam ſignificet: ſed ſi prima navigatione deſtituimur, utendum eſſe ſecunda: ſi velis non poſſumus, utamur remigio. *Gruch.*

[t] Ὅπερ οὖν οἱ δημογέροντες τῶν Τρώων πρὸς τὴν Ἑλένην ἔπαθον, καλὴν μὲν εἰπόντες αὐτὴν, καὶ τοῦ κάλλους θαυμάσαντες, ψηφισάμενοι δὲ καὶ οὕτως ἔχουσαν ἀποπέμψαι πρὸς τοὺς Ἕλληνας· τοῦτο δεῖ παθεῖν καὶ ἡμᾶς πρὸς τὴν ἡδονήν. *Quemadmodum ergo proceres illi Homerici de Helena ſentiebant, quam ut pulchram eſſe concedebant, immo propter formæ elegantiam admirabantur, ita ablegandam tamen eſſe ad Græcos judicabant, quamvis talis eſſet: eodem modo nobis de voluptate ſentiendum eſt.* Andr. Vide Hom. Iliad. lib. γ'. v. 156.

minus. Quoniam igitur medium aſſequi ſummæ difficultatis eſt, ſecunda (ut aiunt) navigatione, minima de malis: hoc autem hac ratione continget maxime, quam oſtendebamus. Videndum eſt autem, ad quæ vitia ſimus etiam ipſi proniores: alii enim ad alia procliviores ſumus natura: quod quidem ex ea voluptate et ea ægritudine, qua afficimur, facile cognoſci poterit. Sed nos ipſos ab ea in contrariam partem oportet abſtrahere: nam cum longiſſime nos a peccato removerimus, ad id, quod medium eſt, veniemus: quod ſane faciunt ii, qui ligna diſtorta dirigunt. In omni autem negotio quicquid jucundum eſt, ipſamque adeo voluptatem, ſummo ſtudio vitare oportet: ejus enim non incorrupti judices ſumus. Quocirca quemadmodum erga Helenam ſenes illi fuerunt animati, ſic et nos oportet in voluptatem animatos eſſe, rebuſque omnibus illorum vocem ſubjicere: nam cum eam ita amandabimus miſſamque faciemus, levius peccabimus. His igitur faciendis (ut eorum, quæ dixi, ſummam faciam) mediocritatem facilli-

κεφαλαίῳ εἰπεῖν, μάλιστα δυνησόμεθα τοῦ μέσου τυγχάνειν. Χαλεπὸν δὲ ἴσως τοῦτο, καὶ μάλιστ' ἐν τοῖς καθ' ἕκαστον· οὐ γὰρ ῥᾴδιον διορίσαι, πῶς, καὶ τίσι, καὶ ἐπὶ ποίοις, καὶ πόσον χρόνον ὀργιστέον· καὶ γὰρ ἡμεῖς ὁτὲ μὲν τοὺς ἐλλείποντας ἐπαινοῦμεν, καὶ πράους φαμέν· ὁτὲ δὲ τοὺς χαλεπαίνοντας, [u] καὶ ἀνδρώδεις ἀποκαλοῦμεν· ἀλλ' ὁ μὲν μικρὸν τοῦ εὖ παρεκβαίνων, οὐ ψέγεται, οὔτ' ἐπὶ τὸ μᾶλλον, οὔτ' ἐπὶ τὸ ἧττον· ὁ δὲ πλέον· οὗτος γὰρ οὐ λανθάνει. Ὁ δὲ μέχρι τίνος καὶ ἐπὶ πόσον ψεκτὸς, οὐ ῥᾴδιον τῷ λόγῳ [x] ἀφορίσαι· οὐδὲ γὰρ ἄλλο οὐδὲν τῶν αἰσθητῶν· τὰ δὲ τοιαῦτα ἐν τοῖς καθ' ἕκαστα, καὶ ἐν τῇ αἰσθήσει ἡ κρίσις. Τὸ μὲν ἄρα τοσοῦτον [y] δῆλοι, ὅτι ἡ μέση ἕξις ἐν πᾶσιν ἐπαινετή· ἀποκλίνειν δὲ δεῖ, τότε μὲν ἐπὶ τὴν ὑπερβολὴν, τοτὲ δὲ ἐπὶ τὴν ἔλλειψιν· οὕτω γὰρ ῥᾷστα τοῦ μέσου καὶ τοῦ εὖ τευξόμεθα.

[u] Καὶ abeſt a N C. El. et quibuſdam impreſſis: Andron. vero nobiſcum legit. [x] Sc. καθόλου, *in genere*. [y] Δῆλον lege ut infra lib. iv. cap. 5. ἀλλὰ τό γε τοσοῦτον δῆλον, ὅτι ἡ μὲν μέση. *Caſaub.* δῆλον etiam quidam codd. MSS. apud Turnebum; quæ quidem ſcriptura eſt planior.

me aſſequemur. Eſt tamen et hæc ratio fortaſſe difficilis et laborioſa, præſertim in rebus ſingularibus: neque enim facile eſt diſtinguere, quonam modo, quibus hominibus, quibus de cauſis, et quamdiu ſit iraſcendum: nos enim interdum eos homines, qui parum iraſcuntur, laudamus, et lenes appellamus: interdum eos, qui graviter ſuccenſent, animoque virili hos eſſe dicimus. At qui paulum a perfectione deflectit, ſive modum aliquantulum ſuperet, ſive aliquantulum deferat, non vituperatur: ſed is tantum, qui longius, quam par ſit, ab eo diſcedit: hic enim non ignoratur, neque obſcurus eſt. Quatenus autem, et quantum iraſcatur is, qui vituperabilis eſt, non eſt facile oratione definire; ut neque aliud quidquam eorum, quæ ſenſibus ſubjecta ſunt: quæ ſunt autem hujuſmodi, in rebus ſingularibus poſita ſunt, ac de iis judicat ſenſus. Hoc igitur quod hactenus a nobis dictum eſt, oſtendit ac declarat mediocrem habitum in omnibus eſſe laudabilem: declinandum eſt autem nunc ad nimium, nunc ad id, quod eſt parum: ſic enim id, quod medium et perfectum eſt, facillime conſequemur.

ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ

ΗΘΙΚΩΝ ΝΙΚΟΜΑΧΕΙΩΝ

ΤΟ Γ΄.

ARISTOTELIS

ETHICORUM NICOMACHEORUM

LIB. III.

ΚΕΦ. α΄.

ΤΗΣ[1] ἀρετῆς [a]δὴ περὶ πάθη τε καὶ πράξεις οὔσης, καὶ [b]ἐν μὲν τοῖς ἑκουσίοις ἐπαίνων καὶ ψόγων γινομένων, ἐν δὲ τοῖς ἀκουσίοις συγγνώμης, ἐνίοτε δὲ καὶ ἐλέου, τὸ ἑκούσιον καὶ ἀκούσιον ἀναγκαῖον ἴσως διορίσαι τοῖς περὶ [c]ἀρετῆς ἐπισκοποῦσι. Χρήσιμον δὲ καὶ τοῖς νομοθετοῦσι πρός τε τὰς τιμὰς καὶ τὰς κολάσεις. Δοκεῖ δὴ ἀκούσια εἶναι τὰ βίᾳ ἢ δι' ἄγνοιαν

from compulsion or thro ignorance

[1] Magn. Moral. lib. i. cap. 3. et Eud. lib. ii. cap. 7. [a] Δὲ N C. Ven. 1. et 2. [b] Ἐπὶ τοῖς ἑκουσ. et paulo poſt ἐπὶ δὲ τοῖς ἀκουσ. El. [c] Ἀρετὴν N C. Ven. 1. et 2.

CAP. I.

CUM igitur virtus in affectibus et actionibus verſetur, cumque in iis rebus, quas ſponte noſtra ſuſcipimus, laudes et vituperationes locum habeant, iis autem, quas inviti facimus, venia atque etiam interdum miſericordia tribuatur, neceſſe eſt fortaſſe iis qui virtutis vim naturamque quærunt, id, quod ſponte, et id quod invite fit definire, ac diſtinguere. Atque hæc oratio latoribus legum quoque, tum ad honores bene meritis de republica decernendos, tum ad ſupplicia in improbos conſtituenda, utilis eſt futura. Ea igitur ſuſcipere dicimur inviti, quæ aut vi coacti, aut

γινόμενα· βίαιον δὲ, οὗ ἡ ἀρχὴ ἔξωθεν, τοιαύτη οὖσα, ἐν ᾗ μηδὲν συμβάλλεται ὁ πράττων, ἢ ὁ πάσχων· οἷον εἰ πνεῦμα [d]κομίσαιτό ποι, ἢ ἄνθρωποι κύριοι ὄντες. Ὅσα δὲ διὰ φόβον μειζόνων κακῶν πράττεται, ἢ διὰ καλόν τι· (οἷον εἰ τύραννος προστάττοι αἰσχρόν τι πρᾶξαι, κύριος ὢν γονέων καὶ τέκνων, καὶ [e]πράξαντος μὲν, σώζοιντο, μὴ πράξαντος δὲ, ἀποθνήσκοιεν) ἀμφισβήτησιν ἔχει πότερον ἀκούσιά ἐστιν, ἢ ἑκούσια. Τοιοῦτον δέ τι συμβαίνει καὶ περὶ τὰς ἐν τοῖς χειμῶσιν ἐκβολάς· ἁπλῶς μὲν γὰρ οὐδεὶς ἀποβάλλεται ἑκὼν, ἐπὶ σωτηρίᾳ δὲ αὑτοῦ καὶ τῶν λοιπῶν ἅπαντες οἱ νοῦν ἔχοντες. Μικταὶ μὲν οὖν εἰσιν αἱ τοιαῦται πράξεις· ἐοίκασι δὲ μᾶλλον ἑκουσίοις· αἱρεταὶ γάρ εἰσι τότε ὅτε πράττονται· τὸ δὲ τέλος τῆς πράξεως κατὰ τὸν καιρόν ἐστι. Καὶ τὸ ἑκούσιον δὴ καὶ τὸ ἀκούσιον, ὅτε πράττει, λεκτέον· πράττει δὲ ἑκών· καὶ γὰρ ἡ ἀρχὴ τοῦ κινεῖν τὰ ὀργανικὰ μέρη ἐν ταῖς τοιαύταις πρά-

[d] Κομίσαι El. et Cam. [e] Πράξαντες μὲν σώζοιντο, μὴ πράξαντες δὲ ἀποθνήσκοιεν nostri MSS. et alii: minus recte, ut videtur: nobiscum facit Andr.

per inscientiam aguntur: est autem id violentum, cujus principium extra est, atque ejusmodi, ut nihil adjumenti afferat is, qui agit, aut qui patitur: ut si quo ventus detulerit, aut ii homines, quorum sub potestate sumus. Quæcunque vero majorum malorum metu, vel honesti alicujus causa aguntur (verbi gratia, si quis tyrannus, cujus in manu, parentum et liberorum vita posita sit, alicui ut turpe quippiam faciat imperet, ita ut illi, si agat, salvi sint, si non agat, moriantur) utrum hæc sponte an invite fiant, ambigi potest. Eademque de jacturis, quæ tempestate in mari coorta fieri solent, controversia esse potest: simpliciter enim et absolute nemo sua sponte rerum suarum jacturam facit, sed suæ ac cæterorum salutis causa omnes faciunt, qui modo sanæ mentis sint. Mixtæ igitur sunt tales actiones: sed tamen eis, quæ sponte aguntur, similiores esse videntur: sunt enim optabiles et eligendæ tum cum aguntur: actionis autem finis secundum opportunitatem temporis est. Sponte quinetiam agi aliquid, vel invite dicendum est, tum cum agitur: at sponte agit: in eo enim est partium movendarum, earum, quæ instrumentorum locum obtinent in hujusmodi actionibus, princi-

ξεστιν ἐν αὐτῷ ἐστιν· ὧν δ' ἐν αὐτῷ ἡ ἀρχή, ἐπ' αὐτῷ καὶ τὸ πράττειν καὶ μή. Ἑκούσια δὴ τὰ τοιαῦτα· ἁπλῶς δ' ἴσως ἀκούσια· οὐδεὶς γὰρ ἂν ἕλοιτο καθ' αὑτὸ τῶν τοιούτων οὐδέν. Ἐπὶ ταῖς πράξεσι δὲ ταῖς τοιαύταις ἐνίοτε καὶ ἐπαινοῦνται, ὅταν αἰσχρόν τι ἢ λυπηρὸν ὑπομένωσιν ἀντὶ μεγάλων καὶ καλῶν· ἂν δ' ἀνάπαλιν, ψέγονται· τὰ γὰρ αἴσχισθ' ὑπομεῖναι ἐπὶ μηδενὶ καλῷ ἢ μετρίῳ, [f] Φαύλου. Ἐπ' ἐνίοις δ' ἔπαινος μὲν οὐ γίνεται, συγγνώμη δέ, ὅταν διὰ τοιαῦτα πράξῃ τις ἃ μὴ δεῖ, ἃ καὶ τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν ὑπερτείνει, καὶ μηδεὶς ἂν [g] ὑπομεῖναι. Ἔνια δ' ἴσως οὐκ ἔστιν ἀναγκασθῆναι, ἀλλὰ μᾶλλον [h] ἀποθνητέον, παθόντα τὰ δεινότατα· [i] καὶ γὰρ τὸν Εὐριπίδου Ἀλκμαίωνα γελοῖα φαίνεται τὰ ἀναγκάσαντα μητροκτονῆσαι. Ἔστι δὲ χαλεπὸν ἐνίοτε [k] τὸ κρῖναι ποῖον ἀντὶ ποίου αἱρετέον, καὶ τί ἀντὶ τίνος [l] ὑπομενετέον· ἔτι δὲ χαλεπώ-

f Φαῦλον Ven. 1. et Baſ. g Ὑπομένει Baſ. h Ἀποθανατέον noſtri MSS. Cam. et Baſ. i Cum tragœdia illa ab Euripide ſcripta de Alcmæone, qui matrem ſuam interfecit, ad nos non pervenerit, ignorantur prorſus illa, a quibus ut tantum facinus patraret adductus erat. Vide Vict. et Zuing. k Διακρῖναι C C C. et Andr. l Γρ. ὑπομενητέον.

pium: quarum autem rerum in aliquo principia inſunt, earum quoque agendarum, vel non agendarum, penes eum poteſtas eſt. Hæc igitur talia ſponte aguntur: ſimpliciter autem fortaſſis invite: nemo enim quicquam tale ipſum propter ſe optaverit. Jam vero in talibus actionibus homines interdum laudibus efferuntur, cum magnarum atque honeſtarum rerum cauſa turpitudinem, aut moleſtiam aliquam ſubierint ac pertulerint: quod ſi aliter faciant, vituperantur: nam res turpiſſimas nullius honeſtæ rei, aut mediocris gratia ſufferre, improbi hominis eſt. Sunt deinde quædam alia, propter quæ laus quidem nulla tribuitur, ſed venia datur duntaxat, cum ea quis egerit, quæ non ſint agenda, iis rebus compulſus, quæ humanam naturam ſuperant, quaſque nemo perferre queat. Sunt autem fortaſſe nonnulla ejuſmodi, ut nulla vi aut neceſſitate coacti ea agere debeamus, potiuſque nobis mors ſit oppetenda, graviſſimique cruciatus perferendi: etenim ridicula videntur ea, quæ Alcmæonem Euripidis, ut matrem interficeret, impulerunt. Difficile eſt autem interdum quid cui anteponendum ſit, quidque pro quo perferendum, judicare:

τερον τὸ ἐμμεῖναι τοῖς γνωσθεῖσιν· ὡς γὰρ ἐπὶ τὸ πολύ ἐστι τὰ μὲν προσδοκώμενα λυπηρὰ, [m] τὰ δ' ἀναγκαζόμενα αἰσχρά· ὅθεν ἔπαινοι καὶ ψόγοι γίνονται περὶ τοὺς ἀναγκασθέντας, ἢ μή. Τὰ δὴ ποῖα φατέον βίαια; ἢ ἁπλῶς μὲν, ὁπότ' ἂν ἡ αἰτία ἐν τοῖς ἐκτὸς ᾖ, καὶ ὁ πράττων μηδὲν συμβάλληται; ἃ δὲ καθ' αὑτὰ μὲν ἀκούσιά ἐστι, νῦν δὲ καὶ ἀντὶ τῶνδε αἱρετὰ, καὶ ἡ ἀρχὴ ἐν τῷ πράττοντι, (καθ' αὑτὰ μὲν ἀκούσιά ἐστι, νῦν δὲ καὶ ἀντὶ τῶνδε ἑκούσια) μᾶλλον δὲ ἔοικεν ἑκουσίοις· [n] αἱ γὰρ πράξεις ἐν τοῖς καθ' ἕκαστα· ταῦτα δὲ ἑκούσια. Ποῖα δ' ἀντὶ ποίων αἱρετέον, οὐ ῥᾴδιον ἀποδοῦναι· πολλαὶ γὰρ διαφοραί εἰσιν ἐν τοῖς καθ' ἕκαστα. Εἰ δέ τις τὰ ἡδέα καὶ τὰ [o] καλὰ φαίη βίαια εἶναι· [p] ἀναγκάζειν γὰρ, ἔξω ὄντα· πάντα ἂν εἴη

[m] Ita Casaub. et Turneb. ex suis codd. MSS. ἃ δ' ἀναγκάζονται Argyr. ἃ ἀναγκαζόμεθα ποιεῖν Andr. quarum omnium lectionum una et eadem sententia est, atque ad hunc locum accommodata: vulgata autem lectio τὰ ἀναγκάζοντα, ut annotavit Lambinus, corrupta et inepta est. [n] Αἱ γὰρ πράξεις ἀεὶ ἐν τοῖς μερικοῖς γίνονται, ἐν οἷς ἀεὶ καὶ ὁ καιρὸς, καὶ ὁ τόπος, καὶ ἡ αἰτία· ταῦτα δὲ ἑκουσίους τὰς τοιαύτας πράξεις ποιοῦσι. *Andr.* [o] Λυπηρὰ pro καλὰ Zuing. Utrumque delendum volunt Lambinus et Muret. quos videas. Nobiscum facit Andr. Vide Vict. qui τὰ καλὰ vult dici *formosa*, non *honesta*. [p] Ἀνάγκη Ven. 1. 2. et Bas. ὅτι αὐτὰ κινεῖ καὶ ἀναγκάζει ποιεῖν τοὺς ποιοῦντας τῷ κάλλει καὶ τῇ ἡδονῇ, ἔξωθεν ὄντα. *Andr.*

difficilius vero etiam est in eo, quod decretum sit, perstare ac perseverare; fere enim ea quidem quæ expectantur, molesta sunt, ea autem, ad quæ impelluntur homines, turpia: hinc laudes et vituperationes eos, qui ad agendum necessitate coacti fuerunt, consequuntur, aut non consequuntur. Quænam igitur violenta sunt dicenda? an simpliciter et proprie, cum causa in eis est, quæ sunt extra, et is qui agit nihil operæ ad actionem confert? quæ autem per se quidem invite suscepta sunt, sed hoc tempore, et in horum locum optabilia, quorum denique principium est in eo, qui agit, ea per se quidem invite suscepta sunt, verum hoc puncto temporis, et in horum locum sponte suscepta: iis tamen, quæ sponte suscipiuntur, sunt similiora: nam in rebus singularibus versantur actiones: at res singulares sponte aguntur. Quæ autem quibus optabiliora sint non est facile verbis ostendere: multæ enim sunt in rebus singularibus differentiæ. Quod si quis dicat ea quæ jucunda sunt esse violenta (cogere enim, cum extra sint) hac ratione erunt omnia violenta: horum enim

we admit that τα ἡδεα & καλα are compulsatory ἐξωθεν ὀντα we should form the absurd conclusion that man [illegible] directed his good actions — pleasure [illegible]

οὕτω βίαια· τούτων γὰρ χάριν πάντα πάντες πράττουσι. [q] καὶ οἱ μὲν βίᾳ, καὶ ἄκοντες, [r] λυπηρῶς· οἱ δὲ [s] διὰ τὸ ἡδὺ, μεθ᾽ ἡδονῆς. [t] Γελοῖον δὴ τὸ αἰτιᾶσθαι τὰ ἐκτὸς, ἀλλὰ μὴ αὑτὸν, εὐθήρατον ὄντα ὑπὸ τῶν τοιούτων, καὶ τῶν μὲν καλῶν ἑαυτὸν, τῶν δὲ αἰσχρῶν τὰ ἡδέα. Ἔοικε [u] δὴ τὸ βίαιον εἶναι, οὗ ἔξωθεν ἡ ἀρχὴ, μηδὲν συμβαλλομένου τοῦ βιασθέντος. Τὸ δὲ δι᾽ ἄγνοιαν, [x] οὐχ ἑκούσιον μὲν ἅπαν ἐστίν· ἀκούσιον δὲ τὸ ἐπίλυπον καὶ ἐν μεταμελείᾳ· ὁ γὰρ δι᾽ ἄγνοιαν πράξας ὁτιοῦν, μηδὲν δὲ δυσχεραίνων ἐπὶ τῇ πράξει, ἑκὼν μὲν οὐ πέπραχεν, ὅ γε μὴ ᾔδει· οὐδ᾽ αὖ ἄκων, μὴ λυπούμενός γε. Τοῦ δὴ δι᾽ ἄγνοιαν, ὁ μὲν ἐν μεταμελείᾳ ἄκων δοκεῖ· ὁ δὲ μὴ μεταμελόμενος, ἐπεὶ

thro ignorance

[q] Καὶ οἱ μὲν βίᾳ &c. argumentum esse a superiore diversum volunt Muret. Lamb. et plurimi alii interpretes: a quibus dissentiunt Victorius et Andron. qui solummodo confirmationem ejus quod jam erat dictum esse censent. Andr. sic explicat: Πάντα γὰρ ὅσα πράττομεν, ἕνεκα τοῦ νομίζειν, ὅτι καλὰ, ἢ ἡδέα πράττομεν· καὶ μέν τινα λυπούμενοι πράττομεν, ὅσα ποιοῦμεν ἔξωθεν βιαζόμενοι, τινὰ δὲ μεθ᾽ ἡδονῆς, ὅσα ἑκόντες αὐτοὶ ποιοῦμεν, τοῦ ἡδέος ἕνεκα. Πάντα δὲ ἕνεκά τινος καλοῦ ἢ ἡδέος ποιοῦμεν· καὶ γὰρ ἃ λυπηρὰ ποιοῦμεν ἀναγκαζόμενοι, τῆς ἡδονῆς ἕνεκα ποιοῦμεν· ποιοῦμεν γὰρ ἵνα φύγωμεν τὰ λυπηρότερα· τοῦτο δὲ τὴν ἡδονήν ἐστι διώκειν· διὰ τοῦτο οὐ δεῖ τὰ καλὰ καὶ ἡδέα βίαια λέγειν. [r] Λυπηρὸν Ven. 1. 2. et Bas. [s] Διὰ τὸ ἡδὺ τὸ καλὸν, μεθ. ἡδ. Ven. 1. 2. et Bas. διὰ τὸ ἡδὺ ἢ τὸ καλὸν N C. [t] Γελοῖον δὲ N C. et Vet. Interp. ἄλλως τε καὶ γελοῖόν ἐστιν αἴτια νομίζειν τῶν πράξεων τὰ ἔξωθεν καλὰ καὶ ἡδέα, καὶ μὴ ἑαυτὸν ὑπὸ τούτων ῥᾳδίως ἁλισκόμενον. *Andr.* γελοῖον δὴ &c. tertium esse argumentum, καὶ τῶν μὲν καλῶν &c. quartum, et ἔοικε δὴ τὸ &c. quintum ad probandum τὰ ἡδέα μὴ βίαια εἶναι volunt Muret. et Aquinas, quos videsis. [u] Δὲ N C. Ven. 2. [x] Eud. lib. ii. cap. 7. 8. et 9.

gratia agunt omnes omnia: et qui vi aliqua coacti, atque inviti agunt, moleste ferunt: qui autem jucundo ad agendum invitantur, cum voluptate et jucunde agunt. Ridiculum igitur fuerit ea, quæ extra sunt, accusare, non seipsum potius, quia talibus rebus facile capiatur, et rerum quidem honestarum in se ipsum, turpium in jucunda, causam conferre. Violentum igitur id esse videtur, cujus principium extra est, cum id, cui vis affertur, nullam operam conferat. Quod autem fit per inscientiam, fit omne illud quidem non sponte: invite autem id sane fieri dicendum, quod subsequitur dolor, cujusque eum, qui egit, pœnitet: nam qui per inscientiam quidlibet egerit, neque ex ea actione dolore afficiatur, sponte ille quidem non egit, utpote quod nesciebat: neque rursum invitus, quippe qui dolore non afficiatur. Eorum igitur, qui per inscientiam agunt, is, quem facti pœnitet, invitus egisse videtur: quem vero non pœnitet, quoniam alius est ab illo, egisse non

ἕτερος, ἔστω οὐχ ἑκών· ἐπεὶ γὰρ διαφέρει, βέλτιον ὄνομα [x]ἔχειν ἴδιον. Ἕτερον δὲ ἔοικε καὶ τὸ δι' ἄγνοιαν πράττειν [y]τοῦ ἀγνοοῦντα ποιεῖν· ὁ γὰρ μεθύων, ἢ ὀργιζόμενος, οὐ δοκεῖ δι' ἄγνοιαν πράττειν, ἀλλὰ διά τι τῶν εἰρημένων· οὐκ εἰδὼς δὲ, ἀλλ' ἀγνοῶν. Ἀγνοεῖ μὲν οὖν πᾶς ὁ μοχθηρὸς, ἃ δεῖ πράττειν, καὶ ὧν [z]δὴ ἀφεκτέον· καὶ διὰ τὴν τοιαύτην ἁμαρτίαν ἄδικοι καὶ ὅλως κακοὶ γίνονται. Τὸ δ' ἀκούσιον βούλεται λέγεσθαι, οὐκ εἴ τις ἀγνοεῖ τὸ συμφέρον· οὐ γὰρ ἡ ἐν τῇ προαιρέσει ἄγνοια αἰτία τοῦ ἀκουσίου, ἀλλὰ τῆς μοχθηρίας· [a]οὐδ' ἡ καθόλου· ψέγονται γὰρ διά γε ταύτην· ἀλλ' ἡ καθ' ἕκαστα, ἐν οἷς καὶ περὶ ἃ ἡ πρᾶξις· ἐν τούτοις γὰρ καὶ ἔλεος, καὶ συγγνώμη· ὁ γὰρ τούτων τι ἀγνοῶν ἀκουσίως πράττει. Ἴσως οὖν οὐ χεῖρον διορίσαι αὐτὰ, τίνα, καὶ πόσα ἐστί· τίς τε δὴ, καὶ τί, καὶ περὶ τί, ἢ ἐν τίνι πράττει· ἐνίοτε δὲ καὶ τίνι, οἷον ὀργάνῳ, καὶ ἕνεκα

[x] Ἔχειν C C C. et Baf. [y] Γρ. αγνοοῦντος. [z] Δὴ N C. et El. non agnofcunt.

[a] Οὐ γὰρ τὸ καθόλου περὶ τῆς μέθης ἀγνοεῖν ὅτι πονηρὸν, αἴτιον γίνεται τοῦ ἀκουσίου, ἀλλὰ τὸ ἀγνοῆσαι μερικῶς τήνδε τὴν μέθοδον· οἷον, φέρε εἰπεῖν, οὐκ εἰδότα μέχρι πόσου πιόντας ἔνι μεθύειν. *Nec enim fi aliquis in genere ignorat malam effe ebrietatem, hoc inviti caufa erit: fed quod figillatim non conftat nobis hæc ratio: ut, exempli gratia, fi ignoremus quatenus bibendum fit ut inebriemur.* Andr.

fponte dicatur: fatius eft enim hunc, quandoquidem differt ab altero, nomen proprium habere. Aliud eft autem per infcientiam agere, quam infcientem: ebrius enim, aut iratus agere per infcientiam non videtur, fed propter aliquid eorum, quæ dicta funt: nec fciens vero, fed infciens, atque ignorans. Ignorat igitur fane improbus omnis, quænam fint agenda, et a quibus fit abftinendum: propterque hoc adeo peccatum homines efficiuntur injufti, et (ut femel dicam) mali. Actum autem ab invito dici debet, non fi quis, quod expedit, nefciat: non enim ea infcientia, quæ in confilio verfatur, caufa eft cur id quod agitur actum effe invite dicatur, fed improbitatis: neque rerum univerfarum infcientia; quoniam hæc vitio datur: fed rerum fingularium, in quibus omnis actio verfatur: in his enim venia et mifericordia locum habent; et qui harum aliquam ignorat, invitus agit. Non erit igitur fortaffis incommodum, quæ, et quot eæ fint, diftinguere: funt ergo hæ, quis, et quid agat, et in qua re verfetur, aut infit actio: interdum vero et quo, veluti inftrumento, et cujus

It is impossible for a person to be ignorant of all the different circumstances at the same period (he cannot be ignorant of the agent himself) may as to the action.

τίνος, οἷον σωτηρίας, καὶ πῶς, οἷον ἠρέμα, ἢ σφόδρα. Ἅπαντα μὲν οὖν ταῦτα οὐδεὶς ἂν ἀγνοήσειε, μὴ μαινόμενος· δῆλον δὲ ὡς οὐδὲ τὸν πράττοντα· πῶς γὰρ ἑαυτόν γε; ὃ δὲ πράττει, ἀγνοήσειεν ἄν τις· οἷον λέγοντές φασιν ἐκπεσεῖν [b] αὐτοὺς, ἢ (having Blabb[ed]) οὐκ εἰδέναι ὅτι ἀπόῤῥητα ἦν, ὥσπερ [c] Αἰσχύλος τὰ μυστικά· ἢ δεῖξαι βουλόμενος, ἀφεῖναι, ὡς ὁ τὸν καταπέλτην. Οἰηθείη δ' ἄν τις καὶ τὸν υἱὸν πολέμιον εἶναι, ὥσπερ [d] ἡ Μερόπη· καὶ ἐσφαιρῶσθαι τὸ [e] λελογχωμένον δόρυ, ἢ τὸν λίθον κίσσηριν εἶναι, καὶ ἐπὶ σωτηρίᾳ παίσας, ἀποκτεῖναι ἄν, καὶ [f] δεῖξαι βουλόμενος, ὥσπερ οἱ [g] ἀκροχειριζόμενοι, πατάξειεν ἄν. Περὶ πάντα δὴ ταῦτα τῆς ἀγνοίας οὔσης, ἐν οἷς ἡ πρᾶξις, ὁ τούτων τι ἀγνοήσας, ἄκων δοκεῖ πεπραχέναι, καὶ μάλιστα ἐν τοῖς

[b] Αὐτοῖς Lamb. Vide Victorium. [c] Hujus Æschyli causæ meminit Clemens Alexandr. in II. Stromate hisce verbis: Αἰσχύλος, τὰ μυστήρια ἐπὶ σκηνῆς ἐξειπὼν, ἐν Ἀρείῳ πάγῳ κριθεὶς, οὕτως ἀφείσθη, ἐπιδείξας αὐτὸν μὴ μεμυημένον. *Æschylus, qui in scena effatus mysteria, in Areopago dicta causa fuit absolutus, cum ostendisset se non esse mysteriis initiatum:* propterea que ignorasse ea quæ dixerat esse mysteria, quæ modo initiatis nota esse possent. [d] Merope Cresphontem a se natum rata hostem esse, atque filium quem amiserat, interfecisse, sublata jam securi obtruncare aggrediebatur, fecissetque profecto, nisi ab alio, cui veritas ejus facti non ignota erat, fuisset inhibita. Vide Plutarchum περὶ σαρκοφαγίας λόγῳ β'. ad finem. [e] Γρ. λελογχευμένον. [f] Θίξαι pro δεῖξαι Turneb. [g] Ἀκροχειρίζειν est luctæ pars, cum primoribus tantum digitis insertis roboris faciunt periculum. Alter alteri δεῖξαι βουλόμενος, *ostendere volens*, monstrareque exercitationis rationem, forte graviter percutit, quem erudire studebat.

rei causa, verbi gratia, salutis, et quomodo, ut leniter, an vehementer. Hæc igitur omnia nemo ignoraverit, si modo non insaniat: perspicuum vero est neque eum, qui agit, ei ignotum fore: qui enim seipsum ignoret? sed accidere potest ut quis, quid agat, ignoret: ut ii, qui aliquid arcani enunciant, aiunt sibi ex ore excidisse, aut se nescivisse res esse tacendas ac reconditas, ut Æschylus mysteria: aut cum ostendere vellet quispiam, de manibus emisit, ut is, qui catapultam. Fieri autem potest ut aliquis etiam filium hostem esse existimet, ut Merope: et hastam sphæræ in modum esse obtusam, quæ mucronem habeat acutum, aut lapidem esse pumicem, et ut interficiat, qui salutis causa verberabat, et ut pulset is, qui ostendere, aut tangere volebat, ut pugiles qui summis manibus dimicant. Cum in his igitur omnibus inscientia versetur, in quibus actio consistit, is, qui eorum aliquid ignoravit, invitus fecisse videtur, ac multo quidem maxime in iis quæ

κυριωτάτοις· κυριώτατα δ' εἶναι δοκεῖ, ἐν οἷς ἡ πρᾶξις, καὶ οὗ ἕνεκα. Τοῦ δὴ κατὰ τὴν τοιαύτην ἄγνοιαν ἀκουσίου λεγομένου, ἔτι δεῖ τὴν πρᾶξιν λυπηρὰν εἶναι, καὶ ἐν μεταμελείᾳ. Ὄντος δ' ἀκουσίου τοῦ βιαίου καὶ δι' ἄγνοιαν, τὸ ἑκούσιον δόξειεν ἂν εἶναι, οὗ ἡ ἀρχὴ ἐν αὐτῷ, εἰδότι τὰ καθ' ἕκαστα, ἐν οἷς ἡ πρᾶξις· ἴσως γὰρ οὐ καλῶς λέγεται τὸ ἀκούσια εἶναι τὰ [h] διὰ θυμὸν ἢ δι' ἐπιθυμίαν. Πρῶτον μὲν γὰρ οὐδὲν ἔτι τῶν ἄλλων ζώων ἑκουσίως πράξει, οὐδ' οἱ παῖδες· εἶτα πότερον οὐδὲν ἑκουσίως πράττομεν τῶν δι' ἐπιθυμίαν, ἢ θυμόν; ἢ τὰ καλὰ μὲν ἑκουσίως, τὰ δ' αἰσχρὰ ἀκουσίως; ἢ γελοῖον, ἑνός γε αἰτίου ὄντος; Ἄτοπον δὲ ἴσως τὸ [i] ἀκούσια φάναι, ὧν δεῖ ὀρέγεσθαι· δεῖ δὲ καὶ ὀργίζεσθαι ἐπί τισι, καὶ ἐπιθυμεῖν τινων· οἷον ὑγιείας καὶ μαθήσεως· δοκεῖ δὲ τὰ μὲν ἀκούσια λυπηρὰ εἶναι, τὰ δὲ κατ' ἐπιθυμίαν ἡδέα. [k] Ἔτι δὲ τί διαφέρει τῷ

h Ἢ διὰ θυμὸν Ven. 1. 2. et Baſ. i Ἑκούσια pro ἀκούσια ponit Baſ. in margine: ſed ἀκούσια tueri poteſt clauſula hujus capitis. *Sylb.* k Ἔτι δὲ τί διαφέρει, τῷ ἀκούσια εἶναι, τῶν κατὰ λογισμὸν, τὰ κατὰ θυμὸν ἁμαρτηθέντα; ita legendum

principem locum obtinent: ea autem principem locum videntur obtinere, in quibus et actio conſiſtit, et id, cujus gratia actio ſuſcipitur. Cum igitur ex tali inſcientia invite factum nominetur, tum præterea actionem moleſtam eſſe oportet, ejuſque illum qui agit pœnitere. Quoniam autem id invite factum dicitur, quod eſt violentum, et quod per inſcientiam admiſſum eſt, ſponte factum eſſe videri poſſit id, cujus principium eſt in eo qui agit, res ſingulares, eas, in quibus actio conſiſtit, non ignorante: fortaſſe enim non recte illud dicitur, ea eſſe invite facta, quæ vel ira, vel cupiditate hortante fiunt. Nam primum ſi hoc ita erit, nulla præterea aliarum animantium ſponte aget, ac ne pueri quidem: deinde nihilne eorum quæ ira, vel cupiditate incitati agimus, ſponte agimus? an vero honeſta ſponte, turpia inviti? an hoc ridiculum eſt, cum præſertim una ſit utrorumque cauſa? Abſurdum vero fortaſſe etiam fuerit ea invite facta dicere, quæ ſunt appetenda: atqui et ob aliquas cauſas iraſcendum eſt, et quædam ſunt cupienda, ut bona valetudo, et doctrina: jam vero quæ invite fiunt, moleſtiam, quæ ex cupiditate vero voluptatem videntur afferre. Præterea quamobrem ea peccata, quæ ira

ἀκούσια εἶναι τὰ κατὰ λογισμὸν ἢ θυμὸν ἁμαρτηθέντα; φευκτὰ μὲν γὰρ ἄμφω· δοκεῖ δὲ οὐχ ἧττον ἀνθρωπικὰ εἶναι τὰ ἄλογα πάθη· [l] αἱ δ' πράξεις τοῦ ἀνθρώπου ἀπὸ θυμοῦ καὶ ἐπιθυμίας. Ἄτοπον δὴ τὸ τιθέναι ἀκούσια ταῦτα.

ΚΕΦ. β′.

ΔΙΩΡΙΣΜΕΝΩΝ δὲ τοῦ τε ἑκουσίου καὶ τοῦ ἀκουσίου, περὶ προαιρέσεως ἕπεται διελθεῖν· [m] οἰκειότατον γὰρ εἶναι δοκεῖ τῇ ἀρετῇ, καὶ μᾶλλον τὰ ἤθη κρίνειν τῶν πράξεων. Ἡ προαίρεσις [n] δὴ ἑκούσιον μὲν φαίνεται, οὐ ταὐτὸν δὲ, ἀλλ' ἐπὶ πλέον τὸ ἑκούσιον· τοῦ μὲν γὰρ ἑκουσίου καὶ παῖδες καὶ τὰ ἄλλα ζῶα κοινωνεῖ, προαιρέσεως δ' οὔ· [o] καὶ τὰ ἐξαίφνης ἑκούσια μὲν λέγομεν, κατὰ προαίρεσιν δ' οὔ. Οἱ δὲ λέγοντες αὐτὴν,

* preference a better criterion of habit, than action

arbitratur Lambinus: quæ quidem lectio est clarior: vulgarem tamen omnino retinendam sentio. Hunc locum quam optime illustrat Andr. *ἔτι εἰ ἀκούσια ἦν τὰ κατὰ θυμὸν ἁμαρτηθέντα, διέφερεν ἂν τῶν ἀπὸ τοῦ λογισμοῦ ἁμαρτανομένων κατὰ τὴν ἑκουσίου καὶ ἀκουσίου διαφοράν· διαφέρει δὲ οὐδέν· καὶ γὰρ ταῦτα ὁμοίως ἐκείνοις φευκτὰ, ὃ τοῦ ἑκουσίου ἐστί· καὶ ψόγων ἄξια οὐδὲν ἧττον· ὅπερ οὐκ ἂν ἦν, εἰ διέφερεν ὡς ἑκούσιον ἀκουσίου.* [l] *Ὥστε καὶ αἱ* El. Vet. Interp. et C C C. in marg. alii *ἔτι καὶ αἱ.* Nobiscum legit Andr. [m] *Ἡ γὰρ προαίρεσις οἰκείως ἔχει πρὸς τὴν ἀρετὴν, καὶ τῷ ταύτης κανόνι δυνησόμεθα κρίνειν τὰ ἤθη, καὶ τὰς πράξεις. Quæ quidem proprium quid cum virtute habet, ea quippe tanquam norma mores distinguere discimus atque actiones.* Andr. [n] Δὲ N C. C C C. et Bas. [o] *Καὶ τὰ ἐξαίφ.* &c. hanc sententiam in contextu non habet Bas. in margine tamen ponit verbis paulum diversis, *καὶ τὰ μὲν αἰφνίδια ἑκουσία εἶναι λέγομεν, κατὰ προαίρεσιν δ' οὔ.*

commissa sunt, ab iis, quæ ratione peccantur, eo differant, quod invite facta sint? utraque enim sunt fugienda: neque vero affectus rationis expertes, minus humani videntur esse: actiones autem hominis tum ab ira, tum a cupiditate nascuntur. Absurdum igitur fuerit hæc in iis, quæ invite fiunt, numerare.

CAP. II.

DISTINCTIS igitur iis, quæ sponte, et quæ invite fiunt, sequitur ut de consilio dicamus: (nam et virtuti conjunctissima res est, et ab eo magis, quam ab actionibus, mores dijudicari videntur.) Ac videtur sane consilium esse quiddam sponte susceptum; non tamen est idem, sed id, quod sponte fit, latius patet: ejus enim, quod sponte fit, et pueri sunt participes, et reliqua animalia, sed non consilii: tum repentina sponte quidem nostra suscipi dicuntur, consulto autem nequaquam. Qui autem dicunt consilium esse cupiditatem,

choice (intent) is the criterion of a moral action.

ἐπιθυμίαν, ἢ θυμὸν, ἢ βούλησιν, ἤ τινα δόξαν, οὐκ ἐοίκασιν ὀρθῶς λέγειν· οὐ γὰρ κοινὸν ἡ προαίρεσις καὶ τῶν ἀλόγων· ἐπιθυμία δὲ καὶ θυμός· καὶ ὁ ἀκρατὴς ἐπιθυμῶν μὲν πράττει, προαιρούμενος δὲ οὔ· ὁ ἐγκρατὴς δ' ἀνάπαλιν προαιρούμενος μὲν, ἐπιθυμῶν δ' οὔ. Καὶ προαιρέσει μὲν ἐπιθυμία ἐναντιοῦται, ἐπιθυμία δ' ἐπιθυμίᾳ οὔ· καὶ ἡ μὲν ἐπιθυμία ἡδέος καὶ [p] ἐπιλύπου, ἡ προαίρεσις δ' οὔτε λυπηροῦ, οὔθ' ἡδέος. Θυμὸς δ' ἔτι ἧττον· ἥκιστα γὰρ τὰ διὰ θυμὸν κατὰ προαίρεσιν εἶναι δοκεῖ. Ἀλλὰ μὴν οὐδὲ βούλησίς γε, καίπερ σύνεγγυς, [q] φαινόμενον· προαίρεσις μὲν γὰρ οὐκ ἔστι τῶν ἀδυνάτων, καὶ εἴ τις φαίη προαιρεῖσθαι, δοκοίη ἂν ἠλίθιος εἶναι· βούλησις δ' ἐστὶ τῶν ἀδυνάτων, οἷον ἀθανασίας. Καὶ ἡ μὲν βούλησίς ἐστι καὶ περὶ τὰ μηδαμῶς δι' [r] αὑτοῦ πραχθέντα ἄν· οἷον ὑποκριτήν τινα νικᾶν, ἢ ἀθλητήν· προαιρεῖται δὲ τὰ τοιαῦτα οὐδεὶς,

[p] Καὶ ἐπίλυπος, ἡ προαίρεσις δ' οὔτε λυπηρὰ liber quidam antiquus: receptæ tamen lectionis, quæ non inelegans eſt, nec ſententiam variat, alibi veſtigia non inveni. *Vict.* Ἔτι ἡ μὲν ἐπιθυμία λυπηρά ἐστι, καὶ τὸ ἡδὺ ἀεὶ ἀντικείμενον ἔχει· πρὸς αὐτὸ γὰρ ἀεὶ φέρεται· ἡ δὲ προαίρεσις οὔτε λυπηρά ἐστιν, οὔτε τὸ ἡδὺ ἀντικείμενον ἔχει. *Andr.*
[q] Γρ. φαινομένη. [r] Γρ. δι' αὐτὸν et δι' αὑτόν.

aut iram, aut voluntatem, aut opinionem aliquam, non ſatis recte dicere videntur: conſilium enim non eſt eorum commune, quæ ſunt rationis expertia; cupiditas autem et ira maxime: præterea incontinens a cupiditate quidem impulſus agit, ſed non conſilio capto; continens contra conſilio capto, non cupiditate impulſus. Et conſilio contraria eſt cupiditas, cupiditati autem cupiditas nequaquam: tum cupiditas et jucundi eſt, et cum moleſtia conjuncta, conſilium neque jucundi, neque cum moleſtia conjunctum. Multo autem minus ira eſt: nam quæ per iram fiunt conſilio minime conſentanea eſſe videntur. Neque vero voluntas eſt, etiamſi ei finitimum eſſe videatur: conſilium enim non eſt eorum, quæ fieri non poſſunt, et ſi quis dicat ſe talium rerum agendarum conſilium cepiſſe, ſtultus eſſe videatur: voluntas autem etiam eorum eſt, quæ contingere nemini poſſunt: verbi gratia, immortalitatis. Præterea voluntas etiam ad ea pertinet, quæ nullo modo is qui vult per ſe agere poſſit: ut ſi quis velit hiſtrionem illum, vel athletam ſuperiorem diſcedere: at nemo talium rerum conſilium capit, ſed earum duntaxat,

ἀλλ' ὅσα οἴεται ἂν γενέσθαι δι' αὑτοῦ. Ἔτι δ' ἡ μὲν βούλησις τοῦ τέλους ἐστὶ μᾶλλον, ἡ δὲ προαίρεσις τῶν πρὸς τὸ τέλος· οἷον ὑγιαίνειν βουλόμεθα, προαιρούμεθα δὲ δι' ὧν ὑγιανοῦμεν· καὶ εὐδαιμονεῖν βουλόμεθα μὲν, καί φαμεν· προαιρούμεθα δὲ λέγειν οὐχ ἁρμόζει· ὅλως γὰρ ἔοικεν ἡ προαίρεσις περὶ τὰ ἐφ' ἡμῖν εἶναι. Οὐδὲ δὴ δόξα ἂν εἴη· ἡ μὲν γὰρ δόξα δοκεῖ περὶ πάντα εἶναι, καὶ οὐδὲν ἧττον περὶ τὰ ἀΐδια καὶ τὰ ἀδύνατα, ἢ τὰ ἐφ' ἡμῖν· καὶ τῷ ψευδεῖ καὶ ἀληθεῖ διαιρεῖται, οὐ τῷ κακῷ καὶ ἀγαθῷ· ἡ δὲ προαίρεσις τούτοις μᾶλλον. Ὅλως μὲν οὖν δόξῃ ταὐτὸν ἴσως οὐδὲ λέγει οὐδείς· ἀλλ' οὐδὲ τινί· τῷ γὰρ προαιρεῖσθαι τἀγαθὰ ἢ τὰ κακὰ, ποιοί τινές ἐσμεν· τῷ δὲ δοξάζειν, οὔ. Καὶ προαιρούμεθα μὲν λαβεῖν ἢ φυγεῖν, ἤ τι τῶν τοιούτων· δοξάζομεν δὲ τί ἐστιν ἢ τίνι συμφέρει, ἢ πῶς· λαβεῖν δὲ ἢ φυγεῖν οὐ πάνυ δοξάζομεν. Καὶ ἡ μὲν προαίρεσις ἐπαινεῖται τῷ εἶναι οὗ δεῖ μᾶλλον, [s] ἢ τῷ ὀρθῶς· ἡ δὲ δόξα τῷ

[s] Non me latet interpretes non eodèm modo accepiſſe locum illum ἢ τῷ ὀρθῶς: quæ diſſenſio nata eſt ex gemina vi notioneque particulæ ἢ; nunc enim valet

quas per ſe effici poſſe arbitratur. Præterea voluntas eſt ultimi ac finis, conſilium autem eorum, quæ ad finem conferunt: verbi gratia, bene valere volumus, conſilium autem capimus eas res adhibere, quibus bene valeamus: et beati eſſe volumus, atque hoc nos velle dicimus; ſed conſilium nobis captum eſſe ut beati ſimus, neque dicimus, neque convenit ita loqui: omnino enim conſilium ad eas res pertinet, quæ ſunt in noſtra poteſtate. Neque vero erit opinio: ad omnia enim pertinere videtur opinio, nec minus ad ea, quæ æterna ſunt, quæque a nobis fieri non poſſunt, quam quæ in nobis ſita ſunt: præterea vero et falſo dividitur ac diſtinguitur opinio, non bono ac malo: at conſilium his potius, quam illis. Idem igitur quod univerſam opinionem eſſe conſilium fortaſſe ne dicere quidem quiſquam conabitur: at neque idem quod quandam opinionem: nam eo quod conſilium nobis captum ſit ut bona vel mala ſequamur, cujuſdammodi ſumus: ſed eo quod opinemur, non item. Et conſilium capimus vel adipiſcendi, vel fugiendi, vel tale quiddam faciendi: opinamur autem quid ſit, aut cui conducat, aut quemadmodum: adipiſci certe, aut fugere non admodum opina-

ἀληθῶς. Καὶ προαιρούμεθα μὲν ἃ μάλιστα ἴσμεν ἀγαθὰ ὄντα· δοξάζομεν δὲ ἃ οὐ πάνυ ἴσμεν. Δοκοῦσί τε οὐχ οἱ αὐτοὶ προαιρεῖσθαι τὰ ἄριστα καὶ δοξάζειν, ἀλλ' ἔνιοι δοξάζειν μὲν ἄμεινον, διὰ κακίαν δ' αἱρεῖσθαι οὐχ ἃ δεῖ. Εἰ δὲ προγίνεται δόξα τῆς προαιρέσεως, ἢ παρακολουθεῖ, οὐδὲν διαφέρει· οὐ τοῦτο γὰρ σκοποῦμεν, ἀλλ' εἰ ταὐτόν ἐστι δόξῃ τινί. Τί οὖν ἢ ποῖόν τί ἐστιν, ἐπειδὴ τῶν [t] εἰρημένων οὐθέν ἐστιν; Ἑκούσιον μὲν δὴ φαίνεται· τὸ δ' ἑκούσιον οὐ πᾶν προαιρετὸν, ἀλλ' ἆρά γε τὸ προβεβουλευμένον· ἡ γὰρ προαίρεσις μετὰ λόγου καὶ διανοίας· ὑποσημαίνειν δ' ἔοικε καὶ τοὔνομα, ὡς ὂν πρὸ ἑτέρων αἱρετόν.

vel, nunc vero *quam*, quo fenfu hic ipfam fumendam arbitror; ut dixerit nofter doctor confuetudinem effe de *electione* dicere, eam fuiffe illius rei, cujus decebat, potius quam rectam ipfam appellari: ut judico enim, argumentatur hic quoque a more loquendi. *Victor.* Adverbium μᾶλλον hoc loco τὸ ἢ ad hunc fenfum, quo interpretatur Vict. determinare videtur. Andronici paraphrafis ἢ τῷ ὀρθῶς omittit. Ἔτι ἡ μὲν προαίρεσις ἐπαινεῖται ὅταν προαιρώμεθα ἃ δεῖ· ἡ δὲ δόξα ἐπαινεῖται ὅταν δοξάσωμεν τὰ ἀληθῆ. [t] Προειρημένων El.

mur. Et confilium eo laudatur quod ejus rei fit, quæ agenda eft, vel quod recte confilium captum fit: at opinio, quod vere quis opinetur. Præterea confilium capimus earum rerum agendarum, quas maxime exploratum habemus effe bonas: fed ea opinamur, quæ non admodum non nota, nec explorata funt. (Poftremo non iidem videntur de rebus optimis confilium capere, atque opinari, fed nonnulli melius quidem opinari, verum animi vitio corrupti ea neque fequi, neque fumere, quæ fequi ac fumere oportet.) Utrum vero opinio confilium antecedat, an fubfequatur, nihil refert: non enim nobis propofitum eft hoc confiderare, fed utrum idem fit quod aliqua opinio. Quænam igitur, aut qualis res eft, quandoquidem nihil eft eorum, quæ fupra dicta funt? Et fane videtur quiddam effe, quod fponte fiat: verum non quicquid fponte fit, de eo confilium captum eft, fed id utique, de quo prius confultatum eft: confilium enim cum ratione et cogitatione conjunctum eft: quod quidem nomine ipfo fignificatur: Προαιρετὸν enim dicitur tanquam præ cæteris optabile, et fumendum.

ΚΕΦ. γ'.

ΒΟΥΛΕΥΟΝΤΑΙ δὲ πότερα περὶ πάντων, καὶ πᾶν βουλευτόν ἐστιν, ἢ περὶ ἐνίων οὐκ ἔστι βουλή; λεκτέον δ' ἴσως βουλευτὸν, οὐχ ὑπὲρ οὗ ἄν τις βουλεύσαιτο ἠλίθιος, ἢ μαινόμενος, ἀλλ' [u]ὑπὲρ ὧν ὁ νοῦν ἔχων. Περὶ δὲ τῶν ἀϊδίων οὐδεὶς βουλεύεται, οἷον περὶ [x]τοῦ κόσμου, ἢ τῆς [y]διαμέτρου καὶ τῆς πλευρᾶς, ὅτι ἀσύμμετροι· ἀλλ' οὐδὲ περὶ τῶν ἐν κινήσει, ἀεὶ δὲ κατὰ τὰ αὐτὰ γινομένων, εἴτ' ἐξ ἀνάγκης, εἴτε φύσει, ἢ διά τινα ἄλλην αἰτίαν, οἷον [z]τροπῶν, καὶ ἀνατολῶν· οὐδὲ περὶ τῶν ἄλλοτε ἄλλως, οἷον αὐχμῶν καὶ ὄμβρων· οὐδὲ περὶ τῶν ἀπὸ τύχης, οἷον θησαυροῦ εὑρέσεως· ἀλλ' οὐδὲ περὶ τῶν ἀνθρωπικῶν πάντων, οἷον πῶς ἂν Σκύθαι ἄριστα πολιτεύοιντο, οὐδεὶς Λακεδαιμονίων βουλεύεται· οὐ γὰρ γένοιτ' ἂν τούτων δι' ἡμῶν οὐθέν. Βουλευόμεθα δὲ περὶ τῶν ἐφ' ἡμῖν πρακτῶν· ταῦτα

[u] Γρ. ὑπὲρ οὗ. [x] Aristoteles et alii magni nominis philosophi mundum esse æternum judicárunt, quem creatum fuisse dicit Sacra Scriptura. [y] Οὐδεὶς βουλεύεται περὶ τῶν ἀδυνάτων ἄλλως εἶναι, οἷον περὶ τῆς πλευρᾶς τοῦ τετραγώνου καὶ τῆς διαμέτρου, ποιῆσαι λόγον τινὰ ἔχειν πρὸς ἀλλήλας, ὃν ἀριθμὸς πρὸς ἀριθμόν. *Nemo deliberat de iis quæ habere se aliter non possunt, sicut de quadrati latére et diametro; ut si quis vellet efficere ut eandem inter se rationem habeant, quam numerus ad numerum.* Andr. [z] Περὶ τροπῶν Ven. 1. 2. et Bas.

CAP. III.

SED utrum consultant de omnibus rebus homines, omniaque in consultationem cadunt, an de quibusdam consultari non debet? ac fortasse id quidem in consultationem venire dicendum est, non de quo stolidus aliquis, aut insanus consultaverit, sed de quo is, qui mentis est compos. De rebus æternis autem consultat nemo: ut de mundo, aut de diametro et latere, quoniam nulla dimensione inter se convenire possunt: neque vero de iis, quæ cum perpetuo moveantur, eodem semper modo fiunt, sive necessitate, sive natura, sive propter aliquam causam; ut de solis conversionibus, atque ortibus: nec de iis, quæ alias aliter fiunt, ut de siccitatibus, et imbribus: neque de iis, quæ fortuito eveniunt, ut de thesauri inventione: immo ne de omnibus quidem rebus humanis; verbi gratia, quemadmodum Scythæ optime suam rempublicam administrare possint, nemo Lacedæmoniorum consultat: nihil enim horum per nos effici queat. At de iis consultamus, quæ cum sub actionem cadant,

δὲ καὶ ἔστι λοιπά· αἴτια γὰρ δοκοῦσιν εἶναι, φύσις, καὶ ἀνάγκη, καὶ τύχη· ἔτι δὲ νοῦς καὶ [a] πᾶν τὸ δι' ἀνθρώπου. Τῶν δ' ἀνθρώπων ἕκαστοι βουλεύονται περὶ τῶν δι' αὐτῶν πρακτῶν. Καὶ περὶ μὲν τὰς [b] ἀκριβεῖς καὶ αὐτάρκεις τῶν ἐπιστημῶν οὐκ ἔστι βουλή· οἷον περὶ γραμμάτων· [c] οὐ γὰρ διστάζομεν πῶς [1] γραπτέον. Ἀλλ' ὅσα γίνεται δι' ἡμῶν, μὴ ὡσαύτως δ' ἀεί, περὶ τούτων βουλευόμεθα· οἷον περὶ τῶν κατὰ ἰατρικὴν, [d] καὶ χρηματιστικὴν, καὶ περὶ κυβερνητικὴν μᾶλλον ἢ γυμναστικὴν, ὅσῳ ἧττον διηκρίβωται. Καὶ ἔτι περὶ τῶν λοιπῶν ὁμοίως· μᾶλλον δὲ καὶ περὶ τὰς τέχνας [e] ἢ τὰς ἐπιστήμας· μᾶλλον γὰρ περὶ αὐτὰς διστάζομεν. Τὸ βουλεύεσθαι δὲ ἐν τοῖς ὡς [f] ἐπιπολὺ, ἀδήλοις δὲ πῶς ἀποβήσεται, καὶ ἐν οἷς ἀδιόριστον. Συμ-

[a] Per πᾶν τὸ δι' ἀνθρώπου intelligit voluntatem et affectus, quibus homines ad agendum impelluntur. Hæc perioche, ut annotavit Lambinus, a quibuſdam perperam vertitur, *quicquid ab homine geri poteſt.* Qui enim, ut inquit ille, fieri poteſt, ut quicquam ab homine geſtum cauſa ſit, cum ſit effectum. [b] Ἀκριβεῖς καὶ αὐτάρκεις λέγει τὰς ἀποδεικτικάς· οἷα ἐστὶν ἡ γεωμετρία· αὐτάρκεις δέ εἰσιν αἱ μὴ δεόμεναι βοηθείας ἔξωθεν, ἀλλ' ὡρισμέναι καὶ ἑαυταῖς αὐταρκοῦσαι. *Euſtrat.* [c] Ὅτι ἐγνωσμένον ἐστὶν ἀκριβῶς, καὶ ὡρισμένα εἰσὶ τὰ σημεῖα. *Andr.* [1] Magn. Moral. lib. i. cap. 18. [d] Ἢ χρηματιστικὴν Cam. Aurel. et Andr. [e] Ἢ τὰς δόξας pro ἢ τὰς ἐπιστήμας legerunt quidam, ut teſtatur Euſtratius. Vide Euſtrat. et Vict. [f] Γρ. ἐπὶ τὸ πολύ.

tum in noſtra poteſtate ſunt: hæc autem etiam ſunt reliqua: etenim rerum omnium cauſæ videntur eſſe, natura, neceſſitas, fortuna: adde præterea mentem, et quicquid per hominem agit. Singuli autem homines de iis conſultant ac deliberant, quæ ab ipſis agi poſſunt. Neque vero in ſcientiis exquiſitis, ſuaque vi contentis, conſultationi locus eſt: verbi gratia, de literis non conſultamus: non enim quomodo ſcribendum ſit ambigimus. Sed de iis, quæ, tametſi opera noſtra fiant, non tamen ſemper eodem modo fiunt: ut de iis, quæ ad medicinam, et ad artem pecuniæ quærendæ pertinent; et in arte gubernandarum navium potius, quam in ratione corporum exercendorum dubitare ſolemus, quanto minus illa, quam hæc enucleatis et exquiſitis præceptionibus abſoluta eſt. Et præterea item de reliquis: magis autem in artibus, quam in ſcientiis conſultationi locus eſt: in eis enim ſæpius ambigere ſolemus. Conſultandi autem ratio in iis locum habet, quæ plerumque uſu veniunt, cum eorum exitus incertus ſit, et in quibus nihil eſt definiti. Porro ad res magnas conſide-

βούλους δὲ παραλαμβάνομεν εἰς τὰ μεγάλα, ἀπιστοῦντες ἡμῖν αὐτοῖς ὡς οὐχ ἱκανοῖς διαγνῶναι. Βουλευόμεθα δὲ οὐ περὶ τῶν τελῶν, ἀλλὰ περὶ τῶν πρὸς τὰ τέλη· οὔτε γὰρ ἰατρὸς βουλεύεται εἰ ὑγιάσει, οὔτε ῥήτωρ εἰ πείσει, οὔτε πολιτικὸς εἰ εὐνομίαν ποιήσει, οὐδὲ τῶν λοιπῶν οὐδεὶς περὶ τοῦ τέλους· ἀλλὰ θέμενοι [g]τέλος τι, πῶς καὶ διὰ τίνων ἔσται σκοποῦσι. Καὶ διὰ πλειόνων μὲν φαινομένου γίνεσθαι, διὰ τίνος ῥᾶστα καὶ κάλλιστα ἐπισκοποῦσι· δι' ἑνὸς δὲ ἐπιτελουμένου, πῶς διὰ τούτου [h]ἔσται, κἀκεῖνο διὰ τίνος, ἕως ἂν ἔλθωσιν ἐπὶ τὸ πρῶτον αἴτιον, ὃ ἐν τῇ εὑρέσει ἔσχατόν ἐστιν· ὁ γὰρ βουλευόμενος ἔοικε ζητεῖν καὶ ἀναλύειν τὸν εἰρημένον τρόπον, ὥσπερ διάγραμμα. Φαίνεται δὲ ἡ μὲν ζήτησις οὐ πᾶσα εἶναι βούλευσις, οἷον αἱ μαθηματικαί· ἡ δὲ βούλευσις πᾶσα ζήτησις· [i]καὶ τὸ ἔσχατον

[g] Τέλος, τὸ πῶς El. [h] Ἔσται abest a N C. et Vet. Interp. rectius, ut videtur.
[i] Ὃ ἔσχατον εὑρίσκεται ἀναλύοντι, τοῦτο ἔργον πρῶτον γίνεται τῷ βουλευομένῳ· καθάπερ ὁ μαθηματικὸς, πρὸς ὃ ἔσχατον ἀφίξεται ἀναλύων, τοῦτο ὑποτιθεὶς καὶ ἀπὸ τούτου διὰ τῶν ἄλλων ὁδεύων, ἀποδείκνυσι τὸ προκείμενον. *Quod postremum in resolutione invenitur, hoc primum deliberanti opus est: quemadmodum ad quod ultima resolutione pervenit mathematicus, hoc supposito, ab eo transit ad reliqua, atque ita confirmat hoc de quo agitur.* Andr.

randas alios in consilium adhibemus, nobis ipsis diffidentes, quasi minus ad eas dispiciendas ac dijudicandas idoneis. Consultamus autem non de finibus, sed de iis quæ ad fines pertinent: neque enim aut medicus, an sanaturus sit, consultat, aut orator, an persuasurus, aut vir ad rempublicam administrandam aptus, an bonis legibus civitatem temperaturus, neque alii denique artifices de fine deliberant: sed omnes proposito sibi certo aliquo fine, quemadmodum, et quibus rebus eum possint assequi, cogitant. Ac si pluribus modis, ac rationibus id quod volunt, confici posse videatur, qua facillime et optime confici possit, inspiciunt: sin autem una ratione commode possit absolvi, qua via ad illam perveniant, et qua ad hanc, eo usque dum ad primam causam pervenerint, quæ inventione est ultima: qui consultat enim, inquirere ac retexere veluti descriptionem quandam mathematicam videtur, quemadmodum dictum est. Sed illud certe apparet non omnem quæstionem esse consultationem, ut sunt quæstiones mathematicæ; consultationem vero omnem esse quæstionem: illud etiam planum est, quod est retexenti postremum,

ἐν τῇ ἀναλύσει, πρῶτον εἶναι ἐν τῇ γενέσει. Κἂν μὲν ἀδυνάτῳ ἐντύχωσιν, ἀφίστανται· οἷον εἰ χρημάτων δεῖ, ταῦτα δὲ μὴ οἷόν τε πορισθῆναι· ἐὰν δὲ δυνατὸν φαίνηται, ἐγχειροῦσι πράττειν. Δυνατὰ δὲ, ἃ δι' ἡμῶν γένοιτο ἄν· τὰ γὰρ διὰ τῶν φίλων δι' ἡμῶν πως ἐστίν· ἡ γὰρ ἀρχὴ ἐν ἡμῖν. Ζητεῖται δὲ ὁτὲ μὲν τὰ ὄργανα, ὁτὲ δὲ ἡ χρεία αὐτῶν, ὁμοίως δὲ καὶ ἐν τοῖς λοιποῖς· ὁτὲ μὲν δι' οὗ, ὁτὲ δὲ πῶς, ἢ διὰ τίνος. Ἔοικε [k] δὴ, καθάπερ εἴρηται, ἄνθρωπος εἶναι ἀρχὴ τῶν πράξεων· ἡ δὲ βουλὴ περὶ τῶν αὐτῷ πρακτῶν· αἱ δὲ πράξεις ἄλλων ἕνεκα. Οὐκ ἂν οὖν εἴη βουλευτὸν τὸ τέλος, ἀλλὰ τὰ πρὸς τὰ τέλη· οὐδὲ δὴ τὰ καθ' ἕκαστα· οἷον εἰ ἄρτος τοῦτο, ἢ [l] πέπεπται, ἢ [m] πεποίωται ὡς δεῖ· αἰσθήσεως γὰρ ταῦτα· εἰ δὲ ἀεὶ [n] βουλεύσεται, εἰς ἄπειρον ἥξει. Βουλευτὸν δὲ καὶ προαιρετὸν τὸ αὐτὸ, πλὴν ἀφωρισμένον ἤδη τὸ προαιρετόν· τὸ γὰρ ἐκ τῆς

[k] Δὲ Ven. 1. 2. et Vet. Interp. [l] Πέπτεται Ven. 1. 2. et Baf. ἢ πέπεπται El. et Argyr. non habent. [m] Πεποίηται Andr. et Baf. ἢ πεποίωται Cam. omittit. Eorum in Vet. Interp. nullum reperiri veſtigium falſo affirmat Lambinus. [n] Γρ. βουλεύεται.

id eſſe agenti primum. Quod ſi ii, qui acturi ſunt, in aliquid inciderint, quod fieri nequeat, tum ab eo deſiſtunt: veluti ſi pecunia ſit opus, ejuſque expediendæ nulla ratio inveniri poſſit: ſin autem fieri poſſe videatur, tum ad agendum aggrediuntur. Fieri autem poſſe dicuntur ea, quæ noſtra opera effici poſſunt: nam quæ amicorum ſtudio et opera tranſiguntur, noſtra opera quodammodo fieri videntur: principium enim in nobis eſt. Quæruntur autem aliquando inſtrumenta, aliquando eorum uſus, itemque in reliquis: interdum cujus opera, aliquando quomodo, aut qua via res explicari poſſit. Ac videtur ſane homo, quemadmodum dictum eſt, actionum eſſe principium: conſultatio autem eſt iis de rebus, quæ a quoque agi poſſunt: at actiones aliarum rerum cauſa ſuſcipiuntur. De fine igitur conſultari non poteſt, ſed de iis, quæ ad fines pertinent: neque de rebus ſingularibus: verbi gratia, ſitne hoc panis, aut ſitne ita piſtus, aut factus, ut oportet; hæc enim ſenſu judicantur: quod ſi ſemper conſultaverit, abibit in infinitum. Id autem de quo conſultatur et id de quo conſilium captum eſt, eadem ſunt inter ſe, niſi quod definitum jam ac deciſum eſt id, de quo conſilium capitur:

βουλῆς προκριθὲν, προαιρετόν ἐστι· παύεται γὰρ ἕκαστος ζητῶν πῶς πράξει, ὅταν εἰς αὐτὸν ἀναγάγῃ τὴν ἀρχὴν, καὶ αὐτοῦ εἰς τὸ ἡγούμενον· τοῦτο γάρ τὸ προαιρούμενον. Δῆλον δὲ τοῦτο καὶ ἐκ τῶν ἀρχαίων πολιτειῶν, [o] ἃς Ὅμηρος ἐμιμεῖτο· οἱ γὰρ βασιλεῖς, ἃ προέλοιντο, [p] ἀνήγγελλον τῷ δήμῳ. Ὄντος δὲ τοῦ προαιρετοῦ, βουλευτοῦ, ὀρεκτοῦ τῶν ἐφ' ἡμῖν, καὶ ἡ προαίρεσις ἂν εἴη βουλευτικὴ ὄρεξις τῶν ἐφ' ἡμῖν· ἐκ τοῦ βουλεύσασθαι γὰρ κρίναντες, ὀρεγόμεθα κατὰ τὴν [q] βούλευσιν. Ἡ μὲν οὖν προαίρεσις τύπῳ εἰρήσθω, [r] καὶ περὶ ποῖά ἐστι, καὶ ὅτι τῶν πρὸς τὰ τέλη.

ΚΕΦ. δ'.

Η ΔΕ βούλησις ὅτι μὲν τοῦ τέλους ἐστὶν, εἴρηται· δοκεῖ δὲ τοῖς μὲν τἀγαθοῦ εἶναι, τοῖς δὲ τοῦ φαινομένου ἀγαθοῦ. Συμβαίνει δὲ, τοῖς μὲν τὸ βουλητὸν τἀγαθὸν λέγουσι, μὴ

[o] Exſtat Homeri locus, ad quem reſpexit, Iliad. β'. in concione Agamemnonis ad Græcos. [p] Γρ. Ἀνήγγελον. [q] Βούλησιν pro βούλευσιν habet Euſtrat. [r] Καὶ τί, quæ Zuing. legit poſt εἰρήσθω, omnino ſuperflua videntur.

quod enim conſultatione adhibita reliquis præpoſitum eſt, id eſt, de quo conſilium captum eſt: nam quæmadmodum ſit quiſque acturus tum quærendi finem facit, cum principium ad ſeipſum, et ad eam ſui partem, quæ præeſt atque imperat, revocarit; hæc enim eſt, quæ conſilium capit. Quod ex veteribus quoque reipublicæ adminiſtrandæ formis, quas Homerus imitabatur, perſpici poteſt: nam quibus de rebus reges conſilium ceperant, eas populo renunciabant. Quoniam autem id, de quo conſilium capitur, ſub deliberationem et appetitionem cadit, cum ſit ex numero earum rerum, quæ in nobis ſitæ ſunt: conſilium erit earum rerum, quæ in noſtra poteſtate ſunt, appetitio ex conſultatione proveniens; nam poſteaquam conſultatione adhibita judicavimus, tum ei conſultationi convenienter appetimus. Ac conſilium quidem quid ſit, quibuſque in rebus verſetur, earum denique rerum eſſe, quæ ad fines pertinent, ſic a nobis veluti adumbrando expoſitum ſit.

CAP. IV.

ULTIMI autem ſeu finis eſſe voluntatem, dictum eſt: ſed alii ejus eſſe, quod bonum eſt, alii ejus, quod videtur bonum, exiſtimant. Atqui eorum ratione; qui id,

To those who assert Volition to be a good — the objection arises, that nothing will be an object of volition, which is not good — To those who assert that it is the app. good, that Volition will not be natural but a

without a correct preference.

εἶναι βουλητὸν, ὃ βούλεται ὁ μὴ ὀρθῶς αἱρούμενος· εἰ γὰρ ἔσται βουλητὸν, καὶ ἀγαθόν· ἦν δὲ, εἰ οὕτως ἔτυχε, κακόν· τοῖς δ᾽ αὖ τὸ φαινόμενον ἀγαθὸν τὸ βουλητὸν λέγουσι, μὴ εἶναι φύσει βουλητὸν, ἀλλ᾽ ἑκάστῳ τὸ δοκοῦν· ἄλλο δ᾽ [s]ἄλλῳ φαίνεται· καὶ εἰ οὕτως ἔτυχε, τἀναντία. Εἰ δὲ δὴ ταῦτα μὴ ἀρέσκει, [t]ἆρα φατέον ἁπλῶς μὲν καὶ κατ᾽ ἀλήθειαν βουλητὸν εἶναι τἀγαθόν· ἑκάστῳ δὲ, τὸ φαινόμενον. Τῷ μὲν οὖν σπουδαίῳ, τὸ κατ᾽ ἀλήθειαν εἶναι, τῷ δὲ φαύλῳ, τὸ τυχόν· ὥσπερ καὶ ἐπὶ τῶν σωμάτων, τοῖς μὲν εὖ διακειμένοις ὑγιεινά ἐστι τὰ κατ᾽ ἀλήθειαν τοιαῦτα ὄντα, τοῖς δ᾽ ἐπινόσοις ἕτερα. Ὁμοίως δὲ καὶ πικρὰ, καὶ γλυκέα, καὶ θερμὰ, καὶ βαρέα, καὶ τῶν ἄλλων ἕκαστα· ὁ σπουδαῖος γὰρ ἕκαστα κρίνει ὀρθῶς, καὶ ἐν ἑκάστοις τἀληθὲς αὐτῷ φαίνεται· καθ᾽ ἑκάστην γὰρ ἕξιν ἴδιά ἐστι καὶ καλὰ καὶ ἡδέα. Καὶ διαφέρει πλεῖστον ἴσως ὁ σπουδαῖος, τῷ τἀληθὲς ἐν ἑκάστοις ὁρᾶν, ὥσπερ κανὼν καὶ μέ-

Physick

How is the good in ... discernible

[s] Γρ. Ἄλλως. [t] Γρ. ἄρα num?

quod fub voluntatem cadit, dicunt effe verum bonum, evenit ut id, quod vult is, qui minus recte eligit, non cadat fub voluntatem; nam fi fub voluntatem cadet, erit et bonum; at erat, fi cafus ita tulit, malum: eorum autem fententia, qui id quod fub voluntatem cadit, fpecie duntaxat bonum effe dicunt, nihil erit, quod fub voluntatem cadat natura, fed quod cuique videbitur: atqui aliud alii videtur, et, fi cafus ita tulerit, etiam contraria. Quod fi hæc minus probanda funt, dicendum eft abfolute et revera fub voluntatem cadere verum bonum; fed fub cujufque voluntatem cadere id, quod fpeciem boni habeat. Viro bono igitur id effe voluntati optabile, quod revera bonum eft, vitiofo autem, quicquid fors obtulerit: ut et corporibus bene quidem conftitutis falubria funt ea, quæ revera talia funt, morbofis autem et ægris alia. Itemque amara, dulcia, calida, gravia, et cæterorum unumquidque: nam et vere de fingulis rebus judicat vir bonus, et ei ftatim quod in quaque re veri eft elucet: ex unoquoque enim habitu propria fibi quifque honefta et jucunda fingit. Atque eo ipfo fortaffe longe præftat reliquis vir bonus, quod fingulis in rebus verum perfpicit, quafi

τρον αὐτῶν ὤν· τοῖς πολλοῖς δὲ ἡ ἀπάτη διὰ τὴν ἡδονὴν ἔοικε γίνεσθαι· οὐ γὰρ ὂν, ἀγαθὸν φαίνεται. Αἱροῦνται οὖν τὸ ἡδὺ, ὡς ἀγαθὸν, τὴν δὲ λύπην, ὡς κακὸν φεύγουσιν.

ΚΕΦ. ε΄.

ΟΝΤΟΣ δὴ βουλητοῦ μὲν τοῦ τέλους, βουλευτῶν δὲ καὶ προαιρετῶν τῶν πρὸς τὸ τέλος, αἱ περὶ ταῦτα πράξεις κατὰ προαίρεσιν εἶεν ἂν, καὶ ἑκούσιοι· αἱ δὲ τῶν ἀρετῶν ἐνέργειαι περὶ ταῦτα. Ἐφ' ἡμῖν [u]δὴ καὶ ἡ ἀρετή· ὁμοίως δὲ καὶ ἡ κακία· ἐν οἷς γὰρ ἐφ' ἡμῖν τὸ πράττειν, καὶ τὸ μὴ πράττειν· καὶ ἐν οἷς τὸ μὴ, καὶ τὸ ναί. Ὥστ' εἰ τὸ πράττειν, καλὸν ὂν, ἐφ' ἡμῖν ἐστι, καὶ τὸ μὴ πράττειν ἐφ' ἡμῖν ἔσται, αἰσχρὸν ὄν· καὶ εἰ τὸ μὴ πράττειν, καλὸν ὂν, ἐφ' ἡμῖν, καὶ τὸ πράττειν, αἰσχρὸν ὂν, ἐφ' ἡμῖν. Εἰ δ' ἐφ' ἡμῖν, [x]τὸ τὰ καλὰ πράττειν, καὶ τὰ αἰσχρὰ, ὁμοίως δὲ καὶ τὸ μὴ πράττειν· τοῦτο δὲ ἦν τὸ ἀγαθοῖς

[u] Δὲ N C. C C C. Mur. et Baſ. [x] Ἐφ' ἡμῖν τὰ καλὰ πράττειν Baſ. Cam. N C. et C C C. Sed ſi geminatum articulum nolis, rectius legeris τὸ καλὰ πράττειν.

earum norma ſit ac menſura: multitudini autem fucum facere videtur voluptas; quippe quæ, cum bonum non ſit, boni ſpeciem præ ſe ferat. Itaque jucundum ſequitur, ut bonum, dolorem autem fugit, ut malum.

CAP. V.

QUONIAM igitur finis ſub voluntatem cadit, de iis autem, quæ ad finem pertinent, et conſultari et conſilium capi poteſt, conſequens eſt, ut quæ in eis vertuntur actiones, et conſilio conſentaneæ ſint, et ſponte obeantur: at functiones et munera virtutum in his vertuntur. Itaque virtus in noſtra eſt poteſtate; ſimiliter et vitium: quas enim res agere in nobis ſitum eſt, eaſdem non agere poſſumus: et quas non agere in nobis ſitum eſt, earundem quoque agendarum poteſtas noſtra eſt. Itaque ſi quid agere, quod honeſtum ſit, in nobis ſitum eſt, non agere quoque, cum id non agere turpe ſit, in nobis erit ſitum: et ſi non agere, quod non agere honeſtum ſit, in noſtra poteſtate eſt, agere quoque quod actu turpe ſit, in nobis erit ſitum. Quod ſi honeſta et turpia agere noſtri arbitrii eſt, ſimiliterque non agere (hoc autem erat, bonos et ma-

If we have the power of doing that which is good, we have also the power of avoiding that which is evil — & vice versa —

καὶ κακοῖς εἶναι· [y] ἐφ᾽ ἡμῖν ἔϛαι τὸ ἐπιεικέσι καὶ φαύλοις εἶναι. Τὸ δὲ λέγειν ὡς

[z] Οὐδεὶς ἑκὼν πονηρὸς, οὐδ᾽ ἄκων [a] μάκαρ,

ἔοικε τὸ μὲν ψευδεῖ, τὸ δ᾽ ἀληθεῖ· μακάριος μὲν γὰρ οὐδεὶς ἄκων, ἡ δὲ μοχθηρία ἑκούσιον· ἢ τοῖς γε νῦν εἰρημένοις ἀμφισβητητέον, καὶ τὸν ἄνθρωπον οὐ φατέον ἀρχὴν εἶναι, οὐδὲ γεννητὴν τῶν πράξεων, ὥσπερ καὶ τέκνων. Εἰ δὲ ταῦτα φαίνεται, καὶ μὴ ἔχομεν εἰς ἄλλας ἀρχὰς ἀναγαγεῖν παρὰ τὰς ἐφ᾽ ἡμῖν· ὧν καὶ αἱ ἀρχαὶ ἐφ᾽ ἡμῖν, καὶ αὐτὰ ἐφ᾽ ἡμῖν καὶ

[y] Ariſtoteles huic contrariam ſententiam Socrati attribuit in Magn. Moral. lib. i. cap. 9. Σωκράτης ἔφη οὐκ ἐφ᾽ ἡμῖν γενέσθαι τὸ σπουδαίους εἶναι ἢ φαύλους· εἰ γάρ τις, φησὶν, ἐρωτήσειεν ὁντιναοῦν, πότερον ἂν βούλοιτο δίκαιος εἶναι ἢ ἄδικος, οὐθεὶς ἂν λέγοιτο τὴν ἀδικίαν· δῆλον ὡς εἰ φαῦλοί τινές εἰσιν, οὐκ ἂν ἑκόντες εἴησαν φαῦλοι· ὥϛε δῆλον ὅτι οὐδὲ σπουδαῖοι. [z] Trajici alicujus veteris ſenarius eſt, quo, ut puto, ſignificaret, quiſquis auctor ipſius eſt, neminem, cui eligendi poteſtas ſit, laborioſam, et aſperam vitam colere, et neminem invitum beatum eſſe, atque affluere iis omnibus, quæ ad vitam commode agendam pertinent. Sed Philoſophi quidam, cum ſtatuerent omnes improbos miſeros eſſe, omnes virtute præditos felices, iidemque judicarent virtutem quidem ſponte coli, ſed vitioſum eſſe neminem niſi invitum, abuſi ſunt hoc verſiculo ad confirmandam ſententiam ſuam, et πονηρὸν interpretati ſunt, non *eum, qui dure, ac laborioſe viveret*, ſed *improbum*, et *vitioſum*; quod eadem vox, aut accentu mutato, ut vulgo putant, aut eodem accentu, ut judicat Thomas Magiſter, et hoc et illud ſignificet. *Beatum* quoque acceperunt, non divitem, et facilem agentem, ſed virum bonum et ex virtute agentem. Citatur autem hic ipſe verſus hoc ſenſu, ἐν τῷ περὶ δικαίου τῶν Πλάτωνος νοθευομένων. Et ſane hanc ſententiam tueri videtur Plato in Clitophonte, et lib. ix. de Legibus. *Muret.* [a] Μακάριος noſtri MSS. Andr. Ven. 1. 2. Cam. et Baſ. de qua lectione hæc habet Victorius: Vereor ne μάκαρ legi debeat: carminis enim ratio videtur hoc poſcere, quod in extremo nunc claudicat. Sed etiam in ſermone περὶ δικαίου, qui falſo putatur Platoni tributus, ubi hic antiqui poetæ ſenarius adducitur, ita legitur, ποίῳ ποιητῇ, ὅς τις εἶπεν, οὐδεὶς ἑκὼν πονηρὸς, οὐδ᾽ ἄκων μάκαρ. Aliquis fortaſſe verſum eſſe non animadvertens, poetica voce ſublata, communem reſtituit.

los eſſe) noſtri quoque arbitrii erit profecto, ut probi et improbi ſimus. Jam vero quod dicitur,

> Sponte improbus nemo, nec invitus beatus ullus eſt,

partim falſum, partim verum eſſe videtur; nam invitus beatus eſt nemo, vitioſitas autem ſponte noſtra contrahitur: alioquin ea, quæ jam nunc dicta ſunt, erunt in dubium et controverſiam vocanda, negandumque erit hominem eſſe principium ac parentem actionum, tanquam et liberorum. Quod ſi hæc nobis probantur et vera videntur, neque eas poſſumus ad alia principia capitaque, præterquam ad ea, quæ in nobis inſunt, revocare: profecto quarum rerum principia in nobis inſunt, eæ res quoque in nobis ſitæ ſunt, noſtraque ſponte ſuſcipiuntur.

ἑκούσια. [b]Τούτοις δ' ἔοικε μαρτυρεῖσθαι καὶ ἰδίᾳ ὑφ' ἑκάστων, καὶ ὑπ' αὐτῶν τῶν νομοθετῶν· κολάζουσι γὰρ καὶ τιμωροῦνται τοὺς δρῶντας μοχθηρά, ὅσοι μὴ βίᾳ, ἢ δι' ἄγνοιαν, ἧς μὴ αὐτοὶ αἴτιοι· τοὺς δὲ τὰ καλὰ πράττοντας τιμῶσιν· ὡς τοὺς μὲν [c]προτρέψοντες, τοὺς δὲ κωλύσοντες. Καίτοι πρὸς ὅσα μήτ' ἐφ' ἡμῖν ἐστι, μήθ' ἑκούσια, οὐδεὶς προτρέπεται πράττειν· ὡς οὐδὲν πρὸ ἔργου ὄντος πεισθῆναι μὴ θερμαίνεσθαι, ἢ ἀλγεῖν, ἢ πεινῆν, [d]ἢ ἀλλ' ὁτιοῦν τῶν τοιούτων· οὐθὲν γὰρ ἧττον πεισόμεθα αὐτά. Καὶ γὰρ ἐπ' αὐτῷ τῷ ἀγνοεῖν κολάζουσιν, ἐὰν αἴτιος εἶναι δοκῇ τῆς ἀγνοίας· οἷον τοῖς μεθύουσι διπλᾶ τὰ ἐπιτίμια· ἡ γὰρ ἀρχὴ [e]ἐν αὐτῷ· κύριος γὰρ τοῦ μὴ μεθυσθῆναι· τοῦτο δ' αἴτιον τῆς ἀγνοίας. Καὶ τοὺς ἀγνοοῦντάς τι τῶν ἐν τοῖς νόμοις, ἃ δεῖ ἐπίστασθαι, καὶ μὴ χαλεπά ἐστι, κολάζουσιν· ὁμοίως δὲ καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις, ὅσα δι' ἀμέλειαν

[b] Ita noſtri MSS. Cam. et Baſ. vulgo τοιούτοις ſcribitur. [c] Προτρέψοντες, τοὺς δὲ κωλύσοντες N C. [d] Ἢ ἀλλ' ὁτιοῦν τῶν τοιούτων, ὧν οὐκ ἐσμὲν αὐτοὶ κύριοι, *vel quid tale, quod in poteſtate non eſt noſtra.* Andr. [e] Γρ. ἐν αὐτοῖς· κύριοι.

Teſtimonio ſunt his cum ea, quæ privatim a ſingulis, tum ea, quæ publice a latoribus legum fieri ſolent: eos enim, qui res flagitioſas atque improbas admittunt, caſtigant ſupplicioque afficiunt, ſi modo non per vim, aut per inſcientiam, quæ ipſorum culpa contracta non ſit, admiſerint; eos autem, qui res honeſtas et præclaras gerunt, honoribus et præmiis ornant: quaſi hos excitaturi, illos a maleficio deterrituri. Atqui ad eas actiones excitat nemo, quæ neque in nobis poſitæ ſunt, neque ſponte noſtra obeuntur: perinde quaſi nihil profuturum ſit perſuaſum nobis eſſe, ut ne vel caleamus, vel doleamus, vel eſuriamus, vel aliquid aliud tale: nihilo enim minus ea perferemus. Nam etiam propterea quod quippiam ignoratum ſit, caſtigant latores legum, ſi quis ſibi ipſe ſuæ inſcientiæ cauſa eſſe videatur: verbi gratia, in ebrios duplex pœna conſtituta eſt: principium enim in ipſis eſt; nam ſitum in eis erat, ne ebrii fierent: ebrietas autem cauſa inſcientiæ eſt. Præterea in eos, qui aliquid ignorant eorum, quæ legibus ſancita ſunt, quæ et ſcienda, neque cognitu difficilia ſint, animadvertunt: itemque fit in cæteris, quæ negligentia ſua videntur ignorare, cum liceat ipſis non ignorare: poterant

ἀγνοεῖν δοκοῦσιν, ὡς ἐπ' αὐτοῖς ὂν τὸ μὴ ἀγνοεῖν· τοῦ γὰρ ἐπιμεληθῆναι κύριοι. Ἀλλ' ἴσως τοιοῦτός τίς ἐστιν, ὥστε μὴ ἐπιμεληθῆναι· ἀλλὰ τοῦ τοιούτους γενέσθαι αὐτοὶ αἴτιοι, ζῶντες ἀνειμένως· καὶ τοῦ ἀδίκους ἢ ἀκολάστους εἶναι, οἱ μὲν κακουργοῦντες, οἱ δὲ ἐν πότοις καὶ τοῖς τοιούτοις διάγοντες· αἱ γὰρ περὶ ἕκαστα ἐνέργειαι τοιούτους ποιοῦσι. Τοῦτο δὲ δῆλον ἐκ τῶν μελετώντων πρὸς ἡντιναοῦν ἀγωνίαν ἢ πρᾶξιν· διατελοῦσι γὰρ ἐνεργοῦντες. Τὸ μὲν οὖν ἀγνοεῖν ὅτι ἐκ τοῦ ἐνεργεῖν περὶ ἕκαστα αἱ ἕξεις γίνονται, κομιδῇ ἀναισθήτου. Ἔτι δ' ἄλογον τὸν ἀδικοῦντα μὴ βούλεσθαι ἄδικον εἶναι, ἢ τὸν ἀκολασταίνοντα ἀκόλαστον. Εἰ δὲ μὴ ἀγνοῶν τις πράττει, ἐξ ὧν ἔσται ἄδικος, ἑκὼν ἄδικος ἂν εἴη· οὐ μὴν ἐάν γε βούληται, ἄδικος ὢν παύσεται, καὶ ἔσται δίκαιος· οὐδὲ γὰρ ὁ νοσῶν ὑγιής, καὶ εἰ οὕτως ἔτυχεν, [f] ἑκὼν νοσεῖ, ἀκρατῶς βιοτεύων, καὶ ἀπειθῶν τοῖς ἰατροῖς. Τότε μὲν οὖν ἐξῆν αὐτῷ μὴ νοσεῖν, προεμένῳ δὲ οὐκ

[f] Γρ. ἑκὼν ποιεῖ.

enim sibi, ut diligentiam adhiberent, imperare. Sed ejusmodi est aliquis fortasse, ut diligentiam adhibere non possit: verum cur tales extiterint, causam ipsi sustinent, quippe qui negligenter ac dissolute vivant: et cur injusti atque intemperantes sint, causa in ipsis consistit; utpote quorum alteri in maleficiis, alteri in compotationibus, et id genus nequitiis ætatem consumant: nam quales sunt in quaque re collocatæ actiones, tales eos, qui agunt, efficiunt. Quod ex iis perspicuum esse potest, qui se in quovis certamine, aut actione exercent: nunquam enim certare, atque agere intermittunt. Ignorare igitur e studiis et actionibus in quaque re positis habitus gigni, hominis est sensu fere carentis. Præterea hoc ipsum a ratione alienum est, eum, qui injuste alterum lædat, injustum, et qui intemperanter vivat, intemperantem effici nolle. Si quis igitur sciens eas res agat, quibus evadat injustus, sponte sua profecto efficiatur injustus: neque si velit tamen, esse definat injustus, et justus fit: nam ne æger quidem sanus ac validus fit, cum voluerit, etiamsi forte sponte sua ægrotet, quippe qui et incontinenter vivat, et medicorum præceptum consiliumque aspernetur. Tunc igitur ei integrum erat in morbum non incidere, at posteaquam sese

ἔτι· ὥσπερ οὐδ᾽ ἀφέντι λίθον, ἔτι αὐτὸν δυνατὸν ἀναλαβεῖν· ἀλλ᾽ ὅμως ἐπ᾽ αὐτῷ [g] τὸ βαλεῖν καὶ ῥίψαι· ἡ γὰρ ἀρχὴ ἐπ᾽ αὐτῷ· οὕτω δὲ καὶ τῷ ἀδίκῳ καὶ τῷ ἀκολάστῳ ἐξ ἀρχῆς μὲν ἐξῆν τοιούτοις μὴ γενέσθαι· διὸ ἑκόντες εἰσί· γενομένοις δὲ οὐκέτι ἔξεστι μὴ εἶναι. Οὐ μόνον δὲ αἱ τῆς ψυχῆς κακίαι ἑκούσιοί εἰσιν, ἀλλ᾽ ἐνίοις καὶ αἱ τοῦ σώματος, οἷς καὶ ἐπιτιμῶμεν· τοῖς μὲν γὰρ διὰ φύσιν αἰσχροῖς οὐδεὶς ἐπιτιμᾷ· τοῖς δὲ δι᾽ ἀγυμνασίαν, καὶ ἀμέλειαν. Ὁμοίως δὲ καὶ περὶ ἀσθένειαν, καὶ [h] αἶσχος, καὶ πήρωσιν· οὐδεὶς γὰρ ἂν ὀνειδίσειε τυφλῷ φύσει, ἢ ἐκ νόσου, ἢ ἐκ πληγῆς, ἀλλὰ μᾶλλον ἐλεήσαι· τῷ δ᾽ ἐξ οἰνοφλυγίας, ἢ ἄλλης ἀκολασίας, πᾶς ἂν ἐπιτιμήσαι. Τῶν δὴ περὶ τὸ σῶμα κακιῶν αἱ μὲν ἐφ᾽ ἡμῖν ἐπιτιμῶνται· αἱ δὲ μὴ ἐφ᾽ ἡμῖν, οὔ. Εἰ δ᾽ οὕτω, καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων αἱ ἐπιτιμώμεναι τῶν κακιῶν ἐφ᾽ ἡμῖν ἂν εἶεν. Εἰ δέ τις λέγοι ὅτι

[g] Λαβεῖν pro βαλεῖν NC. CCC. Cam. et Baſ. in margine. Vide Victorium.
[h] Αἶσχος non expreſſit Argyr. quod quidem ſuperfluum videtur.

effudit ac projecit, id jam deſiit eſſe integrum: quemadmodum nec is, qui lapidem miſit, retrahere eum jam poteſt: erat tamen in ejus poteſtate, lapidem e manu emittere et projicere; principium enim in ipſo eſt: ſic et injuſto atque intemperanti homini ab initio licebat talibus non eſſe: idcirco ſua voluntate tales ſunt: poſteaquam vero tales facti ſunt, non poſſunt non eſſe. Non ſolum autem animi vitia ſponte contrahuntur, ſed in nonnullis etiam corporis, quos etiam reprehendere ſolemus: nam qui ſunt deformes natura, eos reprehendit nemo; ſed eos demum, qui propterea quod exercitationes corporis prætermittunt, et valetudinem non curant, id mali contraxerunt. Similis eſt imbecillitatis, deformitatis, et debilitatis ratio: nemo enim cæcitatem ei, qui vel natura, vel morbo, vel ictu aliquo cæcus fit, probri loco objiciat, quin ejus miſereatur potius; ſed qui ex ebrioſitate, aut aliqua alia intemperantia cæcitatem contraxerit, eum nemo eſt qui non reprehenſione dignum duxerit. Quæ ergo vitia corporis in noſtra poteſtate ſunt, ea reprehenduntur: quæ non ſunt, non reprehenduntur. Quod ſi ita eſt, in cæteris quoque rebus omnibus ea, quæ reprehenduntur, vitia in noſtra poteſtate eſſe reperientur. Quod ſi quis dixerit, id quemque

If our habits are voluntary and at our own disposal, the phantasia of Virtue & Vice will be at all be voluntary —

πάντες ἐφίενται τοῦ φαινομένου ἀγαθοῦ, τῆς δὲ φαντασίας οὐ κύριοι, ἀλλ' ὁποῖός ποθ' ἕκαστός ἐστι, τοιοῦτο καὶ τὸ τέλος φαίνεται αὐτῷ· εἰ μὲν οὖν ἕκαστος ἑαυτῷ τῆς ἕξεώς ἐστί πως αἴτιος, καὶ τῆς [i] φαντασίας ἔσται πως αὐτὸς αἴτιος. Εἰ δὲ μηδεὶς αὐτῷ αἴτιος τοῦ [k] κακὰ ποιεῖν, ἀλλὰ δι' ἄγνοιαν τοῦ τέλους ταῦτα πράττει, διὰ τούτων οἰόμενος αὐτῷ τὸ ἄριστον ἔσεσθαι· ἡ δὲ τοῦ τέλους ἔφεσις οὐκ αὐθαίρετος, ἀλλὰ φῦναι δεῖ, ὥσπερ ὄψιν ἔχοντα, ᾗ κρινεῖ καλῶς, καὶ τὸ κατ' ἀλήθειαν ἀγαθὸν αἱρήσεται· καὶ ἔστιν εὐφυής, ᾧ τοῦτο καλῶς πέφυκε· τὸ γὰρ μέγιστον, καὶ κάλλιστον, καὶ ὃ παρ' ἑτέρου μὴ οἷόν τε λαβεῖν, μηδὲ μαθεῖν, ἀλλ' οἷον ἔφυ, τοιοῦτον ἕξει, καὶ τὸ εὖ καὶ τὸ καλῶς τοῦτο πεφυκέναι, ἡ τελεία καὶ ἀληθινὴ ἂν εἴη εὐφυΐα· εἰ δὴ ταῦτ' ἐστὶν ἀληθῆ, τί μᾶλλον ἡ ἀρετὴ τῆς κακίας ἔσται ἑκούσιον; ἀμφοῖν γὰρ ὁμοίως, τῷ ἀγαθῷ καὶ τῷ κακῷ,

[i] Cicero τὰ φαντάσματα *visa*, et τὴν φαντασίαν *visionem* appellat: quam distinctionem nos in his libris vertendis perpetuo servavimus. Nam Cicero quidem φαντασίαν nunc *visum*, nunc *visionem* nominat. *Lamb.* [k] Κακοποιεῖν El. et quidam codd. apud Camerarium.

expetere, quod sibi videatur bonum, verum non in cujusque potestate visionem esse sitam, sed qualis quisque sit, talem ei finem videri: immo vero si sibi quisque ingenerandi habitus quodammodo causa est, erit et visionis profecto sibi ipse quodammodo causa. Sin autem flagitii admittendi sibi causa est nemo, sed ignoratione finis in flagitio quisque versatur, existimans hoc genere vitæ se maximo bono potiturum: et si appetitionem finis nemo sibi suo arbitratu adoptare potest, sed ita natus quisque sit oportet, ut quasi aciem mentis habeat, qua et recte judicare, et id quod vere bonum est, sumere atque optare possit: et si is est bene informatus a natura, cui hoc naturæ beneficio bene constitutum est; (rem enim maximam et pulcherrimam, quamque ab alio neque consequi, neque discere possit, sed qualiscunque a natura facta est, talem obtinebit; eamque bene et pulchre a natura factam, et compositam esse, ea demum perfecta et vera fuerit naturæ bonitas:) si igitur hæc vera sunt, quamobrem virtus magis quam vitium nostra sponte ac voluntate suscipietur? utrique enim, et viro bono, et improbo homini, vel natura, vel quo-

τὸ τέλος φύσει, ἢ ὁπωσδήποτε φαίνεται καὶ κεῖται· τὰ δὲ λοιπὰ πρὸς τοῦτ' ἀναφέροντες, πράττουσιν ὁπωσδήποτε. Εἴτε δὴ τὸ τέλος μὴ φύσει ἑκάστῳ φαίνεται οἱονδήποτε, ἀλλά τι καὶ [l] παρ' αὐτῷ ἐστιν· εἴτε τὸ μὲν τέλος φυσικόν; [m] τῷ δὲ τὰ λοιπὰ πράττειν ἑκουσίως τὸν σπουδαῖον, ἡ ἀρετὴ ἑκούσιόν ἐστιν, οὐθὲν ἧττον καὶ ἡ κακία ἑκούσιον ἂν εἴη· ὁμοίως γὰρ καὶ τῷ κακῷ ὑπάρχει τὸ [n] δι' αὐτὸν ἐν ταῖς πράξεσι, [o] καὶ εἰ μὴ ἐν τῷ τέλει. Εἰ οὖν, ὥσπερ λέγεται, ἑκούσιοί εἰσιν αἱ ἀρεταί· καὶ γὰρ τῶν ἕξεων συναίτιοί πως αὐτοί ἐσμεν, καὶ τῷ ποιοί τινες εἶναι, τὸ τέλος τοιόνδε τιθέμεθα· καὶ αἱ κακίαι ἑκούσιοι ἂν εἶεν· ὁμοίως γάρ. Κοινῇ μὲν οὖν περὶ τῶν ἀρετῶν [p] εἴρηται ἡμῖν, τό, τε γένος τύπῳ, ὅτι μεσότητές εἰσιν, καὶ ὅτι ἕξεις, ὑφ' ὧν τε γίνονται, καὶ ὅτι τούτων πρακτικαί, καὶ καθ' αὑτάς, καὶ ὅτι ἐφ' ἡμῖν, καὶ ἑκούσιοι, καὶ οὕτως ὡς ἂν ὁ ὀρθὸς λόγος προστάξῃ.

[l] Παρ' αὐτὸ Aurel. et alii: quidam codex apud Lamb. παρ' αὐτοῦ. Vide Lamb.
[m] Ita El. Aurel. Cam. et Baſ. alii vero τὸ δέ. [n] Δι' αὐτὸ Ven. 2. Cam. et Baſ.
[o] Καὶ ἐν τῷ τέλει Baſ. Vet. Interp. Euſtrat. et El. hujus tamen inter lineas εἰ μὴ ſcribitur altera manu. Quidam εἰ μὴ ἐν τῷ τέλει, ut in marg. Baſ. alii vero, ut teſtatur Camer. καὶ μὴ ἐν τῷ τέλει. [p] Εἴρηται ἡμῖν τοῦθ' ὡς ἐν τύπῳ El. in marg. vero γρ. ſicut edidimus.

libet alio modo, finis et videtur, et poſitus eſt: reliqua vero omnia ad hunc referentes agunt, quoquo modo agant. Sive igitur finis, qualiſcunque ille ſit, non videtur unicuique natura, ſed aliquid etiam eſt penes eum, qui agit: ſive, ut finis naturalis ſit, eo tamen quod vir bonus reliquas res ſua ſponte gerit, virtus ſponte ſuſcipitur, nihilominus profecto vitium quoque ſponte contrahetur: æque enim in homine malo, ut in bono viro, ineſt hoc, ut per ſe agere poſſit, etiamſi minus inſit, ut finem per ſe videre poſſit. Si igitur, quemadmodum dicimus, virtutes ſponte noſtra comparantur (etenim habituum cauſas ipſi adjuvamus, ex eoque quod ſic, vel ſic affecti ſumus, talem nobis finem proponimus) profecto vitia quoque ſponte noſtra contrahentur: ſimilis enim utrorumque ratio eſt. Ac de virtutibus quidem univerſe a nobis dictum eſt, earumque genus rudi quadam imagine informatum atque adumbratum eſt, nimirum eſſe mediocritates, et habitus, et a quibus rebus gignuntur ii habitus, etiam ad eas res agendas valere, idque per ſe, et eſſe in nobis ſitos, et noſtra

Οὐχ ὁμοίως δὲ αἱ πράξεις ἑκέσιοί εἰσι, καὶ αἱ ἕξεις· τ̃ μὲν γὰρ πράξεων ἀπ' ἀρχῆς μέχρι τέλες κύριοί ἐσμεν, εἰδότες τὰ καθ' ἕκαςα· τῶν ἕξεων δὲ τῆς ἀρχῆς· τῶν καθ' ἕκαςα δὲ ἡ πρόσθεσις οὐ γνώριμος, ὥσπερ ἐπὶ τῶν ἀῤῥωςιῶν· ἀλλ' ὅτι ἐφ' ἡμῖν ἦν ὅτως ἢ μὴ ὅτω χρήσασθαι, διὰ τῦτο ἑκέσιοι. Ἀναλαβόντες δὴ περὶ ἑκάςης εἴπωμεν, τίνες εἰσὶ, καὶ περὶ [q] ποῖα, καὶ πῶς· ἅμα δ' ἔςαι δῆλον καὶ πόσαι εἰσί. Καὶ πρῶτον περὶ ἀνδρίας.

ΚΕΦ. ϛʹ.

ΟΤΙ μὲν οὖν μεσότης ἐςὶ περὶ φόβες καὶ θάῤῥη, [r] ἤδη καὶ πρότερον εἴρηται. Φοβέμεθα δὲ δηλονότι τὰ φοβερά· ταῦτα δ' ἐςὶν, [s] ὡς ἁπλῶς εἰπεῖν, κακά· διὸ καὶ τὸν φόβον ὁρίζονται προσδοκίαν κακῦ. [1] Φοβέμεθα ὖν πάντα τὰ κακά· οἷον ἀδοξίαν, πενίαν, νόσον, ἀφιλίαν, θάνατον. Ἀλλ' οὐ περὶ

[q] Καὶ ποῖαι ϗ πῶς Baſ. Ven. 1. et 2. [r] Ἤδη φανερὸν γεγένηται. φοβ. El. et Argyr. φανερὸν γὰρ γεγένηται, quæ poſt εἴρηται ſcribuntur in Ven. 1. 2. et Baſ. proculdubio abundant. [s] Ὡς εἰπεῖν, ἁπλῶς κακὰ El. cujus in margine annotatur ſcribi etiam ut edidimus. [1] Vide Magn. Moral. lib. i. cap. 21. et Eud. lib. iii. cap. 1.

ſponte ſuſcipi, et ita, ut recta ratio præſcripſerit. Sed aliter actiones noſtra voluntate ſuſcipi dicuntur, aliter habitus: actionum enim a principio ad extremum domini ſumus, cum rerum ſingularium cognitionem habemus; habituum vero principium duntaxat in noſtra poteſtate eſt: at rerum ſingularium acceſſio nota non eſt, ut in morbis evenit: verum quia ſic, aliterve tractare res ſingulares nobis licebat, idcirco habitus noſtra ſponte ſuſcipi dicuntur. De ſingulis igitur virtutibus diſputationem a capite repetitam ordiamur, quæ ſint, et qualibus in rebus verſentur, et quomodo ſint virtutes: eodem vero negotio, quot ſint numero virtutes, planum fiet. Ac primum de fortitudine dicamus.

CAP. VI.

FORTITUDINEM igitur eſſe mediocritatem, quæ in formidine et fiducia vertitur, jam antea diximus. Timemus autem nimirum ea omnia, quæ exterrent; quæ uno verbo mala ſunt: itaque et metum definiunt mali exſpectationem. Ea igitur metuimus omnia, quæ mala ſunt: ut infamiam, paupertatem, morbum, ſolitudinem, vitamque ſine amicis, mortem. Non tamen videtur in his

cast may be in some relation to the brave
an; for they are both devoid of fear.

πάντα δοκεῖ ὁ ἀνδρεῖος εἶναι· ἔνια γὰρ καὶ δεῖ φοβεῖσθαι, καὶ καλόν· τὸ δὲ μὴ, αἰσχρὸν, οἷον ἀδοξίαν· ὁ μὲν γὰρ φοβούμενος, ἐπιεικὴς, καὶ αἰδήμων· ὁ δὲ μὴ φοβούμενος, ἀναίσχυντος. Λέγεται δὲ ὑπό τινων ἀνδρεῖος, κατὰ μεταφοράν· ἔχει γὰρ ὅμοιόν τι τῷ ἀνδρείῳ· ἄφοβος γάρ τις καὶ ὁ ἀνδρεῖος. Πενίαν δ᾽ ἴσως οὐ [t] δεῖ φοβεῖσθαι, οὐδὲ νόσον, οὐδ᾽ ὅλως ὅσα μὴ ἀπὸ κακίας, μηδὲ δι᾽ αὑτόν· ἀλλ᾽ οὐδ᾽ ὁ περὶ ταῦτα ἄφοβος, ἀνδρεῖος. Λέγομεν δὲ καὶ τοῦτον καθ᾽ ὁμοιότητα· ἔνιοι γὰρ ἐν τοῖς πολεμικοῖς κινδύνοις δειλοὶ ὄντες, ἐλευθέριοί εἰσι, καὶ πρὸς χρημάτων ἀποβολὴν εὐθαρσῶς ἔχουσιν. Οὐδὲ δὴ εἴ τις ὕβριν περὶ παῖδας καὶ γυναῖκα φοβεῖται, ἢ φθόνον, ἤ τι τῶν τοιούτων, δειλός ἐστιν· οὐδ᾽ εἰ θαῤῥεῖ, μέλλων μαστιγοῦσθαι, ἀνδρεῖος. Περὶ ποῖα οὖν τῶν φοβερῶν ὁ ἀνδρεῖος; ἢ περὶ τὰ μέγιστα; οὐθεὶς γὰρ ὑπομενετικώτερος τῶν δεινῶν. [u] Φοβερώ-

has a clear sense of Propriety & Shame.

objects of fear

[t] Φοβητέον pro δεῖ φοβεῖσθαι habet El.

[u] Natura nihil eſt tam terribile quam mors: etenim, ut ait Theocritus,

Ἐλπίδες ἐν ζωοῖσιν, ἀνέλπιστοι δὲ θανόντες.

Itaque Euripides,

Κακῶς ζῆν κρεῖσσον, ἢ θανεῖν καλῶς.

omnibus vir fortis verſari: aliqua enim ſunt pertimeſcenda, eaque et pertimeſcere honeſtum; et contemnere turpe eſt, ut infamiam: nam qui eam metuit, is et probus eſt, et pudens; qui vero non metuit, impudens. Sed is a nonnullis fortis appellatur, ex quadam tranſlatione ſermonis; quoniam quiddam habet forti ſimile: ab omni enim metu liber et ſolutus eſt etiam vir fortis. Paupertatem vero pertimeſcere fortaſſe non oportet, neque morbum, neque ea omnia, ut ſemel dicam, quæ neque a vitio naſcuntur, neque culpa noſtra contrahuntur: ſed neque is, qui in his ſe a metu vacuum præſtiterit, fortis eſt dicendus. Fortem tamen hunc quoque ex ſimilitudine dicimus: nonnulli enim cum in belli periculis timidi ſint, atque ignavi, liberales ſunt tamen, et in pecunia amittenda fidenti ac præſenti ſunt animo. Neque vero ſiquis contumeliam in liberos et uxorem extimeſcit, vel invidiam, vel aliquid ejus generis, timidus eſt: neque fortis is, qui animo confidit tum, cum ſe flagellis verberatum iri videat. Quibus ergo in rebus formidoloſis vir fortis cernitur? nonne in maximis? nec enim quiſquam res horribiles et aſperas patientius tolerat. Omnium autem rerum nihil

τατον δ' ὁ θάνατος· ˣπέρας γάρ· καὶ οὐδὲν ἔτι τῷ τεθνεῶτι δοκεῖ, οὔτε ἀγαθὸν, οὔτε κακὸν εἶναι. Δόξειε δ' ἂν οὐδὲ περὶ θάνατον τὸν ἐν παντὶ ὁ ἀνδρεῖος εἶναι· οἷον εἰ ἐν θαλάττῃ, ἢ ἐν νόσοις. Ἐν τίσιν οὖν; ἢ ἐν τοῖς καλλίστοις; τοιοῦτοι δὲ οἱ ἐν πολέμῳ· ἐν μεγίστῳ γὰρ καὶ καλλίστῳ κινδύνῳ. Ὁμόλογοι δὲ τούτοις εἰσὶ καὶ αἱ τιμαὶ αἱ ἐν ταῖς πόλεσι, καὶ παρὰ τοῖς μονάρχοις. Κυρίως δὴ λέγοιτ' ἂν ἀνδρεῖος, ὁ περὶ τὸν καλὸν θάνατον ἀδεὴς, καὶ ὅσα θάνατον ἐπιφέρει ὑπόγυια ὄντα· τοιαῦτα δὲ μάλιστα τὰ κατὰ πόλεμον. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ἐν θαλάττῃ καὶ ἐν νόσοις ἀδεὴς ὁ ἀνδρεῖος· οὐχ οὕτω δὲ ὡς οἱ θαλάττιοι· οἱ μὲν γὰρ ἀπεγνώκασι τὴν σωτηρίαν, καὶ τὸν θάνατον τὸν τοιοῦτον δυσχεραίνουσιν· οἱ δὲ εὐέλπιδές εἰσι παρὰ τὴν ἐμπειρίαν· ἅμα δὲ καὶ ἀνδρίζονται ἐν οἷς ἐστιν ἡ ἀλκὴ, ἢ καλὸν τὸ ἀποθανεῖν· ἐν ταῖς τοιαύταις δὲ φθοραῖς οὐθέτερον ὑπάρχει.

Quod tamen ex vulgi ſententia, non ex veritate dictum eſt : nam qui vitæ nimium cupidi ſunt, merito vituperantur. *Muret.* ˣ Hoc magis de vulgarium, quam de Ariſtotelis ipſius ſententia dictum eſt. Ipſe enim audierat eum magiſtrum, ex quo hæc Cicero expreſſit : *Immo vero hi vivunt, qui ex corporum vinculis, tanquam e carcere evolaverunt : veſtra vero, quæ dicitur vita, mors eſt.* Muret.

horribilius morte eſt : nam omnium rerum eſt extremum : nihilque reliquum eſſe mortuo videtur, neque bonum, neque malum. Sed non in omni mortis genere vir fortis cernitur ; ut ſi quis vel in mari naufragio pereat, vel morbis conficiatur. In quonam igitur ? nonne in eo, quod pulcherrimum eſt ? at tale eſt id, quod in bello oppetitur : in maximo enim et pulcherrimo periculo mors oppetitur. Teſtantur et comprobant hæc, quæ dicimus, honores ii, qui et in liberis civitatibus, et apud reges, eis, qui in bello ceciderunt, decernuntur. Quocirca fortis proprie dici poſſit is, qui nec morte honeſta, nec iis impendentibus atque inſtantibus, quæ mortem afferunt, perterretur : cujuſmodi ſunt ea maxime, quæ in bello accidunt. Veruntamen tum in mari, tum in morbis vir fortis vacuus eſt ille quidem a metu : ſed non ut nautæ : fortes enim cum de ſalute ſua deſperant, tum genus hoc mortis ægre ferunt : nautas uſus et experientia confirmavit, beneque ſperare docuit : ſimulque illi fortem animum præſtant iis in rebus, in quibus aut viribus opus eſt, aut excedére de vita eſt honeſtum : quorum neutrum in his generibus interitus reperitur.

ΚΕΦ. ζ'.

Τὸ δὲ φοβερὸν οὐ πᾶσι μὲν τὸ αὐτό· λέγομεν δέ τι [y] καὶ ὑπὲρ ἄνθρωπον· τοῦτο [z] μὲν οὖν παντὶ φοβερὸν τῷ νοῦν ἔχοντι. Τὰ δὲ κατ' ἄνθρωπον διαφέρει μεγέθει, καὶ τῷ μᾶλλον καὶ τῷ ἧττον· ὁμοίως δὲ καὶ τὰ θαῤῥαλέα. Ὁ δὲ ἀνδρεῖος, ἀνέκπληκτος ὡς ἄνθρωπος· φοβήσεται μὲν οὖν καὶ τὰ τοιαῦτα· ὡς δεῖ δὲ, καὶ ὡς ὁ λόγος, ὑπομενεῖ, τοῦ καλοῦ ἕνεκα· τοῦτο γὰρ τέλος τῆς ἀρετῆς. Ἔστι δὲ μᾶλλον καὶ ἧττον ταῦτα φοβεῖσθαι, καὶ ἔτι τὰ μὴ φοβερὰ ὡς τοιαῦτα φοβεῖσθαι. Γίνεται δὲ τῶν ἁμαρτιῶν, ἡ μὲν [a] ὅτι οὐ δεῖ, ἡ δὲ, ὅτι οὐχ ὡς δεῖ, ἡ δὲ, ὅτι οὐχ ὅτε, ἤ τι τῶν τοιούτων· ὁμοίως δὲ καὶ περὶ τὰ θαῤῥαλέα. Ὁ μὲν οὖν ἃ δεῖ, καὶ οὗ ἕνεκα, ὑπομένων καὶ φοβούμενος, καὶ ὡς δεῖ, καὶ ὅτε, ὁμοίως δὲ καὶ θαῤῥῶν, ἀνδρεῖος· [b] κατ' ἀξίαν γὰρ, καὶ ὡς ἂν ὁ λόγος, πάσχει καὶ πράττει

[y] Καὶ abeſt a quibuſdam codd.

[z] Hujuſmodi ſunt fulmina violenta, terræmotus, et maris exundationes.

[a] Ὅτι οὗ οὐ δεῖ legendum eſſe cenſet Gruchius.

[b] Καθ' ἕξιν Argyr. et Baſ. in marg.

CAP. VII.

HORRIBILE autem non omnibus unum et idem eſt: eſtque aliquid, quod hominis conſtantiam ſuperat, quod omnibus, qui ſanæ mentis ſunt, terrorem injicit. Quæ autem homini tolerabilia ſunt, ea magnitudine differunt, eoque quod alia aliis terribiliora ſunt, alia leviora: itemque ea, quæ fiduciam afferunt. Vir autem fortis imperterritus, atque impavidus eſt, ut homo: proinde hæc talia quoque pertimeſcet: ſed ita, ut oportet, et ut ratio poſtulat, ſubibit ac perferet honeſti cauſa: hic enim virtutis finis eſt. Fieri autem poteſt, ut hæc quis et magis, et minus, quam debet, extimeſcat, et præterea ut quæ non ſunt formidoloſa, perinde ac ſi talia ſint, metuat. Peccata autem committuntur alia quod id agitur quod non oportet; alia quod non ut oportet; alia quod non quo tempore oportet; aut aliquid hujuſmodi: idem et de iis, quæ fiduciam afferunt, ſentiendum. Qui igitur ea, quæ oportet, et cujus rei cauſa oportet, et ut oportet perfert et metuit, fortis eſt; itemque et qui confidit: nam pro rei dignitate, et quo tempore par eſt, et ut ratio poſtulat, patitur et agit vir fortis. Omnis autem a-

ὁ ἀνδρεῖος. Τέλος δὲ πάσης ἐνεργείας ἐστὶ τὸ κατὰ τὴν ἕξιν· καὶ τῷ ἀνδρείῳ δὲ ἡ ἀνδρία καλόν· τοιοῦτον δὲ καὶ τὸ τέλος· ὁρίζεται γὰρ ἕκαστον τῷ τέλει. Καλοῦ δὴ ἕνεκα ὁ ἀνδρεῖος ὑπομένει καὶ πράττει τὰ κατὰ τὴν ἀνδρίαν. Τῶν δὲ ὑπερβαλλόντων, ὁ μὲν τῇ ἀφοβίᾳ, ἀνώνυμος· εἴρηται δ' ἡμῖν ἐν τοῖς πρότερον, ὅτι πολλά ἐστιν ἀνώνυμα· εἴη δ' ἄν τις μαινόμενος ἢ ἀνάλγητος, εἰ μηθὲν φοβοῖτο, μήτε σεισμὸν, μήτε τὰ κύματα, καθάπερ φασὶ τοὺς [c] Κελτούς· ὁ δὲ τῷ θαῤῥεῖν ὑπερβάλλων περὶ τὰ φοβερὰ, θρασύς· δοκεῖ δὲ καὶ ἀλαζὼν εἶναι ὁ θρασὺς καὶ προσποιητικὸς ἀνδρίας. Ὡς οὖν ἐκεῖνος περὶ τὰ φοβερὰ ἔχει, οὕτως οὗτος βούλεται φαίνεσθαι· ἐν οἷς οὖν δύναται, μιμεῖται. Διὸ καί εἰσιν οἱ πολλοὶ αὐτῶν θρασύδειλοι· ἐν τούτοις γὰρ θρασυνόμενοι, τὰ φοβερὰ οὐχ ὑπομένουσιν. Ὁ δὲ τῷ φοβεῖσθαι ὑπερβάλλων, δειλός· καὶ γὰρ ἃ μὴ δεῖ, καὶ ὡς οὐ δεῖ, καὶ πάντα τὰ τοιαῦτα ἀκολουθεῖ αὐτῷ· ἐλλείπει

[c] Hi Alexandro Magno dicebant ſe id unum timere ne cœlum rueret, teſte Strabone, et Arriano. Eud. lib. iii. cap. 1. Ariſtoteles de iis hæc habet: Οἱ Κελτοὶ πρὸς τὰ κύματα ὅπλα ἀπαντῶσι λαβόντες. Vide Plutarchum et Ælian. lib. xii. de Varia Hiſtoria. cap. 23. et notas Perizonii.

ctionis finis eſt id, quod habitui convenit: at viro forti fortitudo honeſtum quiddam eſt: talis igitur eſt et finis; ſuo enim quidque fine definitur ac terminatur. Honeſti igitur cauſa vir fortis et ſuffert, et agit omnia, quæ fortitudini conſentanea ſunt. Ex iis autem, qui modum ſuperant, is, qui metus vacuitate ſuperat, caret nomine: eſſe autem multa, quibus impoſita nomina non eſſent, ſupra diximus: ſed appellari poterit vel inſanus quidam, vel doloris omnis expers, ſi nihil metuat, neque terræmotum, neque procellas, quales aiunt eſſe Celtas: qui autem in eo modum ſuperat, quod in rebus formidoloſis præfidat, audax eſt: atque audax etiam arrogans eſſe, ſibique fortitudinis laudem ſumere videtur. Itaque quo ille animo eſt in rebus formidoloſis, eodem vult hic videri: quibuſcunque igitur rebus poteſt, eum imitatur. Ita fit etiam, ut plerique eorum timiditatem habeant cum audacia conjunctam: nam cum in his ſe jactent, audaciamque oſtentent, res formidoloſas tamen non perferunt. At qui metuendo modum ſuperat, is ignavus timiduſque nominatur: nam et quæ metuenda non ſunt, et quemadmodum non ſunt, me-

δὲ καὶ τῷ θαῤῥεῖν· ἀλλ' ἐν ταῖς λύπαις ὑπερβάλλων, μᾶλλον καταφανής ἐστι. Δύσελπις δή τις ὁ δειλός· πάντα γὰρ φοβεῖται· ὁ δὲ ἀνδρεῖος ἐναντίος· τὸ γὰρ θαῤῥεῖν, εὐέλπιδος. [d]Περὶ ταῦτα μὲν [e]οὖν ἐστιν, ὅ, τε δειλὸς, καὶ ὁ θρασὺς, καὶ ὁ ἀνδρεῖος· διαφόρως δ' ἔχουσι πρὸς αὐτά· οἱ μὲν γὰρ ὑπερβάλλουσι καὶ ἐλλείπουσιν· ὁ δὲ μέσως ἔχει, καὶ ὡς δεῖ· καὶ οἱ μὲν θρασεῖς, προπετεῖς, καὶ βουλόμενοι [f]πρὸ τῶν κινδύνων, ἐν αὐτοῖς ἀφίστανται· οἱ δ' ἀνδρεῖοι, ἐν τοῖς ἔργοις ὀξεῖς, πρότερον δ' ἡσύχιοι. Καθάπερ οὖν εἴρηται, ἡ ἀνδρία μεσότης ἐστὶ περὶ θαῤῥαλέα καὶ φοβερὰ, ἐν οἷς εἴρηται· καὶ ὅτι καλὸν, αἱρεῖται καὶ ὑπομένει, ἢ ὅτι αἰσχρὸν, τὸ μή. [g]Τὸ δ' ἀποθνή-

[d] Περὶ ταυτὰ, *in iisdem.* Mur. et Lamb. [e] Οὖν deest El. [f] Πρὸ τῶν κινδύνων κινδυνεύειν, ἐν αὐτ. Ven. 1. 2. et Bas. [g] Οὐδ' οἱ φεύγοντες τὸ πονεῖν ὅπερ πολλοὶ ποιοῦσιν, οὐδὲ τῶν τοιούτων οὐδεὶς ἀνδρεῖος, καθάπερ καὶ Ἀγάθων φησὶ,

Φαῦλοι βροτῶν γὰρ, τοῦ πονεῖν ἡσσώμενοι,
Θανεῖν ἐρῶσι. Eud. lib. iii. cap. 1.

Idem venuste expressit Euripides ἐν Ἡρακλεῖ μαινομένῳ, his versibus:

Ταῖς συμφοραῖς γὰρ ὅστις οὐχ ὑφίσταται,
Οὐδ' ἀνδρὸς ἂν δύναιθ' ὑποστῆναι βέλος.

Vide Muret. Variarum Lect. lib. iv. cap. 2. et August. De Civitate Dei lib. i.

Χρὴ πενίην φεύγοντα καὶ εἰς μεγακήτεα πόντον
Ῥίπτειν, καὶ πετρῶν, Κύρνε, κατ' ἠλιβάτων. Theogn. ver. 175.

tuit; omniaque ejusdem generis eum comitantur: confidendo quoque modum deserit: sed cum in doloribus ac molestiis modum superat, magis sese indicat ac prodit. Ab omni igitur fere spe derelictus est ignavus; omnia enim pertimescit: fortis vero contra; hominis est enim bona spe freti, beneque sperantis, confidere. In his igitur rebus timidus, audax, et fortis versantur: sed non eodem modo in eas affecti sunt: illi enim modum transeunt, ac deserunt; hic mediocritatem servat, seseque in his ita, ut debet, gerit: atque audaces sane praeproperi sunt, ac praecipites, periculumque, antequam in periculo versentur, adire volunt; in ipso autem periculo sunt tardiores, et a sententia desistunt: at viri fortes in factis ipsis acres sunt, et celeres; ante facta, sedati et quieti. Quemadmodum igitur diximus, fortitudo mediocritas est, quae versatur cum in eis, quae fiducia complent animos, tum in iis, quae terrorem afferunt, non omnibus, sed iis, quae supra diximus: eaque sumit, ac perfert, vel quia perferre honestum, vel quia non perferre turpe est. Sibi autem ipsum

σκειν, φεύγοντα πενίαν, ἢ ἔρωτα, ἤ τι λυπηρὸν, οὐκ ἀνδρείου, ἀλλὰ μᾶλλον δειλοῦ· μαλακία γὰρ τὸ φεύγειν τὰ ἐπίπονα· καὶ οὐχ ὅτι καλὸν, ὑπομένει, ἀλλὰ φεύγων κακόν. Ἔςι μὲν οὖν ἡ ἀνδρία τοιοῦτόν τι.

ΚΕΦ. η'.

ΛΕΓΟΝΤΑΙ δὲ καὶ ἕτεραι κατὰ πέντε τρόπους· πρῶτον μὲν ἡ πολιτική· μάλιςα γὰρ ἔοικε· δοκοῦσι γὰρ ὑπομένειν τοὺς κινδύνους οἱ πολῖται, διὰ τὰ ἐκ τῶν νόμων ἐπιτίμια, καὶ τὰ ὀνείδη, καὶ διὰ τὰς τιμάς. Καὶ διὰ τοῦτο ἀνδρειότατοι δοκοῦσιν εἶναι, παρ' οἷς οἱ δειλοὶ ἄτιμοι, οἱ δὲ ἀνδρεῖοι ἔντιμοι· τοιούτους δὲ καὶ Ὅμηρος ποιεῖ, οἷον τὸν Διομήδην καὶ τὸν Ἕκτορα·

[h]Πουλυδάμας μοι πρῶτος ἐλεγχείην ἀναθήσει.

Καὶ Διομήδης·

[i]Ἕκτωρ γάρ ποτε φήσει, ἐνὶ Τρώεσσ' ἀγορεύων,

[h] Priamus et Hecuba filium ſuum Hectorem precibus ſollicitant ne cum Achille congrediatur, ſed in urbem ſe recipiat, ibique Trojanos protegat: at Hector, quid optimum factu ſit, ſecum deliberans, inquit:

Ὤ μοι ἐγὼν, εἰ μέν κε πύλας καὶ τείχεα δύω,
Πουλυδάμας μοι πρῶτος ἐλεγχείην ἀναθήσει. Iliad. χ'. ver. 99.

[i] Neſtor Diomedem ut fugiat hortatur, quod Hectori divino impetu pugnanti

mortem conſciſcere, fugientem vel paupertatem, vel amorem, vel ægritudinem aliquam, non eſt viri fortis, ſed ignavi potius; mollis enim animi eſt res ærumnoſas et laborioſas fugere: at ille non ob id quod honeſtum ſit, ſed quod malum fugere ſtudeat, mortem ſubit ac perfert. Ac fortitudo quidem talis quædam res eſt.

CAP. VIII.

EJUS autem et alii quinque modi feruntur: quorum primus eſt ejus, quæ civilis appellatur; ad illam enim, quæ vere et proprie fortitudo eſt, proxime videtur accedere: videntur enim cives pericula ſubire, cum legitimis pœnis atque ignominiis compulſi, tum honoribus ac præmiis invitati. Atque ob eam cauſam apud eos maxime viri fortiſſimi reperiuntur, apud quos et infamia notantur ignavi, et honore afficiuntur viri fortes: ac tales quidem facit Homerus, verbi gratia, Diomedem et Hectorem:

Primus Polydamas turpi me labe notabit.

Et Diomedes:

Namque Hector Trojana inter ſic agmina dicet,

Τυδείδης ὑπ' ἐμεῖο.—φοβουμενος ἵκετο νηας.

Ὡμοίωται δ' αὕτη μάλιστα τῇ πρότερον εἰρημένῃ, ὅτι δι' ἀρετὴν γίνεται· [1]δι' αἰδῶ γὰρ, καὶ διὰ καλοῦ ὄρεξιν, τιμῆς γὰρ, καὶ φυγὴν ὀνείδους, αἰσχροῦ ὄντος. Τάξαι δ' ἄν τις καὶ τοὺς ὑπὸ τῶν ἀρχόντων ἀναγκαζομένους εἰς ταὐτό· χείρους δ', ὅσῳ οὐ δι' αἰδῶ, ἀλλὰ διὰ φόβον αὐτὸ δρῶσι, καὶ φεύγοντες, οὐ τὸ αἰσχρὸν, ἀλλὰ τὸ λυπηρόν· ἀναγκάζουσι γὰρ οἱ κύριοι, ὥσπερ ὁ [k]Ἕκτωρ·

Ὃν δέ κ' ἐγὼν ἀπάνευθε μάχης πλώσσοντα νοήσω,
Οὔ οἱ ἄρκιον ἐσσεῖται φυγέειν κύνας·—

καὶ οἱ [l]προστάττοντες, κἂν ἀναχωρῶσι, τύπτοντες. Τὸ αὐτὸ

nemo resistere posse videretur: at Diomedes id se facturum negat, ne de eo aliquando Hector gloriaretur:

Ἕκτωρ γάρ ποτε φήσει, ἐνὶ Τρώεσσ' ἀγορεύων,
Τυδείδης ὑπ' ἐμεῖο φοβεύμενος ἵκετο νῆας.
Ὥς ποτ' ἀπειλήσει· τότε μοι χάνοι εὐρεῖα χθών. Iliad. θ'. ver. 148.

Secundum versum integrum ponunt Cam. et Argyr. [1] Vide lib. iv. sub finem.

[k] Iliad. β'. ver. 391. Agamemnon (non Hector) Græcos sic alloquitur:

Ὃν δέ κ' ἐγὼν ἀπάνευθε μάχης ἐθέλοντα νοήσω
Μιμνάζειν παρὰ νηυσὶ κορωνίσιν, οὔ οἱ ἔπειτα
Ἄρκιον ἐσσεῖται φυγέειν κύνας ἠδ' οἰωνούς.

At Iliad. ο'. ver. 348. Hector Trojanos aliis verbis, eodem tamen sensu, affatur:

Ὃν δ' ἂν ἐγὼν ἀπάνευθε νεῶν ἑτέρωθι νοήσω,
Αὐτοῦ οἱ θάνατον μητίσομαι, οὐδέ νυ τόν γε
Γνωτοί τε γνωταί τε πυρὸς λελάχωσι θανόντα,
Ἀλλὰ κύνες ἐρύουσι πρὸ ἄστεος ἡμετέροιο.

Vel igitur est erratum μνημονικόν: vel, ut annotavit Sylburgius, librarii, cum a philosopho initium duntaxat Homerici loci citatum esset, ex Iliad. β'. sumpserunt, quod sumere debebant ex Iliad. ο'. Solere autem hemistichia etiam imperfecta sæpe citari, satis arguit paulo ante Τυδείδης ὑπ' ἐμεῖο. Sic infra initio lib. viii. Σύν τε δύ' ἐρχομένω, et similia. [l] Γρ. προτάττοντες.

Tydides a me.—

Hæc autem similis videtur ei quæ primo loco a nobis posita est, quoniam ejus effectrix virtus est: pudor enim, et honesti appetitio, videlicet honoris, et dedecoris, quod turpe est, fuga, eam efficiunt. Eundem autem in numerum referre licet eos, qui ab iis, quorum sub imperio sunt, fortes esse coguntur; sed hi eo sunt illis deteriores, quod non pudore adducti, sed metu coacti id faciunt, nec eo quod turpitudinem, sed quod dolorem fugiant: cogunt enim ii, penes quos est potestas, ut Hector:

Quem procul a pugna sese subducere cernam,
Non tamen hic avium atque canum minus esca jacebit:

cogunt etiam ii, qui ordines ducunt, et si retrocedant illi, verberant. Idem faciunt et

δρῶσι καὶ [m] οἱ πρὸ τῶν [n] τάφρων καὶ τῶν τοιούτων [o] παρατάττοντες· πάντες γὰρ [p] ἀναγκάζουσι· δεῖ δ' οὐ δι' ἀνάγκην ἀνδρεῖον εἶναι, ἀλλ' ὅτι καλόν. Δοκεῖ δὲ καὶ ἡ ἐμπειρία ἡ περὶ ἕκαστα, ἀνδρία τις εἶναι· ὅθεν καὶ ὁ [I] Σωκράτης ᾠήθη ἐπιστήμην εἶναι τὴν ἀνδρίαν. Τοιοῦτοι δὲ ἄλλοι μὲν ἐν ἄλλοις· ἐν τοῖς πολεμικοῖς δ' οἱ στρατιῶται· δοκεῖ γὰρ εἶναι πολλὰ [q] κενὰ τοῦ πολέμου, ἃ μάλιστα συνεωράκασιν οὗτοι. Φαίνονται δὴ ἀνδρεῖοι, ὅτι οὐκ ἴσασιν οἱ ἄλλοι [r] οἷά ἐστιν· εἶτα ποιῆσαι καὶ μὴ παθεῖν μάλιστα δύνανται ἐκ τῆς ἐμπειρίας, καὶ φυλάξασθαι, καὶ πατάξαι, δυνάμενοι χρῆσθαι τοῖς ὅπλοις, καὶ τοιαῦτα ἔχοντες, ὁποῖα ἂν εἴη καὶ πρὸς τὸ ποιῆσαι, καὶ πρὸς τὸ μὴ παθεῖν, κράτιστα. Ὥσπερ οὖν ἀνόπλοις ὡπλισμένοι μάχονται, καὶ ἀθληταὶ ἰδιώταις· καὶ γὰρ ἐν τοῖς τοιούτοις ἀγῶσιν

[m] Sic Lacedæmonii, qui contra Meffenios pugnaturi, caftra ita pofuerunt, ut a fronte hoftem, a tergo foffam haberent, ne ullus fugæ locus effet. Vide Euftrat. [n] Γρ. τειχῶν. Vet. Interp. utrumque habet. [o] Γρ. προτάττοντες. Vide Lamb. [p] Κἂν μὴ παρῶσι δὲ οἱ στρατηγοὶ τῇ παρατάξει, καὶ ἀναγκάζωσι τοὺς στρατιώτας τοὺς κινδύνους καρτερεῖν, ἀλλὰ φόβον αὐτοῖς ἐνθέντες, δι' ὧν πολλάκις ἐτύπησαν λιπόντες τὴν τάξιν, τὸ αὐτὸ δρῶσι· καὶ οὕτω δι' ἀνάγκην ἀνδρεῖοι δοκοῦσιν εἶναι. *Andr.* [I] Vide Platonem in Lachete et Protagora. [q] Καινὰ El. et C C C. (in eorum vero marg. γρ. κενὰ) Ven. 1. et Baf. in cujus marg. eft et κοινά. Vide Camer. [r] Ἃ pro οἷα C C C.

qui ante foffas, et alias hujus generis munitiones, difponunt; namque omnes hi cogunt: fed par eft, honefto excitatum fortem effe, non vi, aut neceffitate coactum. Atque etiam ufus in quaque re nomen fibi fortitudinis vendicat: ex quo et Socrates fortitudinem fcientiam effe putabat. Atque ufu periti et exercitati, alii quidem funt aliis in rebus, fed in bellicis milites: nam multi videntur effe belli terrores inanes, quos hi experiendo maxime perfpectos habent et cognitos. Quocirca fortes propterea habentur, quod alii, quales fint terrores illi, non intelligunt: deinde cum adverfarios damnis afficere, nulloque ipfi detrimento affici ufu et confuetudine maxime poffint, tum ictus vitare, et hoftem ferire in primis fciunt: quippe qui et armis expeditiffime poffunt uti, et hujufmodi armis inftructi funt, quæ ad damnum hofti inferendum, et a fe propulfandum, maxime valent. Quocirca fic, ut cum inermibus armati, et ut athletæ cum luctandi imperitis, decertant: namque etiam in talibus certaminibus non fortiffimus

οὐχ οἱ ἀνδρειότατοι μαχιμώτατοί εἰσιν, ἀλλ' οἱ μάλιστα ἰσχύοντες, καὶ τὰ σώματα ἄριστα ἔχοντες. Οἱ στρατιῶται δὲ δειλοὶ γίνονται, ὅταν ὑπερτείνῃ ὁ κίνδυνος, καὶ λείπωνται τοῖς πλήθεσι καὶ ταῖς παρασκευαῖς· πρῶτοι γὰρ φεύγουσι· τὰ δὲ πολιτικὰ μένοντα ἀποθνήσκει· ὅπερ κἀπὶ τῷ [s]Ἑρμαίῳ συνέβη· τοῖς μὲν γὰρ αἰσχρὸν τὸ φεύγειν, καὶ ὁ θάνατος τῆς τοιαύτης σωτηρίας αἱρετώτερος· οἱ δὲ καὶ ἐξ ἀρχῆς ἐκινδύνευον, ὡς κρείττους ὄντες· γνόντες δὲ φεύγουσι, τὸν θάνατον μᾶλλον τοῦ αἰσχροῦ φοβούμενοι. Ὁ δ' ἀνδρεῖος οὐ τοιοῦτος. Καὶ τὸν θυμὸν δὲ ἐπὶ τὴν ἀνδρίαν [t]ἐπιφέρουσιν· ἀνδρεῖοι γὰρ εἶναι δοκοῦσι καὶ οἱ διὰ θυμὸν, ὥσπερ τὰ θηρία ἐπὶ τοὺς τρώσαντας, φερόμενοι· ὅτι καὶ οἱ ἀνδρεῖοι θυμοειδεῖς· [u]ἰτητικώτατον γὰρ ὁ θυμὸς πρὸς τοὺς κινδύνους· ὅθεν καὶ Ὅμηρος·

[x]—σθένος ἔμβαλε θυμῷ· καὶ,

[s] Τῷ ἐν Κορώνῃ τῆς Βοιωτίας, quæ ſcribuntur poſt Ἑρμαίῳ in N C. Ven. 1. 2. et Baſ. proculdubio ſunt gloſſa. Arce Coroneæ, urbis in Bœotia, per proditionem ab Onomarcho occupata, Coronei, una cum auxiliariis ad eos a Bœotorum ducibus miſſis, in Hermæo, campeſtri urbis loco, cum hoſtibus confligunt: auxiliarii ſtatim ab initio pugnæ, cognita Charonis ducis ſui morte, terga vertunt: cives vero conſtanter ad extremum pugnârunt, et omnes interfecti fuerunt. Vide Euſtrat. et Diodor. Sicul. lib. xvi. [t] Ἀναφέρουσιν El. et C C C. in marg. [u] Γρ. ὁρμητικώτατον, et κινητικώτατον, mendoſe: ἰτικώτατον apud Euſtrat. Sed vulgata lectio eſt magis Attica. *Caſaub.* [x] Iliad. π'. ver. 529.

quiſque pugnaciſſimus eſt, ſed qui plurimum viribus valet, corporeque eſt præſtantiſſimo. At vero milites tum ignavi fiunt, cum et periculum majus eſt, quam ut poſſint obſiſtere, et copiis atque apparatu ſunt inferiores: primi enim terga vertunt; civiles autem copiæ pugnantes occidunt: id quod in Hermæo contigit: nam et fuga civibus turpis, et mors tali ſalute optabilior erat: illi vero initio pugnæ ſeſe periculis offerebant, proinde ac ſi meliores eſſent; at, cognito periculo, ſalutem fuga petierunt, mortem pejus turpitudine pertimeſcentes. Talis autem vir fortis eſſe non ſolet. Porro autem iram quoque fortitudini aſcribunt; fortes enim videntur eſſe etiam ii, qui ira concitati tanquam belluæ in eos irruunt, qui vulnerarunt: quoniam fortes ſunt etiam iracundi; maximum enim ad pericula adeunda calcar ira admovet: ex quo et Homerus:

—vires addidit ira:

et illud,

[y] —μένος καὶ θυμὸν ἔγειρε· καὶ,
[z] Δριμὺ δ' ἀνὰ ῥῖνας μένος·— καὶ,
[a] —ἔζεσεν αἷμα·

πάντα γὰρ τὰ τοιαῦτα ἔοικε σημαίνειν τὴν τοῦ θυμοῦ ἔγερσιν, καὶ ὁρμήν. Οἱ μὲν οὖν ἀνδρεῖοι διὰ τὸ καλὸν πράττουσιν· ὁ δὲ θυμὸς συνεργεῖ αὐτοῖς· τὰ θηρία δὲ διὰ λύπην· διὰ γὰρ τὸ πληγῆναι ἢ φοβεῖσθαι· ἐπεὶ ἄν γε [b] ἐν ὕλῃ ἢ ἐν ἕλει ᾖ, οὐ προσέρχονται. [c] Οὐ δή ἐστιν ἀνδρία, ὑπ' ἀλγηδόνος καὶ θυμοῦ ἐξελαυνόμενα πρὸς τὸν κίνδυνον ὁρμᾶν, οὐθὲν τῶν δεινῶν προορῶντα· ἐπεὶ οὕτω γε κἂν οἱ ὄνοι ἀνδρεῖοι ἂν εἶεν πεινῶντες· [1] τυπτόμενοι γὰρ οὐκ ἀφίστανται τῆς νομῆς· καὶ οἱ μοιχοὶ δὲ καὶ διὰ τὴν ἐπιθυμίαν τολμηρὰ πολλὰ δρῶσιν. [d] Οὐ δή ἐστιν ἀνδρεία, τὰ δι' ἀλγηδόνος ἢ θυμοῦ ἐξελαυνόμενα πρὸς τὸν κίνδυνον. [e] Φυσικωτάτη δὲ ἔοικεν ἡ διὰ τὸν θυμὸν εἶναι, καὶ

[y] Iliad. ε'. ver. 510.

[z] Τοῦ δ' ὠρίνετο θυμὸς, ἀνὰ ῥῖνας δέ οἱ ἤδη
Δριμὺ μένος προὔτυψε.— Odyſſ. ω'. ver. 317.

Hæc dicuntur de Ulyſſe commiſeratione commoto, et ab Ariſtotele ad iram accommodantur: niſi fortaſſe μνημονικὸν ἁμάρτημα ſit. [a] Hæc occurrunt nec in Iliad. nec in Odyſſ. Vide Zuing. et Gallutium. [b] Vel ὕλῃ, vel ἕλει delendum eſſe cenſet Vict. utrumque vero in Andr. et omnibus codd. noſtris occurrit. [c] Οὐ δή ἐστιν ἀνδρεῖα διὰ τὸ ἀλγ. Ven. 1. 2. et Baſ. cujus in marg. ſcrib. ἀπ' ἀλγ. Cum iis facit Vet. Interp. niſi quod ὁρμᾶν omittit. οὐ δή ἐστιν ἀνδρεία τὸ διὰ ἀλγ. καὶ θυμοῦ ἐξελαυνόμενον Gruch. οὐ δή ἐστιν ἀνδρεῖα τῷ δι' ἀλγ. vel διὰ τὸ ὑπ' ἀλγ. Lamb. οὐ δή ἐστιν ἀνδρεία διὰ τὸ ὑπ' ἀλγ. C C C. et N C. qui etiam legit ἐξελαυνόμενον. [1] Vide Iliad. λ'. ver. 557. [d] Ita Caſaub. vulgo οὐ δὴ οὖν. [e] Ἡ δὲ φυσικωτάτη

—bilem concivit et iram:

et,

Acris per nares ſubiit furor:

et,

—toto fervebat corpore ſanguis:

hæc enim omnia celeritatem, atque impetum animi concitati ſignificare videntur. Fortes igitur honeſti cauſa res omnes gerunt, eoſque ira adjuvat: beſtiæ autem dolore affectæ: nam vel quod ictæ fuerunt, vel quod metuunt; nam ſi ſint in ſilva, aut palude, neminem aggrediuntur. Non igitur eo fortitudo dicenda eſt, quod dolore et ira incitatæ periculum adeant, nihil eorum, quæ gravia et periculoſa ſunt, providentes: nam iſto quidem modo aſinos fortes dicere licebit, cum eſuriunt: quoniam ne verberibus quidem a paſtu demoventur: et adulteri cupiditate inflammati multa faciunt audacius. Non igitur fortia ſunt ea, quæ dolore vel ira elata ſeſe in diſcrimen offerunt. Videtur autem ea fortitudo maxi-

προσλαβοῦσα προαίρεσιν, καὶ τὸ οὗ ἕνεκα, ἀνδρία εἶναι. Καὶ οἱ ἄνθρωποι δὴ ὀργιζόμενοι μὲν ἀλγοῦσι, τιμωρούμενοι δ' ἥδονται· οἱ δὲ διὰ ταῦτα μάχιμοι μὲν, οὐκ ἀνδρεῖοι δέ· οὐ γὰρ διὰ τὸ καλὸν, οὐδ' ὡς ὁ λόγος, ἀλλὰ διὰ τὸ πάθος· [f] παραπλήσιον δ' ἔχουσί τι. Οὐδὲ [g] δὴ οἱ εὐέλπιδες ὄντες, ἀνδρεῖοι· διὰ γὰρ τὸ πολλάκις καὶ πολλοὺς νενικηκέναι, θαῤῥοῦσιν ἐν τοῖς κινδύνοις· παρόμοιοι δὲ, ὅτι ἄμφω θαῤῥαλέοι· ἀλλ' οἱ μὲν ἀνδρεῖοι διὰ τὰ προειρημένα θαῤῥαλέοι· οἱ δὲ διὰ τὸ οἴεσθαι [h] κρείττους εἶναι, καὶ μηδὲν ἀντιπαθεῖν. Τοιοῦτον δὲ ποιοῦσι καὶ οἱ μεθυσκόμενοι· εὐέλπιδες γὰρ γίνονται· ὅταν δὲ αὐτοῖς μὴ συμβῇ τοιαῦτα, φεύγουσιν· ἀνδρείου δ' ἦν τὰ φοβερὰ ἀνθρώπῳ ὄντα καὶ [i] φαινόμενα ὑπομένειν, ὅτι καλὸν, ἢ αἰσχρὸν, τὸ μή. Διὸ καὶ [k] ἀνδρειοτέρου δοκεῖ εἶναι, τὸ ἐν τοῖς αἰφνιδίοις φόβοις ἄφοβον καὶ ἀτάραχον εἶναι, ἢ ἐν τοῖς προ-

ἢ ἡ κυρίως ἀνδρία ἐκείνη ἐστὶν, ὅταν κινόμεθα μὲν διὰ τοῦ θυμοῦ, μετὰ προαιρέσεως δὲ, καὶ ἕνεκα τοῦ ἀγαθοῦ. Andr. [f] Παραπλήσιον δ' ἔχουσί τι οἱ κατ' εὐελπιστίαν. οὐδὲ δὴ οἱ εὐελπ. N C. Ven. 1. 2. et Baſ. [g] Γρ. δέ. [h] Γρ. κρατίστους. [i] Μὴ φαινόμενα El. C C C. et Vet. Interp. [k] Γρ. ἀνδρειότερον.

me naturalis eſſe, quam ira excitavit, et ſi conſilium, idque cujus cauſa res fit, aſſumpſerit, vere fortitudo poterit appellari. Præterea homines cum iraſcuntur, dolore, cum injuriam acceptam ulciſcuntur, voluptate afficiuntur: at qui his cauſis impulſi periculum adeunt, pugnaces illi quidem, ſed non fortes appellandi ſunt: non enim propter honeſtum, neque ita, ut ratio monet, id faciunt, ſed perturbatione concitati: verum ſimile quiddam habent. Sed nec ii, qui bona ſpe freti ſunt, fortes ſunt habendi: nam propterea quod et ſæpius, et multos vicerunt, in periculis fidunt: eo autem ſunt ſimiles, quod utrique fiducia præditi ſunt: veruntamen fortes propter eas cauſas, quas diximus, fidunt; hi quia animum induxerunt ſe viribus eſſe omnium præſtantiſſimos, nihilque incommodi viciſſim accepturos. Ac tale quiddam faciunt etiam ii qui ebrii facti ſunt: nam bona ſpe eriguntur: cum vero alia, quam ſperaverunt, eis evenerint, diffugiunt: erat autem viri fortis, quæ formidoloſa homini et ſunt et videntur, ea ob eam cauſam perferre, quia et perferre honeſtum ſit, et non perferre turpe. Itaque viri fortioris eſſe videtur, in repentinis terroribus ſeſe imperterritum, mini-

δήλοις· ἀπὸ ἕξεως γὰρ μᾶλλον, ἢ καὶ ὅτι ἧττον ἐκ παρασκευῆς· τὰ προφανῆ μὲν γὰρ, κἂν ἐκ λογισμοῦ καὶ λόγου τις προέλοιτο· τὰ δ' ἐξαίφνης, κατὰ τὴν ἕξιν. Ἀνδρεῖοι δὲ φαίνονται καὶ οἱ ἀγνοοῦντες, καὶ εἰσιν οὐ πόῤῥω τῶν εὐελπίδων· χείρους δ' ὅσω [l] ἀξίωμα οὐδὲν ἔχουσιν· ἐκεῖνοι δέ· διὸ καὶ μένουσί τινα χρόνον· οἱ δ' ἠπατημένοι, ἐὰν γνῶσιν ὅτι ἕτερον, ἢ ὑποπτεύσωσι, φεύγουσιν· ὅπερ οἱ [m] Ἀργεῖοι ἔπαθον περιπεσόντες τοῖς Λάκωσιν, ὡς Σικυωνίοις. Οἵ τε δὴ ἀνδρεῖοι εἴρηνται ποῖοί τινες, καὶ οἱ δοκοῦντες ἀνδρεῖοι.

ΚΕΦ. θ'.

ΠΕΡΙ θάῤῥη δὲ καὶ φόβους ἡ ἀνδρία οὖσα, οὐχ ὁμοίως περὶ ἄμφω ἐστὶν, ἀλλὰ μᾶλλον περὶ τὰ φοβερά· ὁ γὰρ ἐν τούτοις ἀτάραχος, καὶ περὶ ταῦθ' ὡς δεῖ ἔχων, ἀνδρεῖος μᾶλλον, ἢ ὁ περὶ τὰ θαῤῥαλέα. Τῷ δὴ τὰ λυπηρὰ ὑπομένειν, ὡς

[l] Ἀξίωμα hoc in loco *præconceptam mali evincendi opinionem*, vel *voluntatem internam* verti vult Zuing. Huic favet Euſtrat. οὐδὲν ἀξίωμα ἔχουσιν, οὐ γὰρ εἰδότες ὑπερορῶσι. Vide Zuing. [m] Vide Xenoph. lib. iv. Ἑλληνικῶν.

meque perturbatum præbere, quam in proviſis: vel quia hæc animi conſtantia magis ab animi habitu proficiſcitur; vel etiam quia minus præparationis habet: nam quæ multo ante proſpecta ſunt, in iis quivis animi agitatione et ratione conſilium ceperit; at in repentinis, habitu. Fortes porro videntur ii quoque, qui periculum ignorant: nec longe abſunt ab iis, qui bona ſpe ad audendum provehuntur: hoc quidem certe ſunt deteriores, quod nihil ſplendoris, nihilque dignitatis in his elucet; in illis vero plurimum: itaque illi aliquantulum temporis permanent in incepto: hi autem decepti et in errorem inducti, ſtatim ut aliud eſſe, quam putaverint, cognoverunt, fugiunt: quod Argivis accidit, qui in Lacedæmonios pro Sicyoniis inciderunt. Ac vere fortes quidem, et ii, qui ſimilitudinem fortium gerunt, quales ſint, diximus.

CAP. IX.

SED cum in fiducia, metuque verſetur fortitudo, non tamen peræque in utroque, ſed in rebus formidoloſis magis cernitur: nam qui in his omni animi motu ac perturbatione vacat, quique in eis ita affectus eſt animo, ut debet, is fortior eo eſt, qui in iis rebus, quæ fiduciam afferunt, conſtantiam retinet. Ex

εἴρηται, ἀνδρεῖοι λέγονται· διὸ καὶ ἐπίλυπον ἡ ἀνδρία, καὶ δικαίως ἐπαινεῖται· χαλεπώτερον γὰρ τὰ λυπηρὰ ὑπομένειν, ἢ τῶν ἡδέων ἀπέχεσθαι. Οὐ μὴν ἀλλὰ δόξειεν ἂν εἶναι τὸ κατὰ τὴν ἀνδρίαν τέλος ἡδὺ· ὑπὸ τῶν [n] κύκλω δὲ ἀφανίζεσθαι· οἷον καὶ ἐν τοῖς γυμνικοῖς ἀγῶσι γίνεται· τοῖς γὰρ πύκταις τὸ μὲν τέλος ἡδὺ, οὗ ἕνεκα, ὁ στέφανος καὶ αἱ τιμαί· τὸ δὲ τύπτεσθαι ἀλγεινὸν, εἴ περ [o] σάρκινοι, καὶ λυπηρὸν, καὶ πᾶς ὁ πόνος· διὰ δὲ τὸ πολλὰ ταῦτ' εἶναι, μικρὸν ὂν τὸ οὗ ἕνεκα, οὐδὲν ἡδὺ φαίνεται ἔχειν. [p] Εἰ δὴ τοιοῦτόν ἐστι καὶ τὸ περὶ τὴν ἀνδρίαν, ὁ μὲν θάνατος καὶ τὰ τραύματα λυπηρὰ τῷ ἀνδρείῳ καὶ ἄκοντι ἔσται· [q] ὑπομενεῖ δὲ αὐτὰ, ὅτι καλὸν, ἢ ὅτι αἰσχρὸν, τὸ μή. Καὶ ὅσῳ ἂν μᾶλλον τὴν ἀρετὴν ἔχῃ πᾶσαν, καὶ εὐδαιμονέστερος ᾖ, μᾶλλον ἐπὶ τῷ θανάτῳ [r] λυπήσεται· τῷ τοιούτῳ γὰρ μάλιστα ζῆν ἄξιον, καὶ οὗτος μεγίστων ἀγαθῶν ἀποστερεῖται εἰδώς· λυπηρὸν δὲ τοῦτο· ἀλλ' οὐδὲν

[n] Ab iis fcilicet, quæ ad finem tendunt. [o] Γρ. σάρκιοι. [p] Εἰ δὲ δὴ El. et CCC. [q] Ita Mur. et Argyr. vulgo ὑπομένει. [r] Λυπηθήσεται Aurel. λυπὴ ἔσται N C. et quidam cod. apud Vict.

eo igitur fortes appellantur, ut fupra a nobis dictum eft, quod res moleftas atque afperas fortiter ferant. Itaque etiam doloris et moleftiæ plena res eft fortitudo, eaque jure laudatur: difficilius enim eft res moleftas toleranter pati, quam fefe a jucundis abftinere. Verum tamen fortitudinis finis poffit videri jucundus, fed ab iis rebus, quæ circumftant, obfcurari ac pene deleri: cujufmodi quiddam in ludis gymnicis accidit; pugilibus enim finis ipfe, cujus caufa decertant, jucundus eft, ut corona, et honores: at plagæ et verbera, omnis denique labor, cum ex carne conftent, dolore, moleftiaque eos afficit: quoniam autem ea, quæ circumftant molefta, multa funt, finis, qui tenuis et exiguus eft, nihil jucunditatis in fe inclufum habere videtur. Quod fi talis quoque eft fortitudinis ratio, et natura; mors et vulnera forti viro moleftiam etiam invito funt allatura: ea tamen omnia fubibit ac perferet, quia et perferre honeftum, et non perferre turpe eft. Atque idem quo virtutibus omnibus inftructior fuerit, et quo beatior, eo moleftius mortem feret: nam cum vir talis vita fit digniffimus, tum fciens ac prudens maximis bonis fpo-

ἧττον ἀνδρεῖος· ἴσως δὲ καὶ μᾶλλον, ὅτι τὸ ἐν τῷ πολέμῳ καλὸν ἀντ᾽ ἐκείνων αἱρεῖται. [s]Οὐδὲ δὴ ἐν ἁπάσαις ταῖς ἀρεταῖς τὸ ἡδέως ἐνεργεῖν ὑπάρχει, πλὴν ἐφ᾽ ὅσον τοῦ τέλους ἐφάπτεται. Στρατιώτας δὲ οὐδὲν ἴσως κωλύει, μὴ τοὺς τοιούτους, κρατίστους εἶναι, ἀλλὰ τοὺς ἧττον μὲν ἀνδρείους, ἄλλο δ᾽ ἀγαθὸν μηδὲν ἔχοντας· [t]ἕτοιμοι γὰρ οὗτοι πρὸς τοὺς κινδύνους, καὶ τὸν βίον πρὸς μικρὰ κέρδη καταλλάττονται. Περὶ μὲν οὖν ἀνδρίας, ἐπὶ τοσοῦτον εἰρήσθω· τί δ᾽ ἐστὶν, οὐ χαλεπὸν τύπῳ γε περιλαβεῖν ἐκ τῶν εἰρημένων.

ΚΕΦ. ι´.

[1]ΜΕΤΑ δὲ ταύτην, περὶ σωφροσύνης λέγωμεν· δοκοῦσι γὰρ τῶν ἀλόγων μερῶν αὗται εἶναι αἱ ἀρεταί. Ὅτι μὲν οὖν μεσότης ἐστὶ περὶ ἡδονὰς ἡ σωφροσύνη, εἴρηται ἡμῖν· ἧττον γὰρ καὶ οὐχ ὁμοίως ἐστὶ περὶ τὰς λύπας· [u]ἐν τούτοις δὲ καὶ ἡ

[s] Οὐ δὴ ἐν noſtri MSS. ἐπεὶ καὶ ἐν πάσαις ταῖς ἄλλαις ἀρεταῖς οὐδεμία ἐνέργεια μεθ᾽ ἡδονῆς ἐστι καθ᾽ ἑαυτήν· ἀλλὰ μόνον διότι πρὸς τὸ τέλος ἀγαθὸν ἄγει, ἡδεῖα δοκεῖ τῷ ἐνεργοῦντι. Andr. [t] Ἑτοιμότεροι γὰρ οὗτοι πρὸς τοὺς κινδύνους, καὶ τὸν βίον μικρῶν ἕνεκα κερδῶν προδιδόασιν· οἱ γὰρ κυρίως ἀνδρεῖοι, φρόνιμοι ὄντες καὶ τὰ ἄλλα σπουδαῖοι, χαίρουσι μὲν τῷ βίῳ ἑαυτῶν ἀγαθῷ ὄντι, προΐενται δὲ αὐτὸν οὐ πάνυ ῥᾳδίως. Andr. [1] Magn. Moral. lib. i. cap. 22. et Eud. lib. iii. cap. 2. [u] Ἐν τοῖς αὐτοῖς C C C. et El. cujus ad oram γρ. ἐν τούτοις.

liatur: at hoc moleſtum: nihilominus tamen ſeſe virum fortem præſtat; atque eo fortaſſe magis, quod illis omnibus id, quod in bello honeſtum eſt, anteponit. Non igitur hoc in omnibus virtutibus ineſt, ut earum muneribus liceat jucunde perfungi, niſi quoad finem attingunt. Nihil autem prohibet fortaſſe, minus præſtantes eſſe milites eos qui vere fortes ſunt, iis qui et minus fortes ſunt, et nihil aliud boni habent: hi enim ad pericula ſubeunda parati ſunt, vitamque cum parvo quæſtu paciſcuntur et commutant. Ac de fortitudine quidem hactenus: quid ſit autem, non eſt difficile ex iis, quæ dicta ſunt, rudi quadam forma deſcripta atque adumbrata cognoſcere.

CAP. X.

SEQUITUR jam, ut de temperantia differamus: hæ namque virtutes earum animi partium videntur eſſe, quæ ſunt rationis expertes. Temperantiam igitur mediocritatem eſſe, quæ verſatur in voluptatibus, jam a nobis dictum eſt: minus enim, nec eodem modo in doloribus verſatur: in his autem intempe-

ἀκολασία φαίνεται. Περὶ ποίας οὖν τῶν ἡδονῶν, νῦν ἀφορίσωμεν. Διηρήθωσαν δὲ αἱ ψυχικαὶ καὶ αἱ σωματικαί· οἷον φιλοτιμία, φιλομάθεια· ἑκάτερος γὰρ τούτων χαίρει, οὗ φιλητικός ἐστιν, οὐθὲν πάσχοντος τοῦ σώματος, ἀλλὰ μᾶλλον τῆς διανοίας· οἱ δὲ περὶ τὰς τοιαύτας ἡδονὰς, οὔτε σώφρονες, οὔτε ἀκόλαστοι λέγονται. Ὁμοίως δὲ οὐδ᾽ οἱ περὶ τὰς ἄλλας, ὅσαι μὴ σωματικαί εἰσι· τοὺς γὰρ φιλομύθους, καὶ [x] διηγητικοὺς, καὶ περὶ τῶν [y] τυχόντων κατατρίβοντας τὰς ἡμέρας, ἀδολέσχους, ἀκολάστους δ᾽ οὐ λέγομεν· οὐδὲ τοὺς λυπουμένους ἐπὶ χρήμασιν, ἢ φίλοις. Περὶ δὲ τὰς σωματικὰς εἴη ἂν ἡ σωφροσύνη· οὐ πάσας δὲ οὐδὲ ταύτας· οἱ γὰρ χαίροντες [1] τοῖς διὰ τῆς ὄψεως, οἷον [z] χρώμασι, καὶ σχήμασι, καὶ γραφῇ, οὔτε σώφρονες, οὔτε ἀκόλαστοι λέγονται· καίτοι δόξειεν ἂν εἶναι, καὶ ὡς δεῖ χαίρειν [a] καὶ τούτοις, καὶ καθ᾽ ὑπερβολὴν καὶ ἔλλειψιν. Ὁμοίως δὲ καὶ ἐν τοῖς περὶ τὴν ἀκοήν· τοὺς γὰρ ὑπερβεβλη-

by the sight of objects— tho there may be an excess defect or mean of sensation them—

[x] Διηγηματικοὺς Ven. 1. 2. Baſ. et Cam. [y] Τοιούτων pro τυχόντων El. [1] Vide Ariſtot. lib. ii. de Anima. [z] Γρ. χρώματι, καὶ σχήματι. [a] Καὶ deeſt N C.

rantia quoque vertitur. Nunc igitur quibus in voluptatibus verſetur, facta earum diſtinctione, explicemus. Ac primum conſtituatur hæc voluptatum partitio, ut aliæ ſint animi, aliæ corporis: ut honoris cupiditas, et diſcendi ſtudium: uterque enim horum eo delectatur, cujus amore et ſtudio tenetur, cum corpus nihil afficiatur, ſed mens potius: qui autem hujuſmodi voluptatibus dediti ſunt, nec temperantes, nec intemperantes nominantur. Itemque neque ii, qui in aliis occupati ſunt, quæ ad corpus non pertinent: nam qui fabellarum cupiditate, ſtudioque rerum narrandarum ducuntur, et qui in rebus, quas caſus obtulerit, totos dies conterunt, eos loquaces, nugaces, et non intemperantes dicere ſolemus: ne eos quidem, qui ex pecuniarum jactura, vel amicorum obitu, majorem dolorem capiunt. In corporis autem voluptatibus temperantia vertatur neceſſe eſt: ſed ne in his quidem omnibus: nam qui delectantur iis rebus, quæ aſpectu ſentiuntur, ut coloribus, figuris, pictura, nec temperantes appellantur, nec intemperantes: atqui fieri poſſe videtur, ut etiam his rebus et ita ut oportet, et ſupra atque infra modum delectemur. Idemque de iis, quæ ad auditum pertinent, ſenti-

μένως χαίροντας μέλεσιν ἢ ὑποκρίσει, οὐδεὶς ἀκολάστους λέγει, οὐδὲ τοὺς ὡς δεῖ, σώφρονας· οὐδὲ τοὺς περὶ τὴν ὀσμήν, πλὴν κατὰ συμβεβηκός· τοὺς γὰρ χαίροντας μήλων, ἢ ῥόδων, ἢ θυμιαμάτων ὀσμαῖς, οὐ λέγομεν ἀκολάστους· ἀλλὰ μᾶλλον τοὺς μύρων καὶ ὄψων· χαίρουσι γὰρ τούτοις οἱ ἀκόλαστοι, ὅτι διὰ τούτων ἀνάμνησις γίνεται αὐτοῖς τῶν [b] ἐπιθυμητῶν. Ἴδοι δ' ἄν τις καὶ τοὺς ἄλλους, ὅταν πεινῶσι, χαίροντας ταῖς τῶν βρωμάτων ὀσμαῖς· τὸ δὲ τοιούτοις χαίρειν, ἀκολάστου· [c] τούτῳ γὰρ ἐπιθυμητὰ ταῦτα. Οὐκ ἔστι δὲ [d] οὐδὲ τοῖς ἄλλοις ζώοις κατὰ ταύτας τὰς αἰσθήσεις ἡδονή, πλὴν κατὰ συμβεβηκός· οὐδὲ γὰρ ταῖς ὀσμαῖς τῶν λαγωῶν αἱ κύνες χαίρουσιν, ἀλλὰ τῇ βρώσει· τὴν δ' αἴσθησιν ἡ ὀσμὴ ἐποίησεν. Οὐδὲ ὁ λέων τῇ φωνῇ τοῦ βοός, ἀλλὰ τῇ ἐδωδῇ· ὅτι δὲ ἐγγύς ἐστι, διὰ τῆς φωνῆς ᾔσθετο, καὶ χαίρειν δὴ ταύτῃ φαίνεται· ὁμοίως δὲ οὐδ' ἰδὼν ἢ [1] εὑρὼν ἔλαφον, ἢ ἄγριον αἶγα, ἀλλ' ὅτι βορὰν ἕξει.

[b] Ἐπιθυμιῶν N C. Ven. 1. 2. et Baſ. ἐπιθυμημάτων C C C. ad oram vero γρ. ἐπιθυμιῶν. [c] Τούτων γὰρ ἐπιθυμήματα C C C. Ven. 1. 2. et Baſ. [d] Οὐδὲ ἐν τοῖς Vet. Interp. et C C C. cujus inter lineas γρ. οὐδὲ τοῖς. [1] Vide Iliad. γ'. ver. 24.

endum : neque enim quiſquam eos, qui ſupra modum cantilenis, vel hiſtrionum geſtu lætantur, intemperantes, aut eos, qui intra modum, temperantes appellat : nec eos, qui iis rebus, quæ ſub odoratum cadunt, delectantur, niſi ex eventu : non enim eos, qui malorum, aut roſarum, aut ſuffimentorum capiuntur odoribus, intemperantes dicimus ; ſed eos potius qui unguentorum, et obſoniorum : his enim gaudent intemperantes, propterea quod eis hæc ipſa earum rerum, quas concupiſcere ſolent, memoriam refricant. Cernere autem licet etiam alios, cum eſuriunt, ex ciborum odore capere voluptatem : talibus autem rebus delectari, hominis eſt intemperantis ; nam intemperans hæc concupiſcere ſolet. Jam vero his ipſis ſenſibus ne cætera quidem animalia percipiunt voluptatem, niſi ex eventu : nam neque leporum odore delectantur canes, ſed cibo : ſenſum porro odor commovit, atque excitavit. Neque leo bovis voce, ſed eſca ; ex voce autem eum propinquum eſſe ſenſit, quo fit ut hac delectari videatur : ſimiliter autem, nec cervo viſo, capreave reperta lætatur ; ſed quia ſe nactum eſſe videt, quod edat.

Περὶ τὰς τοιαύτας δὴ ἡδονὰς ἡ σωφροσύνη, καὶ ἡ ἀκολασία ἐστὶν, ὧν καὶ τὰ λοιπὰ ζῶα κοινωνεῖ· ὅθεν ἀνδραποδώδεις καὶ θηριώδεις φαίνονται· αὗται δ᾽ εἰσὶν ἁφὴ καὶ γεῦσις. Φαίνονται δὴ καὶ τῇ γεύσει ἐπὶ μικρὸν, ἢ οὐδὲν χρῆσθαι· τῆς γὰρ γεύσεώς ἐστιν ἡ κρίσις τῶν [e]χυλῶν· ὅπερ ποιοῦσιν οἱ τοὺς οἴνους δοκιμάζοντες, καὶ τὰ ὄψα ἀρτύοντες· οὐ πάνυ δὲ χαίρουσι τούτοις, ἢ οὐχ, οἵγε ἀκόλαστοι, ἀλλὰ τῇ ἀπολαύσει, ἣ γίνεται πᾶσα δι᾽ ἁφῆς καὶ ἐν σιτίοις, καὶ ἐν ποτοῖς, καὶ ἐν τοῖς ἀφροδισίοις λεγομένοις. Διὸ καὶ ηὔξατό τις Φιλόξενος [f]ὁ Ἐρύξιος, ὀψοφάγος ὢν, τὸν [g]φάρυγγα αὐτῷ μακρότερον γεράνου γενέσθαι, ὡς ἡδόμενος [h]τῇ ἁφῇ, κοινοτάτη δὴ τῶν αἰσθήσεων, καθ᾽ ἣν ἡ ἀκολασία· καὶ δόξειεν ἂν δικαίως ἐπονείδιστος εἶναι, ὅτι

[e] Χυμῶν C C C. ad oram, et Camer. [f] Ἐρύξιος quidam legunt ſine articulo, ut ſit nom. caſus. Sed legendum eſſe cum artic. ut ſit gen. caſ. patet ex Eud. lib. iii. cap. 2. et Athenæi lib. i. cap. 6. ubi idem Philoxeni votum memoratur, et ille appellatur ὁ Ἐρύξιδος. ιδος vero et ιος eſſe communes termin. ejuſmodi nominum ſatis notum eſt. Hæc propria nomina gloſſam eſſe judicant Lamb. et Vict. Cum vero in optimis codd. occurrant, et ex locis jam citatis appareat de Philoxeno hic verba fieri, ea retinuimus. [g] Τὸν φάρυγγα videtur poſuiſſe pro τοῦ οἰσοφάγου: nam φάρυγξ eſt proprie canalis ille a faucibus ad pulmones pertinens, per quem ſpiritum ducimus et emittimus, quem medici τραχεῖαν ἀρτηρίαν vocant, Latini gutturem aut guttur, idque manifeſto docet Ariſtot. in libb. De Partibus Animal. *Mur.* [h] Τῇ ἁφῇ· ἡ δὲ ἁφὴ κοινοτάτη δὴ τῶν αἰσθ. Ven. 1. 2. et Baſ.

Vertuntur igitur temperantia et intemperantia in hujuſmodi voluptatibus omnibus, quæ nobis ſunt etiam cum reliquis animantibus communes: ex quo ſerviles eas et belluinas eſſe judicare licet: hæ autem ſunt tactus et guſtatus voluptates. Ac videntur ſane etiam guſtatu parum admodum, aut prorſus nihil intemperantes uti: de ſaporibus enim proprie, ſuoque jure guſtatus judicat: quod faciunt ii, qui vina explorant, et obſonia condiunt: non admodum autem, aut nihil plane ſaporibus delectantur intemperantes, ſed ipſa perceptione alimenti, quam profecto totam tactus efficit, cum in eſculentis et poculentis, tum in iis rebus, quæ Venereæ appellantur. Quapropter Philoxenus quidam, Eryxidis filius, cum eſſet obſoniorum gurges, atque heluo, collum ſibi gruis collo longius optavit, ut qui tactu maximam capiebat voluptatem: omnium igitur ſenſuum maxime communis eſt is ſenſus, in quo ſita intemperantia eſt; meritoque ut turpis et flagitioſa, maledicti loco

οὐχ ᾗ ἄνθρωποί ἐσμεν ὑπάρχει, ἀλλ' ᾗ ζῶα. Τὸ δὴ τοιούτοις χαίρειν καὶ μάλιστα ἀγαπᾶν, θηριῶδες· καὶ γὰρ αἱ ἐλευθεριώταται τῶν διὰ τῆς ἁφῆς ἡδονῶν, ἀφῄρηνται, [1] οἷον αἱ ἐν τοῖς γυμνασίοις διὰ τρίψεως καὶ τῆς θερμασίας γινόμεναι· οὐ γὰρ περὶ πᾶν τὸ σῶμα ἡ τοῦ ἀκολάστου ἁφὴ, ἀλλὰ περί τινα μέρη.

ΚΕΦ. ια'.

ΤΩΝ δ' ἐπιθυμιῶν αἱ μὲν κοιναὶ δοκοῦσιν εἶναι, αἱ δ' ἴδιοι καὶ ἐπίθετοι· οἷον ἡ μὲν τῆς τροφῆς, φυσική· πᾶς γὰρ ἐπιθυμεῖ, ὅταν ἐνδεὴς ᾖ, ξηρᾶς ἢ ὑγρᾶς τροφῆς, ὁτὲ δ' ἀμφοῖν· [i] καὶ εὐνῆς, φησὶν Ὅμηρος, ὁ νέος καὶ ἀκμάζων· τὸ δὲ τοιᾶσδε, ἢ τοιᾶσδε, οὐκ ἔτι πᾶς, οὐδὲ τῶν αὐτῶν. Διὸ φαίνεται ἡμέτερον εἶναι· οὐ μὴν ἀλλ' ἔχει γέ τι καὶ φυσικόν·

[1] Probl. Sect. xxxvii. 3. 5. 6. et 7.

[i] Reſpicit hic ad verba iſta Thetidis ad Achillem, Iliad. ω'. ver. 129.

—μεμνημένος οὐδέ τι σίτου,
Οὔτ' εὐνῆς;—

Ita Philoſophus verbum tantum ex eo loco ſumpſit, quo uno tanquam ſigno agnoſci poſſe locum ſententiamque putavit: nam quod adjunxit, ὁ νέος καὶ ἀκμάζων, his verbis mentem Poetæ declaravit: valetque tanquam Ariſtoteles dixiſſet, omnem hominem, qui ejus ætatis eſſet, ac firmum vegetumque corpus haberet. *Vict.* Var. lect. lib. xviii. cap. 2.

objicienda videatur, propterea quia ineſt in nobis, non qua homines, ſed qua animalia ſumus. His igitur talibus delectari, eaque vehementius amare, belluarum eſt: nam exceptæ ſane ſunt omnium, quæ tactu percipiuntur, liberaliſſimæ voluptates, cujuſmodi ſunt eæ, quæ in gymnaſiis fricatione et calefactione gignuntur; non enim intemperantis hominis tactus per totum corpus pertinet, ſed quibuſdam partibus circumſcribitur.

CAP. XI.

CUPIDITATUM autem aliæ communes eſſe videntur, aliæ propriæ et aſcitæ: ut cibi cupiditas, naturalis eſt; omnes enim, cum indigent, alimentum vel ſiccum, vel humidum appetunt, aliquando utrumque: lectumque jugalem (ut ait Homerus) adoleſcens, et qui floret ætate: at hoc vel illud alimentum, non jam omnes, neque eadem omnes deſiderant. Itaque hoc proprie noſtrum videtur eſſe: veruntamen habet quiddam etiam a natura

ἕτερα γὰρ ἑτέροις ἐστὶν ἡδέα, καὶ ἔνια [k] τισιν ἡδίω τῶν τυχόντων. Ἐν μὲν οὖν ταῖς φυσικαῖς ἐπιθυμίαις ὀλίγοι ἁμαρτάνουσι· καὶ ἐφ' ἕν, ἐπὶ τὸ πλεῖον· τὸ γὰρ ἐσθίειν τὰ τυχόντα, ἢ πίνειν, ἕως ἂν ὑπερπλησθῇ, ὑπερβάλλειν ἐστὶ τὸ κατὰ φύσιν τῷ πλήθει· ἀναπλήρωσις γὰρ τῆς ἐνδείας, ἡ φυσικὴ ἐπιθυμία. Διὸ λέγονται οὗτοι γαστρίμαργοι, ὡς παρὰ τὸ δέον πληροῦντες αὐτήν· τοιοῦτοι δὲ γίνονται οἱ λίαν ἀνδραποδώδεις. Περὶ δὲ τὰς ἰδίας τῶν ἡδονῶν, πολλοὶ καὶ πολλαχῶς ἁμαρτάνουσι· τῶν γὰρ φιλοτοιούτων λεγομένων, ἢ τῷ χαίρειν οἷς μὴ δεῖ, [l] ἢ τῷ μᾶλλον, ἢ ὡς οἱ πολλοὶ, ἢ μὴ ὡς δεῖ, [m] ἢ μὴ ᾧ δεῖ· κατὰ πάντα δὴ οἱ ἀκόλαστοι ὑπερβάλλουσι· καὶ γὰρ χαίρουσιν ἐνίοις οἷς οὐ δεῖ· μισητὰ γάρ· [n] καὶ εἴ τισι δεῖ χαίρειν τῶν τοιούτων, [o] μᾶλλον ἢ δεῖ, καὶ ὡς οἱ πολλοὶ χαίρουσιν. Ἡ μὲν οὖν περὶ τὰς

[k] Πᾶσιν pro τισὶν Ven. 1. 2. et Baſ. [l] Ἢ τῷ μᾶλλον, ἢ ὡς οἱ πολλοί: hæc ita accepiſſe videntur Andronicus et Euſtratius, ut unum ſignificent, hoc modo, *aut quod magis, quam ut multitudo.* ἢ ante ὡς omittit Argyr. Vide Lamb. [m] Ἢ μὴ ᾧ δεῖ deſunt Vet. Interp. et Argyr. [n] Γρ. κἂν ἐπί τισι. [o] Πλέον ἢ προσήκει, καὶ οὐχ ὡς οἱ πολλοί. Andr. μᾶλλον ἢ δεῖ, καὶ ἢ ὡς οἱ πολ. CCC. μᾶλλον ἢ δεῖ ἢ καὶ &c. alii legunt.

inſitum; alii enim aliis delectantur, et quoſdam ex iis quæ offeruntur quædam magis delectant. In naturalibus igitur cupiditatibus offendunt et labuntur pauci; atque in uno, nempe in eo, quod nimium eſt: nam eſſe, aut bibere quæ fors obtulerit, quoad plenior ſis, quam naturæ neceſſitas poſtulat, nihil aliud eſt, quam modum naturæ convenientem copia ſuperare; naturalis enim cupiditas eſt id, quod deeſt, explere velle. Itaque appellantur hi *γαστρίμαργοι*, id eſt, ventri uſque ad inſaniam indulgentes, tanquam eum præter modum implentes: ac tales quidem evadunt ii, qui ſervili admodum ingenio præditi ſunt. At vero in propriis voluptatibus complures et multis modis peccant: nam cum hujus aut illius rei amantes eo dicantur, vel quod iis rebus delectentur, quibus non oportet, vel quod nimium delectentur, vel quod ita ut vulgus, vel quod non ita ut oportet, vel quod non qua parte oportet: intemperantes omnibus in rebus modum ſuperant; nam et quibus rebus non oportet, quæ ſcilicet odio dignæ ſunt, delectantur; et, ſi maxime quibuſdam talibus rebus delectari oporteat, magis tamen quam oportet, et ita ut multitudo, delectantur. Id ergo nimium, quod in voluptatibus

ἡδονὰς ὑπερβολὴ, ὅτι ἀκολασία, καὶ ψεκτὸν, δῆλον. Περὶ δὲ τὰς λύπας, οὐχ ὥσπερ ἐπὶ τῆς ἀνδρίας, τῷ ὑπομένειν λέγεται σώφρων· [p] οὐδ᾽ ἀκόλαστος, τῷ μή· ἀλλ᾽ ὁ μὲν ἀκόλαστος, τῷ λυπεῖσθαι μᾶλλον ἢ δεῖ, ὅτι τῶν ἡδέων οὐ τυγχάνει· καὶ τὴν λύπην δὲ ποιεῖ αὐτῷ ἡ ἡδονή· ὁ δὲ σώφρων, τῷ μὴ λυπεῖσθαι τῇ ἀπουσίᾳ, καὶ τῷ ἀπέχεσθαι τοῦ ἡδέος. Ὁ μὲν οὖν ἀκόλαστος ἐπιθυμεῖ τῶν ἡδέων πάντων, ἢ τῶν μάλιστα· καὶ ἄγεται ὑπὸ τῆς ἐπιθυμίας, ὥστε ἀντὶ τῶν ἄλλων ταῦθ᾽ αἱρεῖσθαι· διὸ [q] καὶ λυπεῖται, καὶ ἀποτυγχάνων, καὶ ἐπιθυμῶν· μετὰ λύπης γὰρ ἡ ἐπιθυμία· ἀτόπῳ δὲ ἔοικε τὸ δι᾽ ἡδονὴν λυπεῖσθαι. Ἐλλείποντες δὲ περὶ τὰς ἡδονὰς, καὶ ἧττον ἢ δεῖ χαίροντες, οὐ πάνυ γίνονται· οὐ γὰρ ἀνθρωπική ἐστιν ἡ τοιαύτη ἀναισθησία· καὶ γὰρ τὰ λοιπὰ ζῶα διακρίνει τὰ βρώματα, καὶ τοῖς μὲν χαίρει, τοῖς δ᾽ οὔ. Εἰ δέ τῳ μηδέν ἐστιν ἡδὺ, μηδὲ διαφέρει ἕτερον ἑτέρου, πόῤῥω ἂν εἴη τοῦ ἄνθρωπος εἶναι·

[p] Γρ. ὁ δ᾽ ἀκόλαστος.

[q] Καὶ a quibusdam abest.

vertitur, esse intemperantiam, ob eamque causam esse vituperabile, perspicuum est. In doloribus autem non, ut vir fortis, sic temperans, eo quod dolores perferat; nec intemperans, eo quod non perferat, appellatur: sed eo intemperans dicitur, quod ægrius, quam debet, ferat, nullam se corporis percipere voluptatem; et vero ei dolorem affert voluptas: temperans autem dicitur cum ob id, quod se carere voluptatibus non moleste ferat, tum quod aspernetur et prætermittat id, quod jucundum est. Intemperans igitur omnia, quæ jucunda sunt, concupiscit, aut certe quæ jucundissima; atque a cupiditate trahitur, ut hæc cæteris habeat potiora: quapropter dolore angitur, et cum voluptatibus potiri non potest, et cum eas concupiscit; semper enim cum dolore cupiditas conjuncta est: tametsi absurdum videatur, propter voluptatem dolore affici. Jam qui in expetendis voluptatibus modum deserant, minusque, quam oportet, iis delectentur, raro existunt: non est enim humanus hujusmodi stupor, omni pene sensu hominem spolians: nam cætera quoque animalia pabulum a pabulo discernunt, hisque delectantur, illis non item. Quod si cui nihil sit jucundum, nihilque inter hoc, et illud intersit, is profecto ab humanitate fuerit remotissimus: quo-

οὐ τέτευχε δὲ ὁ τοιοῦτος ὀνόματος, διὰ τὸ μὴ πάνυ γίνεσθαι. Ὁ δὲ σώφρων μέσως περὶ ταῦτ' ἔχει· οὔτε γὰρ ἥδεται οἷς μάλιστα ὁ ἀκόλαστος, ἀλλὰ μᾶλλον δυσχεραίνει· οὔτε ὅλως οἷς μὴ δεῖ, οὔτε σφόδρα [r] τοιούτῳ οὐδενί· οὔτε ἀπόντων λυπεῖται· οὐδ' ἐπιθυμεῖ, ἢ μετρίως, οὐδὲ μᾶλλον ἢ δεῖ, [s] οὐδ' ὅτε μὴ δεῖ, οὐδ' ὅλως τῶν τοιούτων οὐδενός. Ὅσα δὲ πρὸς ὑγίειάν ἐστιν, ἢ πρὸς εὐεξίαν, ἡδέα ὄντα, τούτων [t] ὀρέγεται μετρίως καὶ ὡς δεῖ· καὶ τῶν ἄλλων ἡδέων μὴ ἐμποδίων τούτοις ὄντων, ἢ παρὰ τὸ καλὸν, ἢ ὑπὲρ τὴν οὐσίαν· ὁ γὰρ οὕτως ἔχων μᾶλλον ἀγαπᾷ τὰς τοιαύτας ἡδονὰς τῆς ἀξίας· ὁ δὲ σώφρων οὐ τοιοῦτος, ἀλλ' ὡς ὁ ὀρθὸς λόγος.

ΚΕΦ. ιβ'.

ΕΚΟΥΣΙΩ δὲ μᾶλλον ἔοικεν ἡ ἀκολασία τῆς δειλίας· ἡ μὲν γὰρ δι' ἡδονὴν, ἡ δὲ διὰ λύπην· ὧν τὸ μὲν αἱρετὸν,

[r] Τῶν τοιούτων οὐδενὶ C C C. ad oram. alii vero οὐδενί: ut Baſ. Ven. 1. 2. N C. et C C C. inter lineas. [s] Οὐδ' ἐν poſt ἢ δεῖ legunt C C C. et El. [t] Ὀρέξεται C C C. et Vet. Interp.

niam igitur qui talis ſit, non admodum reperitur, ſuo nomine non eſt appellatus. Temperans autem in his rebus mediocriter et moderate affectus eſt: nam neque iis delectatur, quibus maximopere intemperans, ſed offenditur potius: neque omnino quibus ex rebus capienda voluptas non eſt, ex iis capit voluptatem; neque ulla re tali vehementer delectatur: neque ſi eæ res abſint, diſcruciatur: neque eas concupiſcit, aut certe moderate, neque magis quam debet, neque quo tempore non debet, neque omnino quicquam tale. Quæcunque autem ita jucunda ſunt, ut eadem ad bonam valetudinem, vel optimum corporis habitum pertineant, ea modice, et, ut debet, concupiſcit: cæteraque jucunda, quæ his non ſunt impedimento, aut quæ ab honeſto non abhorrent, aut quibus res familiaris non exhauritur: nam qui ita animo affectus eſt, is vehementius, quam par ſit, tales voluptates amplectitur: at temperans talis non eſt, ſed rectæ rationi paret atque obtemperat.

CAP. XII.

VIDETUR autem intemperantia magis, quam timiditas, ſponte ac voluntate ſuſcipi: illa enim propter vo-

τὸ δὲ φευκτόν. Καὶ ἡ μὲν λύπη ἐξίστησι καὶ φθείρει τὴν τοῦ ἔχοντος φύσιν· ἡ δὲ ἡδονὴ οὐδὲν τοιοῦτον ποιεῖ. Μᾶλλον [u] δὴ ἑκούσιον· διὸ καὶ ἐπονειδιστότερον· καὶ γὰρ ἐθισθῆναι ῥᾷον πρὸς αὐτά· πολλὰ γὰρ ἐν τῷ βίῳ τὰ τοιαῦτα· καὶ οἱ ἐθισμοὶ, ἀκίνδυνοι· ἐπὶ τῶν φοβερῶν δ' ἀνάπαλιν. Δόξειέ τ' ἂν οὐχ ὁμοίως [x] ἑκούσιον ἡ δειλία εἶναι τοῖς καθ' ἕκαστον· αὐτὴ μὲν γὰρ ἄλυπος· ταῦτα δὲ διὰ λύπην ἐξίστησιν, ὥστε καὶ τὰ ὅπλα ῥίπτειν, καὶ τὰ ἄλλα ἀσχημονεῖν· διὸ καὶ δοκεῖ βίαια εἶναι. Τῷ δ' ἀκολάστῳ ἀνάπαλιν· τὰ μὲν καθ' ἕκαστα ἑκούσια· ἐπιθυμοῦντι γὰρ καὶ ὀρεγομένῳ· τὸ δ' ὅλον, ἧττον· οὐδεὶς γὰρ ἐπιθυμεῖ ἀκόλαστος εἶναι. Τὸ δ' ὄνομα τῆς ἀκολασίας καὶ ἐπὶ τὰς παιδικὰς ἁμαρτίας φέρομεν· ἔχουσι γάρ τινα ὁμοιότητα· πότερον δὲ ἀπὸ ποτέρου καλεῖται, οὐδὲν πρὸς τὰ νῦν διαφέρει. Δῆλον δ', ὅτι τὸ ὕστερον ἀπὸ τοῦ προτέρου· οὐ κακῶς δ' ἔοικε

[u] Γρ. δέ. [x] Φευκτὸν pro ἑκούσιον legunt El. et CCC.

luptatem, hæc propter dolorem: quorum alterum optabile eſt, alterum fugiendum. Ac dolor quidem naturam ejus, qui angitur, de ſuo ſtatu deturbat, et interimit: voluptas autem nihil tale facit. A voluntate igitur magis pendet: eaque propter probroſior ac flagitioſior eſt: nam et facilius eſt rerum jucundarum mediocritati ſervandæ aſſuefieri: multa enim hujuſmodi in vita quotidiana occurrunt; et aſſueſcendi exercitatio ac meditatio periculo vacat; in rebus autem formidoloſis contra evenit. Sed aliter timiditas ſponte contrahitur, aliter res ſingulares ſponte noſtra extimeſcimus: illa enim expers doloris eſt; hæc doloris magnitudine homines exterrent, et ne ſint ipſi apud ſe, efficiunt, adeo ut arma abjiciant, aliaque ſuæ perſonæ indecora faciant: itaque videntur eſſe violentæ. Contra fit in intemperante: res enim ſingulares ſponte ab eo ſuſcipiuntur, nempe concupiſcente, atque appetente: univerſum vero genus, minus: intemperans enim eſſe cupit nemo. Nomen autem intemperantiæ etiam ad errata puerilia transferimus; ineſt enim in his quædam ſimilitudo: utrum autem ab utro ſit appellatum, ad inſtitutum noſtrum nihil refert. Perſpicuum illud quidem eſt, a priore poſterius eſſe nominatum: nec male ſane tranſlatio vide-

μετενηνέχθαι· κεκολάσθαι γὰρ δεῖ τὸ τῶν αἰσχρῶν ὀρεγόμενον, καὶ πολλὴν αὔξησιν ἔχον· τοιοῦτον δὲ μάλιστα ἡ ἐπιθυμία, καὶ ὁ παῖς· κατ' ἐπιθυμίαν γὰρ ζῶσι καὶ τὰ παιδία, καὶ μάλιστα ἐν τούτοις ἡ τοῦ ἡδέος ὄρεξις. Εἰ οὖν μὴ ἔσται εὐπειθὲς καὶ ὑπὸ τὸ ἄρχον, ἐπὶ πολὺ ἥξει· ἄπληστος γὰρ ἡ τοῦ ἡδέος ὄρεξις, καὶ πανταχόθεν τῷ ἀνοήτῳ· καὶ ἡ τῆς ἐπιθυμίας ἐνέργεια αὔξει τὸ συγγενές, κἂν μεγάλαι καὶ σφοδραὶ ὦσι, καὶ τὸν λογισμὸν ἐκκρούουσι. Διὸ δεῖ μετρίας αὐτὰς εἶναι καὶ ὀλίγας, καὶ τῷ λόγῳ μηδὲν ἐναντιοῦσθαι· τὸ δὲ τοιοῦτον, εὐπειθὲς λέγομεν καὶ κεκολασμένον· ὥσπερ [y] γὰρ τὸν παῖδα δεῖ κατὰ τὸ πρόσταγμα τοῦ παιδαγωγοῦ ζῆν, οὕτω καὶ τὸ ἐπιθυμητικὸν κατὰ τὸν λόγον. Διὸ δεῖ τοῦ σώφρονος τὸ ἐπιθυμητικὸν συμφωνεῖν τῷ λόγῳ· σκοπὸς γὰρ ἀμφοῖν τὸ καλόν· καὶ ἐπιθυμεῖ ὁ σώφρων ὧν δεῖ, καὶ ὡς δεῖ, καὶ ὅτε· οὕτω δὲ τάττει καὶ ὁ λόγος. Ταῦτ' οὖν ἡμῖν εἰρήσθω περὶ σωφροσύνης.

[y] Δὲ pro γὰρ C C C. et El.

tur eſſe facta; id enim caſtigandum et coercendum eſt, quod turpia concupiſcit, et quod impunitate amplificatur et propagatur: quales ſunt maxime cupiditas, et puer: nam etiam pueri cupiditatem tanquam vitæ ſuæ ſequuntur ducem, maximeque in his rerum jucundarum appetitio dominatur. Itaque ſi non parebit rationi, neque ſub ejus erit imperio, ſerpet et manabit latius: nam cum ſit inexplebilis rerum jucundarum appetitio, maximeque in ſtulto et amente: tum cupiditatis uſus vires ejus, quod cognatum eſt, amplificat, adeo, ut ſi magnæ ſint et vehementes cupiditates, mentem ac rationem de ſua ſede detrudere ac deturbare poſſint. Danda igitur opera eſt, ut mediocres ſint et modicæ, neque quicquam rationi adverſentur: atque hoc ipſum eſt, quod obediens et caſtigatum dicimus: ut enim puer e cuſtodis et magiſtri præſcriptione vivere; ſic et vis hæc concupiſcendi obtemperare rationi debet. Quocirca debet in viro temperante cum ratione concinere ea pars animi, quæ ad concupiſcendum valet: utrique enim propoſitum honeſtum eſt: appetitque temperans, quæ oportet, omnia, et quemadmodum, et quo tempore oportet: quæ quidem eſt etiam rationis lex atque inſtitutio. Ac de temperantia quidem hactenus.

ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ

ΗΘΙΚΩΝ ΝΙΚΟΜΑΧΕΙΩΝ

ΤΟ Δʹ.

ARISTOTELIS

ETHICORUM NICOMACHEORUM

LIB. IV.

ΚΕΦ. αʹ.

ΛΕΓΩΜΕΝ δ' ἑξῆς [1] περὶ ἐλευθεριότητος· δοκεῖ δὲ εἶναι περὶ χρήματα μεσότης· ἐπαινεῖται γὰρ ὁ ἐλευθέριος, οὐκ ἐν τοῖς πολεμικοῖς, οὐδ' ἐν οἷς ὁ σώφρων, οὐδ' αὖ ἐν ταῖς κρίσεσιν, ἀλλὰ περὶ δόσιν χρημάτων καὶ λῆψιν· μᾶλλον δ' ἐν τῇ δόσει. Χρήματα δὲ λέγομεν πάντα, ὅσων ἡ ἀξία νομίσματι μετρεῖται. Ἔστι δὲ καὶ ἡ ἀσωτία καὶ ἡ ἀνελευθερία περὶ χρήματα ὑπερβολαὶ καὶ ἐλλείψεις· καὶ τὴν μὲν ἀνελευ-

[1] Magn. Moral. lib. i. cap. 24. et Eud. lib. iii. cap. 4.

CAP. I.

DEINCEPS de liberalitate dicamus: videtur autem eſſe mediocritas in pecuniis occupata: nam laudem invenit homo liberalis, non in rebus bellicis, neque in quibus temperans, neque rurſus in judiciis; ſed in donatione et acceptione pecuniæ: veruntamen magis in donatione. Pecunias autem appellamus omnia, quorum æſtimationem metitur nummus. Jam vero aſotia (hoc eſt, profuſio aut luxuria) et illiberalitas, ſunt in pecunia nimium et parum: atque illi-

θερίαν προσάπτομεν ἀεὶ τοῖς μᾶλλον ἢ δεῖ περὶ χρήματα σπουδάζουσι· τὴν δ᾽ ἀσωτίαν ἐπιφέρομεν ἐνίοτε συμπλέκοντες [a]τοῖς ἀκολάστοις· τοὺς γὰρ ἀκρατεῖς καὶ εἰς ἀκολασίαν δαπανηροὺς, [1]ἀσώτους καλοῦμεν· διὸ καὶ φαυλότατοι δοκοῦσιν εἶναι· πολλὰς γὰρ ἅμα κακίας ἔχουσιν. Οὐ δὴ οἰκείως προσαγορεύονται· βούλεται γὰρ ἄσωτος εἶναι, ὁ ἕν τι κακὸν ἔχων, [b]τὸ φθείρειν τὴν οὐσίαν· ἄσωτος γὰρ ὁ δι᾽ αὑτὸν ἀπολλύμενος· δοκεῖ [c]δὲ ἀπώλειά τις αὐτοῦ εἶναι καὶ ἡ τῆς οὐσίας φθορὰ, ὡς τοῦ ζῆν διὰ τούτων ὄντος. Οὕτω δὴ τὴν ἀσωτίαν ἐκδεχόμεθα. Ὧν δέ ἐστι χρεία τις, ἔστι τούτοις χρῆσθαι καὶ εὖ, καὶ κακῶς· ὁ πλοῦτος δέ ἐστι τῶν χρησίμων· ἑκάστῳ δ᾽ ἄριστα χρῆται, ὁ ἔχων τὴν [d]περὶ ἕκαστον ἀρετήν· καὶ πλούτῳ δὴ χρήσεται ἄριστα, ὁ ἔχων τὴν περὶ τὰ χρήματα ἀρετήν· οὗτος δέ ἐστιν ὁ ἐλευθέριος. Χρῆσις δ᾽ εἶναι δοκεῖ χρημάτων δαπάνη καὶ δόσις· ἡ

[a] Τοῖς ἀκολάστοις abeſt a noſtris MSS. Ven. 1. 2. et Baſ. et interpretamentum eſſe videtur. [1] Vide Cic. lib. ii. De Finibus. [b] Τὸ φθεῖρον Cam. et Andr. [c] Γὰρ pro δὲ N C. [d] Περὶ τοῦτο pro περὶ ἕκαστον habet C C C.

beralitatem quidem ſemper iis aſcribimus, qui nimio pecuniarum ſtudio tenentur; aſotiam autem attribuimus interdum hominibus intemperantibus, profuſionem cum libidine contexentes: incontinentes enim, et eos, qui in libidinem atque intemperantiam ſumptus immenſos faciunt, aſotos (hoc eſt, prodigos, vel profuſos, vel luxurioſos) appellamus: quare et improbiſſimi videntur eſſe: nam multis ſimul vitiis cooperti ſunt. Non igitur proprio nomine appellantur: aſotus enim proprie is videtur eſſe, qui uno vitio affectus eſt, nimirum eo, quod rem familiarem perdat et conſumat: nam qui per ſe, ſuaque opera perit, is eſt aſotus: videtur porro exitium quoddam ſui ipſius eſſe etiam facultatum interitio, quaſi ex his tota vivendi ratio pendeat. Profuſionem igitur hoc modo accipimus. Quarum autem rerum uſus aliquis eſt, iis et recte et perperam uti liberum ac ſolutum eſt: at divitiæ in bonis utilibus numerantur: jam qui propria cujuſque rei virtute præditus eſt, is ea re optime utitur: optime igitur et divitiis utetur is, qui virtutem eam, quæ ad pecuniarum uſum pertinet, conſecutus erit: atque hic eſt liberalis. Videtur autem pecuniarum uſus eſſe, ſumptus, et donatio: ac-

δὲ λῆψις, καὶ ἡ φυλακὴ, κτῆσις μᾶλλον· διὸ μᾶλλόν ἐςι τοῦ ἐλευθερίου τὸ διδόναι οἷς δεῖ, ἢ λαμβάνειν ὅθεν δεῖ, καὶ μὴ λαμβάνειν ὅθεν οὐ δεῖ· τῆς ἀρετῆς γὰρ μᾶλλον τὸ εὖ ποιεῖν ἢ τὸ εὖ πάσχειν, καὶ τὰ καλὰ πράττειν μᾶλλον, ἢ τὰ αἰσχρὰ μὴ πράττειν. Οὐκ ἄδηλον δ', ὅτι τῇ μὲν δόσει ἕπεται τὸ εὖ ποιεῖν, καὶ τὸ καλὰ πράττειν· τῇ δὲ λήψει, τὸ εὖ πάσχειν, ἢ μὴ [e] αἰσχροποιεῖν. Καὶ ἡ χάρις τῷ διδόντι, οὐ τῷ μὴ λαμβάνοντι· καὶ ὁ ἔπαινος δὲ μᾶλλον. Καὶ ῥᾶον δὲ τὸ μὴ λαμβάνειν τοῦ [f] δοῦναι· τὸ γὰρ οἰκεῖον ἧττον προΐενται μᾶλλον, ἢ οὐ λαμβάνουσι τὸ ἀλλότριον. Καὶ ἐλευθέριοι δὲ λέγονται οἱ διδόντες· οἱ δὲ μὴ λαμβάνοντες, οὐκ εἰς ἐλευθεριότητα ἐπαινοῦνται, ἀλλ' οὐχ ἧττον εἰς δικαιοσύνην· οἱ δὲ λαμβάνοντες οὐδὲ ἐπαινοῦνται πάνυ. Φιλοῦνται δὲ σχεδὸν μάλιστα οἱ ἐλευθέριοι [g] τῶν ἀπ' ἀρετῆς· ὠφέλιμοι γάρ· τοῦτο δὲ ἐν τῇ δόσει. Αἱ δὲ

[e] Γρ. αἰσχροπραγεῖν. [f] Γρ. διδόναι. [g] Τῶν ἀπ' ἀρετῆς, puto ſubaudiri φιλουμένων potius quam ὄντων. *Lamb.* τῶν ἀπ' ἀρ. deſunt El. et C C C.

ceptio vero et cuſtodia quærentis eſt potius, quam utentis: itaque hominis liberalis eſt magis, quibus largiendum eſt, largiri, quam et a quibus accipiendum eſt, accipere, et a quibus accipiendum non eſt, non accipere: virtutis enim proprium magis eſt bene mereri, quam beneficium accipere: et res honeſtas ac præclaras gerere magis, quam turpitudinem non admittere. Minime autem illud quidem obſcurum, aut dubium eſt, quin et donationem, beneficium conferre, reſque honeſtas agere: et acceptionem, beneficio affici, aut ſe a turpibus actionibus abſtinere, comitetur. Præterea ei, qui donat, habetur gratia, non ei, qui non accipit: potiuſque laus illi, quam huic tribuitur. Tum facilius eſt non accipere, quam dare: ſuum enim quiſque minus libenter profundere vult, quam non accipere alienum. Deinde liberales dicuntur ii, qui largiuntur: qui non accipiunt autem, non liberalitatis, ſed juſtitiæ potius nomine laudantur: at qui accipiunt, non admodum ſane laudantur. Jam vero omnium hominum, qui virtutis nomine cari ſunt, maxime diliguntur liberales: nam proſunt aliis: hoc autem in donatione ſitum eſt. Actiones autem ex virtute, et honeſtæ ſunt, et honeſti gratia

κατ' ἀρετὴν πράξεις καλαὶ, καὶ τοῦ καλοῦ ἕνεκα· [h]καὶ ὁ ἐλευθέριος οὖν δώσει τοῦ καλοῦ ἕνεκα, καὶ ὀρθῶς· οἷς γὰρ δεῖ, καὶ ὅσα, καὶ ὅτε, καὶ [i]τἆλλα ὅσα ἕπεται τῇ ὀρθῇ δόσει· καὶ ταῦτα ἡδέως ἢ ἀλύπως· τὸ γὰρ κατ' ἀρετὴν ἡδὺ ἢ ἄλυπον, ἥκιστα δὲ λυπηρόν. Ὁ δὲ διδοὺς οἷς μὴ δεῖ, ἢ μὴ τοῦ καλοῦ ἕνεκα, ἀλλὰ διά τινα ἄλλην αἰτίαν, οὐκ ἐλευθέριος, ἀλλὰ ἄλλος τις ῥηθήσεται. [k]Οὐδ' ὁ λυπηρῶς· μᾶλλον γὰρ ἕλοιτ' ἂν τὰ χρήματα τῆς καλῆς πράξεως· τοῦτο δ' οὐκ ἐλευθερίου. Οὐδὲ λήψεται δὲ, ὅθεν μὴ δεῖ· οὐδὲ γάρ ἐστι τοῦ μὴ τιμῶντος τὰ χρήματα ἡ τοιαύτη λῆψις. Οὐκ ἂν εἴη δὲ, οὔτ' αἰτητικός· οὐ γάρ ἐστι τοῦ εὖ ποιοῦντος εὐχερῶς εὐεργετεῖσθαι· ὅθεν δὲ δεῖ, λήψεται· οἷον ἀπὸ τῶν ἰδίων κτημάτων, οὐχ ὡς καλὸν, ἀλλ' ὡς ἀναγκαῖον, ὅπως ἔχῃ διδόναι. Οὐδὲ ἀμελήσει τῶν ἰδίων, βουλόμενός γε διὰ τούτων τισὶν ἐπαρκεῖν. Οὐδὲ τοῖς τυχοῦσι δώσει,

h Ita Heſiodus Ἔργ. καὶ Ἡμέρ. ver. 354.

Δὼς ἀγαθή· ἅρπαξ δὲ κακή, θανάτοιο δότειρα.
Ὃς μὲν γάρ κεν ἀνὴρ ἐθέλων, ὅγε κἂν μέγα δώῃ,
Χαίρει τῷ δώρῳ, καὶ τέρπεται ὃν κατὰ θυμόν.

i Γρ. τῶν ἄλλων.

k Οὐδ' ὁ διδοὺς λυπηρῶς CCC. ὁ λυπηρὸς El. Ven. 1. et 2.

ſuſcipiuntur: dabit igitur liberalis honeſti cauſa, et recte dabit: nam et quibus dandum eſt, et quantum, et quo tempore, et cætera omnia adhibebit, quæ rectam dandi rationem conſequuntur: eaque libenter et jucunde præſtabit, aut certe non gravate: nam quod virtuti convenienter geritur, aut jucundum eſt, aut a moleſtia vacuum, moleſtum autem minime. At qui dat vel quibus dandum non eſt, vel non honeſti gratia, ſed aliqua alia cauſa impulſus, hic non eſt liberalis, ſed aliquo alio nomine appellabitur. Atque adeo ne is quidem, qui gravate dat: hic enim pecuniam honeſtis actionibus anteponet, quod minime convenit liberali. Nec vero unde non oportet, accipiet liberalis: nam hoc accipiendi genus non eſt ejus, qui pecuniam nihil æſtimat. Nec erit in poſcendo procax; non enim hominis eſt benefici, facile beneficium accipere: accipiet tamen unde debebit: verbi gratia, de ſuis bonis, et fructibus: non quod honeſtum ſit, ſed quod neceſſarium, ut habeat dandi facultatem. Nec ſuam rem familiarem negliget, quippe qui velit ex hac aliquibus commodare, eiſque ſuppeditare, quæ deſiderant. Neque qui-

ἵνα ἔχῃ διδόναι οἷς δεῖ, καὶ ὅτε, καὶ [l] οὗ καλόν. Ἐλευθερίου δέ ἐστι σφόδρα καὶ τὸ ὑπερβάλλειν ἐν τῇ δόσει, ὥστε καταλείπειν ἑαυτῷ ἐλάττω· [m] τὸ γὰρ μὴ ἐπιβλέπειν ἐφ' ἑαυτὸν, ἐλευθερίου. Κατὰ τὴν οὐσίαν δ' ἡ ἐλευθεριότης λέγεται· οὐ γὰρ ἐν τῷ πλήθει τῶν διδομένων τὸ ἐλευθέριον, ἀλλ' ἐν τῇ τοῦ διδόντος ἕξει· αὕτη δὲ κατὰ τὴν οὐσίαν δίδωσιν. Οὐθὲν δὲ κωλύει ἐλευθεριώτερον εἶναι τὸν τὰ ἐλάττω διδόντα, ἐὰν ἀπὸ ἐλαττόνων διδῷ. [n] Ἐλευθεριώτεροι δὲ εἶναι δοκοῦσιν οἱ μὴ κτησάμενοι, ἀλλὰ παραλαβόντες τὴν οὐσίαν· ἄπειροί τε γὰρ τῆς ἐνδείας· καὶ πάντες ἀγαπῶσι μᾶλλον τὰ αὑτῶν ἔργα, ὥσπερ οἱ γονεῖς καὶ οἱ ποιηταί. Πλουτεῖν δ' οὐ ῥᾴδιον τὸν ἐλευθέριον, μήτε ληπτικὸν ὄντα, μήτε φυλακτικὸν, προετικὸν δὲ, καὶ μὴ τιμῶντα [o] δι' αὐτὰ τὰ χρήματα, ἀλλ' ἕνεκα τῆς

l Ὅπου pro οὗ C C C. et El. m Τὸ γὰρ μὴ πρὸς τὴν οἰκείαν χρείαν ὁρᾷν τῆς μεγίστης ἐλευθεριότητος σημεῖόν ἐστιν: *Utilitatem quippe ſuam negligere, maximæ liberalitatis ſignum eſt.* Andr. n In hunc ſenſum ſunt verba Socratis ad Cephalum Plat. lib. i. De Republ. Ἐμοὶ ἔδοξας οὐ σφόδρα ἀγαπᾷν τὰ χρήματα· τοῦτο δὲ ποιοῦσιν ὡς τὸ πολὺ οἳ ἂν μὴ αὐτοὶ κτήσωνται· οἱ δὲ κτησάμενοι, διπλῇ ἢ οἱ ἄλλοι ἀσπάζονται αὐτά. Ὥσπερ γὰρ οἱ ποιηταὶ τὰ αὑτῶν ποιήματα, καὶ οἱ πατέρες τοὺς παῖδας ἀγαπῶσι, ταύτῃ τε δὴ καὶ οἱ χρηματισάμενοι, περὶ τὰ χρήματα σπουδάζουσιν, ὡς ἔργον ἑαυτῶν, καὶ κατὰ τὴν χρείαν, ἧπερ οἱ ἄλλοι. Χαλεποὶ οὖν καὶ ξυγγενέσθαι εἰσὶν, οὐδὲν ἐθέλοντες ἐπαινεῖν ἀλλ' ἢ τὸν πλοῦτον. o Γρ. δι' αὐτόν.

buſlibet largietur, ut ſuppetat ei quod largiri poſſit, quibus oportet, et quo tempore, et ubi honeſtum eſt. Magnopere autem proprium eſt hominis liberalis, ita in dando modum ſuperare, ut ſibi pauciora relinquat: nam ſui rationem non habere, liberalis eſt. Jam vero ex facultatibus et penditur et appellatur liberalitas: non enim in multitudine eorum, quæ dantur, ſed in habitu ejus, qui dat, ſita vis eſt liberalitatis: hic autem dat pro facultatibus. Nihil ergo prohibet eum eſſe liberaliorem, qui pauciora donet, ſi modo ex paucioribus donet. Videntur porro liberaliores eſſe, qui ſuas facultates non quæſiverunt, ſed ab aliis partas acceperunt: egeſtatis enim incommodum non ſunt experti: præterea ſua cuique facta ſunt cariora, ut parentibus et poetis. Difficile eſt autem liberalem divitem eſſe, quippe qui nec ad accipiendum ſit attentus, nec ad cuſtodiendum pertinax, ſed ad profundendum facilis ac paratus, et pecuniam non propter ſe ſed beneficii conferendi cauſa, magni æſtimans. Idcirco et vulgus cri-

δόσεως. Διὸ καὶ [p]ἐγκαλεῖται τῇ τύχῃ, ὅτι οἱ μάλιστα ἄξιοι ὄντες ἥκιστα πλουτοῦσι. Συμβαίνει δὲ οὐκ ἀλόγως τοῦτο· οὐ γὰρ οἷόν τε χρήματ' ἔχειν, μὴ ἐπιμελούμενον, ὅπως ἔχῃ· ὥσπερ οὐδὲ ἐπὶ τῶν ἄλλων. [q]Οὐ μὴν δώσει γε οἷς οὐ δεῖ, οὐδ' ὅτε μὴ δεῖ, οὐδ' ὅσα ἄλλα τοιαῦτα· οὐ γὰρ ἂν ἔτι πράττοι κατὰ τὴν ἐλευθεριότητα· καὶ εἰς ταῦτα ἀναλώσας, οὐκ ἂν ἔχοι εἰς ἃ δεῖ ἀναλίσκειν· ὥσπερ γὰρ εἴρηται, ἐλευθέριός ἐστιν ὁ κατὰ τὴν οὐσίαν δαπανῶν, καὶ εἰς ἃ δεῖ· ὁ δὲ ὑπερβάλλων, ἄσωτος. [r]Διὸ τοὺς τυράννους οὐ λέγομεν ἀσώτους· τὸ γὰρ πλῆθος τῆς κτήσεως οὐ δοκεῖ ῥᾴδιον εἶναι ταῖς δόσεσι καὶ ταῖς δαπάναις ὑπερβάλλειν. Τῆς ἐλευθεριότητος δὴ μεσότητος οὔσης περὶ χρημάτων δόσιν καὶ λῆψιν, ὁ ἐλευθέριος καὶ δώσει καὶ δαπανήσει εἰς ἃ δεῖ, καὶ ὅσα δεῖ, ὁμοίως ἐν μικροῖς καὶ μεγάλοις· καὶ ταῦτα ἡδέως. Καὶ λήψεται ὅθεν δεῖ, καὶ ὅσα δεῖ· τῆς ἀρετῆς γὰρ περὶ ἄμφω οὔσης μεσότητος, ποιήσει ἀμφότερα ὡς

[p] Γρ. ἐγκαλεῖται ἡ τύχη. [q] Γρ. οὐ μέν. [r] Διὰ τοῦτο τοὺς τυράννους οὐ λέγομεν ἀσώτους, καί τοι πολλὰ καὶ ἄμετρα διδόντας. Andr.

minari fortunam ſolet, quod minime omnium divites ſunt, qui divitiis et copiis rei familiaris ſunt digniſſimi. Sed hoc non temere contingit: neque enim fieri poteſt, ut pecuniis abundet is, qui nullam diligentiam, ut pecunioſus ſit, adhibet: quemadmodum neque quicquam aliud ſine ſtudio ac diligentia comparatur. Non tamen aut quibus non debet, aut quo tempore non debet, aut cæteris id genus honeſti formulis neglectis, dabit: non enim jam liberalitati convenienter ageret: et, ſi ſumptum in hæc faceret, unde impenderet in ea, quæ ſumptum deſiderant, non haberet: eſt enim is liberalis (ut diximus) qui et pro facultatibus, et quas in res oportet, ſumptum facit: qui autem modum tranſit, aſotus. Itaque reges, aſotos dicere non ſolemus: rerum enim, quas poſſident, vim et copiam, non videtur eſſe facile donationibus et ſumptibus ſuperare. Quoniam igitur liberalitas, mediocritas eſt, quæ in dandis et accipiendis pecuniis vertitur: largietur et impendet liberalis in eas res, in quas debet, et quantum debet, non aliter in parvis, quam in magnis; atque hæc faciet libenter et jucunde. Præterea unde et quantum accipere debet, accipiet: nam cum virtus hæc

δεῖ· ἕπεται γὰρ τῇ ἐπιεικεῖ δόσει ἡ τοιαύτη λῆψις· ἡ δὲ μὴ τοιαύτη, ἐναντία ἐστίν. Αἱ μὲν οὖν ἑπόμεναι, γίγνονται ἅμα ἐν τῷ αὐτῷ· αἱ δὲ ἐναντίαι, δῆλον ὡς οὔ. Ἐὰν δὲ παρὰ τὸ δέον καὶ τὸ καλῶς ἔχον συμβαίνῃ αὐτῷ ἀναλίσκειν, [s] λυπηθήσεται, μετρίως δὲ, καὶ ὡς δεῖ· τῆς ἀρετῆς γὰρ καὶ ἥδεσθαι καὶ λυπεῖσθαι ἐφ' οἷς δεῖ, καὶ ὡς δεῖ. Καὶ εὐκοινώνητος δ' ἐστὶν ὁ ἐλευθέριος εἰς χρήματα· δύναται [t] γὰρ ἀδικεῖσθαι, μὴ τιμῶν γε τὰ χρήματα· [u] καὶ μᾶλλον ἀχθόμενος, εἴ τι δέον μὴ ἀνάλωσεν, ἢ λυπούμενος, εἰ μὴ δέον τι ἀνάλωσε· καὶ [x] τῷ Σιμωνίδῃ οὐκ ἀρεσκόμενος. Ὁ δ' ἄσωτος καὶ ἐν τούτοις διαμαρτάνει· οὔτε γὰρ ἥδεται ἐφ' οἷς δεῖ, οὔτε ὡς δεῖ· οὔτε λυπεῖ-

[s] Γρ. λυπήσεται. [t] Οὖν pro γὰρ Zuing. habet. [u] Τὸ μὲν γὰρ δαπανῆσαί ποτε παρὰ τὸ δέον, περὶ χρήματά ἐστιν ἡ ζημία, καὶ οὐ τοσοῦτον λυπεῖ τὸν ἐλευθέριον· τὸ δὲ μὴ εἰς τὸ δέον δαπανῆσαι, περὶ τὸ δέον καὶ τὴν ἀρετὴν ἡ ζημία γίνεται· καὶ διὰ τοῦτο μᾶλλον λυπεῖ· ὥστε οὐδὲ τὴν Σιμωνίδου δέχεται παραίνεσιν, τἀναντία ὑποτιθεμένου. *Nam cum aliquid, quod non necesse est, consumpserit, pecuniarum damnum patitur, quod non ita tangit liberalem; at si aliquid, ubi necesse est, non consumpserit, in officio peccat, ideoque hoc virtutis damnum est: ac propterea magis dolet: quare nec Simonidis admittit consilium, qui contra suadet.* Andr. [x] De Simonidis poetæ sordibus hæc scribit Plutarch. in lib. εἰ πρεσβυτέρῳ πολιτευτέον. Σιμωνίδης ἔλεγε πρὸς τοὺς ἐγκαλοῦντας αὐτῷ φιλαργυρίαν, ὅτι τῶν ἄλλων ἀπεστερημένος διὰ τὸ γῆρας ἡδονῶν, ὑπὸ μιᾶς ἔτι γηροβοσκεῖται τῆς ἀπὸ τοῦ κερδαίνειν. *Simonides eum ob avaritiam culpantibus respondit, se per senectutem reliquis spoliatum voluptatibus, unica lucrandi oblectatione gravem recreare ætatem.* Vide ejusdem lib. περὶ τῶν ὑπὸ θείου βραδέως τιμωρουμένων. Athen. lib. xiv. et Stob. λόγῳ η'.

mediocritas sit ad utrumque pertinens, utrumque, quemadmodum debet, administrabit: bonam enim donationem similis consequitur acceptio: quæ autem similis non est, contraria est. Quæ igitur se mutuo consequuntur, simul in eodem inesse possunt: contrarias in eodem inesse non posse, perspicuum est. Quod si ei evenerit, ut contra atque oporteat, aut præter honestum, sumptum faciat, ægre feret ille quidem, sed modice, et quemadmodum debet: virtutis est enim, et quibus rebus, et quomodo lætandum et dolendum est, lætari ac dolere. In re autem pecuniaria facilem se ac commodum præbet liberalis: quoniam igitur pecuniam contemnit, ad accipiendum injuriam expositus est: magis tamen gravatur, se, cum res postularet, sumptum non fecisse, quam, cum facere non oporteret, fecisse, moleste fert: neque ei probatur Simonides. Prodigus autem etiam in his offendit: nam neque gaudet, neque dolet quibus, aut quomodo debet: quod ex iis, quæ

Affable.

ται· ἔσται δὲ προϊοῦσι φανερώτερον. Εἴρηται δ' ἡμῖν ὅτι ὑπερβολαὶ καὶ ἐλλείψεις εἰσὶν, ἡ ἀσωτία καὶ ἡ ἀνελευθερία· καὶ ἐν δυσὶν, ἐν δόσει καὶ λήψει· καὶ τὴν δαπάνην γὰρ εἰς τὴν δόσιν τίθεμεν. Ἡ μὲν οὖν ἀσωτία, τῷ διδόναι καὶ μὴ λαμβάνειν ὑπερβάλλει, τῷ δὲ λαμβάνειν ἐλλείπει· ἡ δὲ ἀνελευθερία, τῷ διδόναι μὲν ἐλλείπει, τῷ λαμβάνειν δ' ὑπερβάλλει, [y] πλὴν ἐπὶ μικροῖς. Τὰ μὲν οὖν τῆς ἀσωτίας οὐ πάνυ [z] συνδυάζεται· οὐ γὰρ ῥᾴδιον μηδαμόθεν λαμβάνοντα, πᾶσι διδόναι· ταχέως γὰρ ἐπιλείπει ἡ οὐσία τοὺς διδόντας ἰδιώτας· οἵπερ καὶ δοκοῦσιν ἄσωτοι εἶναι. [a] Ἐπεὶ ὅγε τοιοῦτος [b] δόξαι ἂν οὐ μικρῷ βελτίων εἶναι τοῦ ἀνελευθέρου· εὐίατός τε γάρ ἐστι καὶ

[y] Lambinus τὸ πλὴν vertit *præterquam:* ſed, ni fallor, male. Pro nobis aperte facit Euſtrat. cujus hæc ſunt verba: *πλὴν ἐπὶ μικροῖς, οὗτοι ἐπονείδιστοί εἰσιν, οἷον καὶ οἱ μικροκλέπται καλούμενοι· οἱ γὰρ ἐν τῷ τὰ μεγάλα λαμβάνειν ὑπερβάλλοντες, οἷοί εἰσι καὶ οἱ τύραννοι, ἄπληστοι, καὶ πλεονέκται, καὶ ἄδικοι, καὶ ἀσεβεῖς, οὐκ ἀνελεύθεροι καλοῦνται. Cæterum in parvis rebus, cujuſmodi ſunt, qui parvos quæſtus ſordide conquirunt, paucorumque compilatores ac raptores dicuntur: nam qui in magnis accipiendis excedunt, quales ſunt tyranni, inſatiabiles potius, alienorum uſurpatores, et injuſti, atque impii, quam illiberales dicuntur.* [z] Nam cum aſotiæ ſit proprium, multa largiri et nihil accipere; certe ſi profundat, et nihil accipiat, ad extremam redigetur inopiam; neque duæ iſtæ actiones diu conjunctæ manebunt, ſed cito decoxerit hunc in modum aſotus. Inquit igitur Ariſt. actiones aſoti geminæ non admodum conjunguntur, hoc eſt, raro ſimul in uno eodemque reperiuntur, quoniam plerumque cum actione profuſe largiendi conjungitur actio a quibuſvis per fas nefaſque accipiendi. Sunt alii (ut Ven. 1. 2. Baſ. El. et N C.) qui legunt *οὐ πάνυ συναύξεται,* hoc eſt, aſotia, cum diu durare nequeat propter immodicam profuſionem, certe multum augeri et altas radices agere non poterit. *Zuing. συνδιασώζεται, una conſervantur,* in quibuſdam legi admonet Turnebus. [a] Ἐπειθ' ὅγε Zuing. [b] Γρ. δόξειεν.

poſterius dicentur a nobis, planum fiet. Atque hoc quidem jam diximus, profuſionem et illiberalitatem, nimium eſſe et parum: idque utrumque in duobus conſiſtere, in donando ſcilicet, et accipiendo: nam et ſumptum in genere donationis locamus. Ac profuſio quidem donando, et non accipiendo modum ſuperat, accipiendo autem deſerit: illiberalitas vero donando modum deſerit, accipiendo ſuperat, tamen in parvis. Ea igitur, quæ profuſionis propria ſunt, non admodum copulantur, neque una augeſcunt: non enim facile eſt eum, qui a nemine accipiat, omnibus donare: nam celeriter deficiunt eos facultates, qui cum ſint privati, plus æquo largiuntur: qui quidem et aſoti videntur eſſe. Deinde hic talis videtur non paulò melior eſſe avaro: facile enim poteſt ad ſanitatem reverti et

ὑπὸ τῆς ἡλικίας, καὶ ὑπὸ τῆς ἀπορίας, καὶ ἐπὶ τὸ μέσον δύναται ἐλθεῖν· ἔχει γὰρ τὰ τοῦ ἐλευθερίου· καὶ γὰρ δίδωσι, καὶ οὐ λαμβάνει· οὐδέτερον δ' ὡς δεῖ, οὐδ' εὖ. Εἰ δὴ τοῦτο ἠθισθείη, ἤ πως ἄλλως μεταβάλλοι, εἴη ἂν ἐλευθέριος· δώσει γὰρ οἷς δεῖ, καὶ οὐ λήψεται ὅθεν οὐ δεῖ. Διὸ καὶ δοκεῖ οὐκ εἶναι φαῦλος τὸ ἦθος· οὐ γὰρ μοχθηροῦ, οὐδὲ ἀγεννοῦς, τὸ ὑπερβάλλειν διδόντα καὶ μὴ λαμβάνοντα· ἠλιθίου δέ. Ὁ δὲ τοῦτον τὸν τρόπον ἄσωτος, πολὺ δοκεῖ βελτίων τοῦ ἀνελευθέρου εἶναι, διά τε τὰ εἰρημένα, καὶ ὅτι ὁ μὲν ὠφελεῖ πολλοὺς, ὁ δὲ οὐθένα· ἀλλ' οὐδὲ αὐτόν. Ἀλλ' οἱ πολλοὶ τῶν ἀσώτων, καθάπερ εἴρηται, καὶ λαμβάνουσιν ὅθεν μὴ δεῖ, καί εἰσι κατὰ τοῦτο ἀνελεύθεροι. Ληπτικοὶ δὲ γίνονται, διὰ τὸ βούλεσθαι μὲν ἀναλίσκειν, [c] εὐχερῶς δὲ τοῦτο ποιεῖν μὴ δύνασθαι· ταχὺ γὰρ ἐπιλείπει αὐτοὺς τὰ ὑπάρχοντα. Ἀναγκάζονται οὖν ἑτέρωθεν πορίζειν· ἅμα δὲ καὶ διὰ τὸ μηθὲν τοῦ καλοῦ φροντίζειν,

[c] Εὐχερῶς δὲ τοῦτο μὴ ποιεῖν legunt Andr. El. et C C C. et δύνασθαι omittunt.

ætatis maturitate correctus, et inopia coactus: potest etiam ad mediocritatem pervenire: in eo enim insunt ea omnia, quæ conveniunt liberali; nam et donat, et non accipit: sed neutrum neque ut debet, neque bene. Quod si huic rei assuescat, aut aliqua alia ratione immutetur, jam fit liberalis: nam et quibus erit dandum, dabit, neque unde accipere nefas erit, accipiet. Itaque non male moratus esse videtur: non enim improbi, neque humilis aut degeneris hominis est, sed stulti potius, largiendo et non accipiendo modum superare. Qui autem hoc modo prodigus est, is avaro multo melior videtur esse, cum propter eas causas, quas diximus, tum quod hic juvat multos, ille neminem, atque adeo ne se ipsum quidem. Sed plerique prodigi, quemadmodum a nobis dictum est, et unde non debent, accipiunt, et eo ipso sunt illiberales. Efficiuntur autem ad accipiendum faciles ac propensi, propterea quod cum sumptus facere velint, hoc assequi non facile possunt: nam cito deficiunt eos rei familiaris copiæ. Aliunde igitur, quam de suo, largiri aliis et suppeditare coguntur: simulque quia nullam honesti rationem ducunt, sine religione, nulloque discrimine undique corradunt:

ὀλιγώρως καὶ πάντοθεν λαμβάνουσι· διδόναι γὰρ ἐπιθυμοῦσι· τὸ δὲ πῶς, ἢ πόθεν, οὐθὲν αὐτοῖς διαφέρει. Διόπερ οὐδὲ ἐλευθέριοι αἱ δόσεις αὐτῶν εἰσιν· οὐ γὰρ καλαί, οὐδὲ τούτου αὐτοῦ ἕνεκα, οὐδὲ ὡς δεῖ· ἀλλ' ἐνίοτε οὓς δεῖ πένεσθαι, τούτους πλουσίους ποιοῦσι, καὶ τοῖς μὲν μετρίοις τὰ ἤθη, οὐδὲν ἂν δοῖεν, τοῖς δὲ [d] κόλαξιν, ἤ τινα ἄλλην ἡδονὴν πορίζουσι, πολλά. Διὸ καὶ ἀκόλαστοι αὐτῶν εἰσιν οἱ πολλοί· εὐχερῶς γὰρ ἀναλίσκοντες, καὶ εἰς τὰς ἀκολασίας δαπανηροί εἰσι· καὶ διὰ τὸ μὴ πρὸς τὸ καλὸν ζῆν, πρὸς τὰς ἡδονὰς ἀποκλίνουσιν. Ὁ μὲν οὖν ἄσωτος ἀπαιδαγώγητος γενόμενος, εἰς ταῦτα μεταβαίνει· τυχὼν δ' ἐπιμελείας, εἰς τὸ μέσον καὶ τὸ δέον ἀφίκοιτ' ἄν. Ἡ δ' ἀνελευθερία ἀνίατός ἐστι· δοκεῖ γὰρ τὸ γῆρας καὶ πᾶσα ἀδυναμία ἀνελευθέρους ποιεῖν· καὶ συμφυέστερον τοῖς ἀνθρώποις τῆς ἀσωτίας· οἱ γὰρ πολλοὶ φιλοχρήματοι μᾶλλον, ἢ δοτικοί. Καὶ διατείνει δὲ ἐπιπολύ, καὶ πολυειδές ἐστι· πολλοὶ γὰρ τρόποι δοκοῦσι τῆς ἀνελευθερίας εἶναι· ἐν δυσὶ γὰρ οὖσα, τῇ

[d] Κολάζουσιν El.

largiendi enim cupiditate flagrant: quomodo, aut unde largiantur, ſuſque deque habent. Quare ne liberales quidem ſunt eorum donationes: nam nec honeſtæ ſunt, nec honeſti cauſa fiunt, nec ut par eſt: ſed interdum quos homines oporteat in paupertate ætatem agere, hos collocupletant: et cum iis, qui temperatis et probatis ſint moribus, nihil donent, in aſſentatores, aliarumve voluptatum miniſtros, multa largiter effundunt. Itaque et plerique eorum ſunt intemperantes: nam cum facile impendant, etiam in res obſcœnas, et ab intemperantia natas, ſumptuoſi ſunt: et quia vitam ſuam honeſti regula non dirigunt, ad voluptates propenſiores evadunt. Prodigus igitur ſi cuſtode et magiſtro careat, in hæc delabitur: alicujus autem cura et diligentia nixus, ad mediocritatem, et ad id, quod oportet, perveniat. Illiberalitas autem atque avaritia, inſanabilis eſt: videtur enim ſenectus et omnis imbecillitas illiberales efficere: eaque magis in hominibus innaſcitur, quam profuſio: nam plerique omnes pecuniæ ſtudio ducuntur potius, quam ad largiendum prompti ſunt. Tum etiam latiſſime manat, et eſt multiplex: multa enim genera multique modi avaritiæ videntur eſſe: cum enim in

τε ἐλλείψει τῆς δόσεως, καὶ τῇ ὑπερβολῇ τῆς λήψεως, οὐ πᾶσιν ὁλόκληρος παραγίνεται, ἀλλ' ἐνίοτε χωρίζεται· καὶ οἱ μὲν τῇ λήψει ὑπερβάλλουσιν, οἱ δὲ τῇ δόσει ἐλλείπουσιν. [1]Οἱ μὲν γὰρ ἐν ταῖς τοιαύταις προσηγορίαις, οἷον φειδωλοὶ, γλίσχροι, κίμβικες, πάντες τῇ δόσει ἐλλείπουσι· τῶν δὲ ἀλλοτρίων οὐκ ἐφίενται, οὐδὲ βούλονται λαμβάνειν, οἱ μὲν διά τινα ἐπιείκειαν καὶ εὐλάβειαν τῶν αἰσχρῶν· δοκοῦσι γὰρ ἔνιοι, ἢ φασί γε διὰ τοῦτο φυλάττειν, ἵνα μή ποτε ἀναγκασθῶσιν αἰσχρόν τι πρᾶξαι. Τούτων δὲ καὶ ὁ κυμινοπρίστης, καὶ πᾶς ὁ τοιοῦτος, ὠνόμασται δὲ ἀπὸ τῆς ὑπερβολῆς τοῦ μηθενὶ ἂν δοῦναι. Οἱ δ' αὖ διὰ φόβον ἀπέχονται τῶν ἀλλοτρίων, ὡς οὐ ῥᾴδιον τὸ αὐτὸν μὲν τὰ ἑτέρων λαμβάνειν, τὰ δὲ αὐτοῦ ἑτέρους μή. Ἀρέσκει οὖν αὐτοῖς, τὸ μήτε λαμβάνειν, μήτε διδόναι. Οἱ δ' αὖ κατὰ τὴν λῆψιν ὑπερβάλλουσι τῷ πάντοθεν λαμβάνειν καὶ πᾶν· οἷον οἱ τὰς ἀνελευθέρους ἐργασίας ἐργαζόμενοι, καὶ πορνοβοσκοὶ, καὶ πάντες οἱ τοιοῦτοι, καὶ τοκισταὶ, [f]καὶ τὰ μικρὰ ἐπὶ

[1] Vide Magn. Moral. lib. i. cap. 25.

[f] Καὶ ἐπὶ μικρῷ, καὶ ἐπὶ πολλῷ, legendum ſuſpicabar: nunc video ita et Vet. Interp. legere. Igitur *ſive parvo ſive ma-*

duabus rebus vertatur, et in dando infra modum, et in ſupra modum accipiendo, haudquaquam integra ineſt in omnibus, ſed interdum divellitur ac ſejungitur; aliique reperiuntur, qui accipiendo modum ſuperant, alii qui dando deferunt. Nam in quos quadrant tales appellationes, verbi gratia, parci, tenaces, ſordidi; omnes hi in largiendo modum deferunt: ſed aliena nec appetunt, nec accipere volunt, alii quidem æquitate et bonitate quadam, rerumque turpium cavendarum ſtudio adducti: videntur enim nonnulli, aut certe dicunt, ſe idcirco ſua ſervare ac tenere, ut ne quid aliquando turpe admittere cogantur. Horum in numero eſt et cuminiſector, et quiſquis talis eſt, qui ex eo nomen traxit, quod ſupra modum a dando abhorreat. Alii autem metu deterriti ſe a rebus alienis abſtinent, proinde quaſi non ſit facile, eum, qui aliena tollat, ſua ab aliis intacta retinere. Placet igitur eis neque ab aliis accipere, neque aliis dare. Alii rurſus in accipiendo ſunt nimii, quia undique et quidlibet accipiunt: quales ſunt ii, qui illiberales operas præſtant, ſordidaſque artes exercent, et lenones, et omnes hujus notæ homines, et fœ-

πολλῷ· πάντες γὰρ οὗτοι ὅθεν οὐ δεῖ λαμβάνουσι, καὶ ὁπόσον οὐ δεῖ. Κοινὸν δ' ἐπ' αὐτοῖς ἡ αἰσχροκέρδεια φαίνεται· πάντες γὰρ ἕνεκα κέρδους, καὶ τούτου μικροῦ, ὀνείδη ὑπομένουσι. Τοὺς γὰρ τὰ μεγάλα, [g]μὴ ὅθεν δεῖ, λαμβάνοντας, μηδὲ ἃ δεῖ, [h]οὐδὲ λέγομεν ἀνελευθέρους, οἷον τοὺς τυράννους, πόλεις πορθοῦντας καὶ ἱερὰ συλῶντας, ἀλλὰ πονηροὺς μᾶλλον, καὶ ἀσεβεῖς, καὶ ἀδίκους. Ὁ μέν τοι κυβευτὴς, καὶ ὁ λωποδύτης, καὶ ὁ λῃστὴς, τῶν ἀνελευθέρων εἰσίν· αἰσχροκερδεῖς γάρ· κέρδους γὰρ ἕνεκα ἀμφότεροι πραγματεύονται, καὶ ὀνείδη ὑπομένουσι· καὶ οἱ μὲν κινδύνους τοὺς μεγίστους, ἕνεκα τοῦ λήμματος· οἱ δὲ ἀπὸ τῶν φίλων κερδαίνουσιν, οἷς δεῖ διδόναι. Ἀμφότεροι δὴ ὅθεν οὐ δεῖ κερδαίνειν βουλόμενοι, αἰσχροκερδεῖς· καὶ πᾶσαι δὴ αἱ τοιαῦται λήψεις ἀνελεύθεροι. Εἰκότως δὲ τῇ ἐλευθεριότητι ἀνελευθερία ἐναντίον λέγεται· μεῖζόν τε γάρ ἐστι κακὸν τῆς

gno fœnore pecuniam ſuam locet aliquis, ſordidus et turpis lucri cupidus habendus eſt. *Mur.* Huic opinioni favet El. qui legit καὶ ἐπὶ πολλῷ. Eorum, qui pro recepta lectione contendunt, alii ſubintelligi volunt διδόντες, ut ſenſus ſit: et *qui res dant parvas, magnam mercedem accepturi:* alii vero λαμβάνοντες, ut ſignificet, et *qui magno pretio* (ſc. dignitatis et famæ damno) *parva accipiunt.* Hujuſmodi ſunt ſcurræ, cæterique turpis artificii homines. Vide Zuing. et Vict. [g] Μὴ ὅθεν δὲ δεῖ noſtri MSS. [h] Οὐ λέγομεν N C. et Ven. 1. 2.

neratores, et ii, quibus exiguum lucrum magna mercede conſtat: hi enim omnes a quibus non debent, et quantum non debent, auferunt. Communis autem eorum videtur eſſe lucri turpitudo: omnes enim propter quæſtum, eumque exiguum, turpitudinem ac dedecus ſubeunt. Nam qui magna, et a quibus, et quæ non debent, auferunt, quales ſunt tyranni, qui urbes evertunt, templaque expilant; eos non avaros, ſed improbos potius, et impios, et injuſtos dicimus. Jam aleator, et graſſator, qui obvios ſpoliat, et latro, in numero illiberalium ſunt habendi: nam turpem quæſtum conſectantur: quæſtus enim cauſa utrique in negotio verſantur, et dedecora ignominiaſque perferunt: atqui hi quidem lucri gratia maximis in periculis verſantur; illi ab amicis, quibus donare debebant, lucrum faciunt. Utrique igitur, quoniam ab iis, a quibus non debent, lucrum captant, turpis quæſtus ſtudioſi dicendi ſunt: omneſque tales accipiendi rationes et viæ ſunt illiberales. Merito autem illiberalitas liberalitati contraria eſſe dicitur: nam cum malum ſit profuſione majus, tum facilius ac

ἀσωτίας, καὶ μᾶλλον ἐπὶ ταύτην ἁμαρτάνουσιν, ἢ κατὰ τὴν λεχθεῖσαν ἀσωτίαν. Περὶ μὲν οὖν ἐλευθεριότητος καὶ τῶν ἀντικειμένων κακιῶν, τοσαῦτ' εἰρήσθω.

ΚΕΦ. βʹ.

ΔΟΞΕΙΕ[i] δ' ἂν ἀκόλουθον εἶναι καὶ περὶ μεγαλοπρεπείας διελθεῖν· δοκεῖ γὰρ καὶ αὐτὴ περὶ χρήματά τις ἀρετὴ εἶναι· οὐχ ὥσπερ δ' ἡ ἐλευθεριότης διατείνει περὶ πάσας τὰς ἐν χρήμασι πράξεις, ἀλλὰ περὶ [k]τὰς δαπανηρὰς μόνον. Ἐν τούτοις δ' ὑπερέχει τῆς ἐλευθεριότητος μεγέθει· καθάπερ γὰρ τοὔνομα αὐτὸ ὑποσημαίνει, ἐν μεγέθει πρέπουσα δαπάνη ἐστί. Τὸ δὲ μέγεθος πρός τι· οὐ γὰρ τὸ αὐτὸ δαπάνημα τριηράρχῳ καὶ [l]ἀρχιθεώρῳ. Τὸ πρέπον δὴ πρὸς αὐτὸν, καὶ ἐν ᾧ, [m]καὶ ἅ. Ὁ δὲ ἐν μικροῖς ἢ ἐν μετρίοις κατ' ἀξίαν δαπανῶν, οὐ λέγεται μεγαλοπρεπής· οἷον τό,

—[n]πολλάκι δόσκον ἀλήτῃ·

[i] Γρ. δόξαι. [k] Τὰ δαπανηρὰ forte, præcipue cum addat ἐν τούτοις. *Muret.* [l] Ἀρχιθεωρῷ Baſ. et Ven. 1. ſervato accentu ſimplicis vocabuli θεωρός. Noſtrum accentum tueri poſſumus aliis ſimilibus, ut ſunt ἀρχίατρος, ἀρχιστράτηγος. *Sylb.* [m] Γρ. περὶ ἅ. περὶ ὅ El. et C C C. Hæc lectio Mureto placuit, qui vult ἐν ᾧ καὶ περὶ ὅ, ἐκ παραλλήλου dici. [n] Verba ſunt Ulyſſis ſtipem ab Antinoo petentis. Odyſſ. ρʹ. ver. 420.

ſæpius in hac, quam in illa, quam diximus, profuſione homines offendunt. Ac de liberalitate quidem, iiſque vitiis, quæ cum ea pugnant, hactenus.

CAP. II.

SEQUITUR ut et de magnificentia differamus: nam ea quoque virtus quædam videtur eſſe in pecuniis occupata: verum non, ut liberalitas, ad omnes pecuniarias actiones, ſed ad ſumptuarias duntaxat pertinet. In his autem liberalitatem magnitudine ſuperat: nam ut nomen ipſum ſubindicat, ſumptus eſt in rebus amplis et magnis decorus. Magnitudo autem ad aliquid refertur: neque enim ſumptus idem trierarchum decet, et ſpectaculorum præfectum. Decorum igitur et perſonæ, quæ impendit, et rei in quam impendit, et pecuniæ quæ impenditur, ſpectatur. Qui autem ſumptus facit in res parvas, vel mediocres pro earum rerum dignitate, is non dicitur magnificus: ut qui dicebat,

—mendicoque vago dare ſæpe ſolebam:

ἀλλ' ὁ ἐν μεγάλοις, οὗτος· ὁ μὲν γὰρ μεγαλοπρεπὴς, ἐλευθέριος· ὁ δὲ ἐλευθέριος, οὐθὲν μᾶλλον μεγαλοπρεπής. Τῆς τοιαύτης δ' ἕξεως ἡ μὲν ἔλλειψις, μικροπρέπεια καλεῖται· ἡ δ' ὑπερβολὴ, βαναυσία καὶ ἀπειροκαλία· καὶ ὅσαι τοιαῦται οὐχ ὑπερβάλλουσαι τῷ μεγέθει περὶ ἃ δεῖ, ἀλλ' ἐν οἷς οὐ δεῖ, λαμπρυνόμεναι. Ὕστερον δὲ περὶ αὐτῶν ἐροῦμεν. Ὁ δὴ μεγαλοπρεπὴς, ἐπιστήμονι ἔοικε· τὸ πρέπον γὰρ δύναται θεωρῆσαι, καὶ δαπανῆσαι μεγάλα ἐμμελῶς· ὥσπερ γὰρ ἐν ἀρχῇ εἴπομεν, ἡ ἕξις ταῖς ἐνεργείαις ὁρίζεται, καὶ ὧν ἐστιν. [o]Αἱ δὴ τοῦ μεγαλοπρεποῦς δαπάναι, μεγάλαι καὶ πρέπουσαι· τοιαῦτα δὴ καὶ τὰ ἔργα· οὕτω γὰρ ἔσται μέγα δαπάνημα [p]καὶ πρέπον τῷ ἔργῳ. Ὥστε τὸ μὲν ἔργον τῆς δαπάνης ἄξιον δεῖ εἶναι· τὴν δὲ δαπάνην, τοῦ ἔργου, [q]ἢ καὶ ὑπερβάλλειν. Δαπανήσει [r]δὴ τὰ τοιαῦτα ὁ μεγαλοπρεπὴς τοῦ καλοῦ ἕνεκα·

The occasion

[o] Illud αἱ non referendum cenſeo ad ſubſequens nomen δαπάναι, ut cæteri omnes faciunt: ſed ad id, quod anteceſſit ἐνέργειαι, ut ſignificet proprias magnifici ἐνεργείας eſſe ſumptus magnos et decoros. *Mur.* [p] Εἰ pro καὶ habent Lamb. et Zuing. [q] Εἰ δὲ δεῖ τὸ ἕτερον ὑπερβάλλειν, τὸ ἔργον· τοῦτο γὰρ μᾶλλον προσήκει τῷ μεγαλοπρεπεῖ. *Quod ſi alterum neceſſe erit excedere, id opus erit: hoc enim magis convenit magnifico.* Andr. [r] Ita noſtri MSS. et Andr. γρ. δέ.

ſed is demum, qui in res magnas: nam qui magnificus eſt, idem eſt liberalis; ſed qui liberalis eſt, non continuo eſt magnificus. Hujus autem talis habitus id, quod eſt parum, indecora parſimonia appellatur: nimium, operaria quædam in ſumptu faciendo inſolentia, et elegantiæ inſcientia: et quotquot ſunt tales vitiorum appellationes, quæ modum ſuperant non magnitudine ſumptus, quem faciunt; ſed quod in iis rebus ſplendorem oſtentant, in quibus, et quomodo non oportet. Verum de iis poſterius dicemus. Magnificus autem homini ſcienti ſimilis eſt: et decorum enim animo cernere, et magnos ſumptus concinne facere poteſt: namque (ut initio diximus) omnis habitus actionibus, iiſque rebus, quarum eſt habitus, terminatur. Sumptus autem viri magnifici, magni ſunt et decori: talia quoque ſunt ejus opera: ſic enim ſumptus magnus erit, et ad opus accommodatus, ac decorus. Itaque oportet opus ſumptu dignum eſſe, et opere ſumptum, aut etiam ſuperiorem. Hæc etiam talia vir magnificus impendet honeſti gratia; hoc enim omnium virtutum commune eſt:

κοινὸν γὰρ τοῦτο ταῖς ἀρεταῖς· καὶ ἔτι ἡδέως καὶ προετικῶς, ἡ γὰρ ἀκριβολογία, μικροπρεπές. Καὶ πῶς κάλλιστον καὶ πρεπωδέστατον, σκέψαιτ' ἂν μᾶλλον, ἢ [s] πόσου, καὶ πῶς ἐλαχίστου. Ἀναγκαῖον [t] δὴ καὶ ἐλευθέριον τὸν μεγαλοπρεπῆ εἶναι· καὶ γὰρ ὁ ἐλευθέριος δαπανήσει ἃ δεῖ, καὶ ὡς δεῖ· ἐν τούτοις δὲ τὸ μέγα τοῦ μεγαλοπρεποῦς, [u] οἷον μέγεθος. Περὶ ταῦτα τῆς ἐλευθεριότητος οὔσης, καὶ ἀπὸ τῆς ἴσης δαπάνης, τὸ ἔργον ποιήσει μεγαλοπρεπέστερον· οὐ γὰρ ἡ αὐτὴ ἀρετὴ κτήματος καὶ ἔργου· [x] κτῆμα μὲν γὰρ τὸ πλείστου ἄξιον καὶ τιμιώτατον, οἷον

[s] Γρ. πόσον καὶ πῶς ἐλάχιστον: minus recte. *Caſaub.* [t] Δὲ El. et Andr. [u] Sic habent libri vulg. Οἷον μέγεθος. περὶ ταῦτα δὲ τῆς ἐλευθεριότητος οὔσης. Locus eſt aliquanto obſcurior: ego autem verba ſic connecto: οἷον μέγεθος τῆς ἐλευθεριότητος τῆς περὶ ταῦτα οὔσης: quorum verborum hanc ſententiam eſſe puto, conjunctis iis, quæ proxime antecedunt: *In iis, quæ agit liberalis, quicquid eſt magnum, magnifici eſt: ut magnitudo liberalitatis, quæ in his verſatur.* Quod ſimile eſt, ut ſi diceret, magnificentiam eſſe quandam liberalitatis magnitudinem: quam ſententiam videtur probaſſe D. Thomas: eandemque expreſſiſſe Argyropylus. Interpunctio autem, quæ adhibetur inter vocem μέγεθος, et præpoſitionem περὶ, tollenda erit, ſi hæc ſententia placebit. Sed M. Antonius Muretus, homo judicii limatiſſimi, ingeniique acerrimi, exiſtimat interpunctum illud eſſe retinendum: ea autem, quæ ſtatim ſequuntur, mendo non vacare, atque adeo ſic eſſe corrigenda: περὶ ταὐτὰ δὲ τῆς ἐλευθεριότητος οὔσης, καὶ ἀπὸ τῆς αὐτῆς δαπάνης, τὸ ἔργον ποιήσει, id eſt, *Cum in eiſdem autem verſetur liberalitas, in quibus magnificentia, tum ab eodem ſumptu opus efficiet*, &c. Quam ſcripturam poſtea reperi in codice manuſcripto Pontificis Marcelli II. *Lamb.* Ita hunc locum explicat Andr. Δαπανᾷ γὰρ ὁ μεγαλοπρεπὴς ἃ δεῖ, καὶ ὡς δεῖ, καὶ ὅτε δεῖ· τοῦτο δέ ἐστιν ὁ ἐλευθέριος· μεγάλα δὲ καὶ μεγάλων ἕνεκα, ὅπερ ἐστὶν ἴδιον τοῦ μεγαλοπρεποῦς· πολλάκις γὰρ καὶ διὰ τῆς αὐτῆς δαπάνης ὁ μεγαλοπρεπὴς οὐ τὸ αὐτὸ ἔργον ποιεῖ τῷ ἐλευθερίῳ, ἀλλὰ μεγαλοπρεπέστερον. [x] Κτήματος μὲν γὰρ ἀρετὴ τὸ &c. ἔργου δὲ τὸ μεγ. El. Vet. Interp. et Andr.

et præterea jucunde, ac prolixe; nam ſubtilius rationes ſubducere, et omnia ad calculum revocare, hominis eſt parſimoniam indecoram ſectantis. Atque etiam quo modo opus quam pulcherrimum, et quam maxime decorum potius, quam quanti, et qua ratione minimo efficiatur, cogitabit. Neceſſario quoque liberalis erit vir magnificus, impendet enim etiam liberalis et quæ oportet, et ut oportet: ſed in his quicquid magni eſt, magnifici proprium eſt, nempe magnitudo atque amplitudo. Cum autem in iiſdem verſetur liberalitas, atque magnificentia, pari impenſa vir magnificus opus efficiet, quod magnificentia præſtet: non enim eadem poſſeſſionis, atque operis virtus eſt; nam poſſeſſionis virtus eſt, ut ſit plurimi æſtimanda, pretioſiſſima, et cariſſima, ut aurum; operis autem, ut magnitudine præſtet, et pulchritudine excellat: ejus

χρυσός· ἔργον δὲ, τὸ μέγα καὶ καλόν· τοῦ γὰρ τοιούτου ἡ θεωρία θαυμαστή· τὸ δὲ μεγαλοπρεπὲς, θαυμαστόν. Καὶ ἔστιν [y] ἀρετὴ ἔργου, [z] μεγαλοπρέπεια ἐν μεγέθει. Ἔστι δὲ τῶν δαπανημάτων, οἷα λέγομεν τὰ τίμια, οἷον τὰ περὶ τοὺς θεοὺς, [a] ἀναθήματα καὶ κατασκευαὶ καὶ θυσίαι· ὁμοίως δὲ καὶ ὅσα περὶ πᾶν τὸ δαιμόνιον, καὶ ὅσα πρὸς τὸ κοινὸν εὐφιλοτίμητά ἐστιν· οἷον εἴ που χορηγεῖν [b] οἴονται δεῖν λαμπρῶς, ἢ τριηραρχεῖν, ἢ καὶ ἑστιᾶν τὴν πόλιν. Ἐν ἅπασι δὲ, ὥσπερ εἴρηται, καὶ πρὸς τὸν πράττοντα ἀναφέρεται τὸ τίς ὢν, καὶ τίνων ὑπαρχόντων· ἄξια γὰρ δεῖ τούτων εἶναι, καὶ μὴ μόνον τῷ ἔργῳ, ἀλλὰ καὶ τῷ ποιοῦντι πρέπειν. Διὸ πένης μὲν οὐκ ἂν εἴη μεγαλοπρεπής· οὐ γάρ ἐστιν ἀφ᾽ ὧν [c] πολλὰ δαπανήσει πρεπόντως· ὁ δ᾽ ἐπι-

which are proper objects of emulation

[y] Ἀρετὴ a quibusdam codd. abest. [z] Μεγαλοπρέπεια, redundat: ut enim dixit, ἀρετὴν κτήματος εἶναι ἐν τιμῇ, οὕτω καὶ νῦν λέγει τὴν τοῦ ἔργου ἀρετὴν εἶναι ἐν μεγέθει. *Mur.* [a] Distinguendum est post vocem θεούς: neque enim satis emendate diceretur, τὰ ἀναθήματα τὰ περὶ τοὺς θεοὺς, *dona quæ suspenduntur in templis, diisque dicantur*: ut vertit Lamb. Sed τὰ περὶ τοὺς θεοὺς vocat omnia, quæ ad Deos colendos pertinent; deinde enumerat tria eorum genera, ἀναθήματα, κατασκευὰς, θυσίας. Aretinus pro ἀναθήματα, κατασκευαὶ videtur legisse ἀναθήματα, καὶ τὰ σκεύη, aut ἀναθηματικὰ σκεύη: quod si reciperemus, interpretaremur *lebetas, tripodas, pateras, aliaque vasa sacris ministeriis dicata*: sed eam scripturam non probamus; accipimusque κατασκευὰς, *exstructiones templorum* et talium. Nonnunquam tamen κατασκευὴ significat etiam *supellectilem et vasa*. Mur. [b] Οἷόν τε δεῖ El. οἷόν τε Vet. Interp. et C C C. [c] Πολλὰ a quibusdam abest.

enim operis, quod tale est, spectatio admiratione spectatores afficit: quod autem magnificum est, id admirabile est. Operis igitur virtus ac præstantia est magnificentia, quæ in magnitudine consistit. Sumptus autem quidam sunt, quos amplos et honoratos dicimus, verbi gratia, ii, qui ad deos colendos pertinent, nempe donaria, et constructiones templorum, et sacrificia: itemque ea omnia, quæ in id, quodcunque divinum est, impenduntur: et quæcunque in rempublicam honestæ laudis studio conferuntur: ut sicubi ludos se splendide facere, aut triremium præfecturam de suo administrare, aut epulum præbere civitati putent oportere. In omnibus autem, ut dictum est, ejus, qui agit, habenda ratio est, *sc.* qui sit, et quæ sint ejus facultates: sumptus enim digni facultatibus esse debent, neque opus solum, sed etiam eum, qui facit, decere. Quocirca nemo pauper magnificus esse queat, quia non habet unde sumptus convenienter et decore facere possit: et qui conetur, stultus sit habendus, quoniam et præter dignitatem, et præter id, quod

χειρῶν, ἠλίθιος· παρὰ τὴν ἀξίαν γὰρ καὶ τὸ δέον· κατ' ἀρετὴν δὲ τὸ ὀρθῶς. Πρέπει δὲ καὶ [d] οἷς τὰ τοιαῦτα προϋπάρχει δι' αὐτῶν, ἢ διὰ τῶν προγόνων, [e] ἢ ὧν αὐτοῖς μέτεστι· καὶ τοῖς εὐγενέσι καὶ τοῖς ἐνδόξοις, καὶ ὅσα τοιαῦτα· πάντα γὰρ ταῦτα μέγεθος ἔχει καὶ ἀξίωμα. Μάλιστα μὲν οὖν τοιοῦτος ὁ μεγαλοπρεπὴς, καὶ ἐν τοιούτοις δαπανήμασιν ἡ μεγαλοπρέπεια, ὥσπερ εἴρηται· μέγιστα γὰρ καὶ ἐντιμότατα. Τῶν δὲ ἰδίων, ὅσα εἰσάπαξ γίνεται· οἷον γάμος, καὶ εἴ τι τοιοῦτον, καὶ εἰ περί τι πᾶσα ἡ πόλις σπουδάζει, ἢ οἱ ἐν ἀξιώματι· καὶ περὶ [f] ξένων δὲ ὑποδοχὰς, καὶ ἀποστολὰς, καὶ δωρεὰς, καὶ ἀντιδωρεάς· οὐ γὰρ εἰς ἑαυτὸν δαπανηρὸς ὁ μεγαλοπρεπὴς, ἀλλ' εἰς τὰ κοινά. Τὰ δὲ δῶρα τοῖς ἀναθήμασιν ἔχει τι ὅμοιον.

[d] Οἷς ταῦτα pro οἷς τὰ τοιαῦτα El. τὰ τοιαῦτα *opes* exponunt Lamb. et Aquinas. Ego autem malo ſequi Aſpaſium, et Acciaiolum, qui exponunt *talia opera, tales ſumptus.* Mur. Huic ſententiæ favet Andr. Ἔπειτα πρέπειν δοκεῖ καὶ τοῖς πολλάκις τοιαῦτα πεποιηκόσιν, ἢ ὧν οἱ πρόγονοι μεγαλοπρεπεῖς ἦσαν· *ſed et magis iis convenire videtur, qui ſæpe talia fecerint, aut quorum magnifici majores fuerunt.* [e] Ἢ ὧν εὐθὺς αὐτοῖς legiſſe videtur Argyr. Mur. [f] Per ξένους non quoſlibet *hoſpites* intelligit, ſed magnos et potentes; ut reges et dynaſtas, qui, quoquo veniunt, magna pompa, magnoque et ſplendido apparatu publice excipi advenientes, et abeuntes deduci ſolent. δωρεαὶ quoque et ἀντιδωρεαὶ ad hoſpitalia munera pertinent: ſolebant enim et qui veniebant ad aliquem hoſpitem, adventu ſuo ei dona quædam offerre, et ii, qui a ſe hoſpites dimittebant, aliis quibuſdam eos remunerari. Exempla apud Homerum et Virgilium crebra ſunt. *Mur.*

fieri oporteat, conetur: quicquid autem recte fit, id omne ex virtute fit. Decet porro magnifice facere cum eos, quibus res hujuſmodi vel ipſorum labore et virtute partæ ſunt, vel a majoribus, aut iis, quibus cum aliqua neceſſitudine conjuncti ſunt, relictæ: tum honeſto loco natos et claros viros: eos denique qui tali aliqua laude antecellunt: ineſt enim in his omnibus amplitudo quædam, et dignitas. Talis igitur eſt maxime vir magnificus, et in hujus generis ſumptibus magnificentia, ut diximus, elucet: maximi ſunt enim et honore digniſſimi. In privatis autem ſumptibus iis, qui ſemel fiunt, etiam locum habet: quales ſunt nuptiæ, et ſi quid ejus generis eſt, et ſi qua in re vel tota civitas ſtudioſe occupata eſt, vel ii, qui dignitate præſtant: in recipiendorum quoque hoſpitum, et dimittendorum officio, in donis et remunerationibus: non enim in ſeipſum ſumptuoſus eſt vir magnificus, ſed in rem communem et publicam. Dona autem ſimile quiddam iis rebus habent, quæ diis conſecrantur, et ante eorum ſimulacra

Μεγαλοπρεποῦς δὲ καὶ οἶκον κατασκευάσασθαι πρεπόντως τῷ πλούτῳ· κόσμος γάρ τις καὶ οὗτος· καὶ περὶ ταῦτα μᾶλλον δαπανᾶν, ὅσα πολυχρόνια τῶν ἔργων· κάλλιστα γὰρ ταῦτα· καὶ ἐν ἑκάστοις τὸ πρέπον· οὐ γὰρ τὰ αὐτὰ ἁρμόζει θεοῖς καὶ ἀνθρώποις, οὐδ᾽ ἐν ἱερῷ καὶ τάφῳ. Καὶ ἐπὶ τῶν δαπανημάτων ἕκαστον μέγα ἐν τῷ γένει· καὶ μεγαλοπρεπέστατον μὲν τὸ ἐν μεγάλῳ μέγα· [g] ἐνταῦθα δὲ τὸ ἐν τούτοις μέγα. Καὶ διαφέρει τὸ ἐν τῷ ἔργῳ μέγα τοῦ ἐν τῷ δαπανήματι· σφαῖρα μὲν γὰρ ἢ λήκυθος ἡ καλλίστη ἔχει μεγαλοπρέπειαν παιδικοῦ δώρου· ἡ δὲ τούτου τιμὴ, μικρὸν καὶ ἀνελεύθερον. Διὰ τοῦτό ἐστι τοῦ μεγαλοπρεποῦς, ἐν ᾧ ἂν ποιῇ γένει, μεγαλοπρεπῶς ποιεῖν· τὸ γὰρ τοιοῦτον οὐκ εὐυπέρβλητον, [h] καὶ ἔχον κατ᾽ ἀξίαν τοῦ δαπανήματος. Τοιοῦτος μὲν οὖν ὁ μεγαλοπρεπής. Ὁ δ᾽ ὑπερβάλλων καὶ βάναυσος, τῷ παρὰ τὸ δέον ἀναλίσκειν ὑπερβάλλει, ὥσπερ εἴρηται· ἐν γὰρ τοῖς μικροῖς τῶν δαπανη-

[g] Ἐντεῦθεν pro ἐνταῦθα legendum, et vertendum eſſe *ſecundo loco*, ut ſit adverb. ordinis, non loci, exiſtimat Gruch. [h] Γρ. ὡς pro καί.

ſuſpenduntur. Eſt etiam viri magnifici domum ita exædificare, ut ejus ſpecies divitiis conveniat (aliquid enim ex hac quoque ornamenti comparatur) et in ea opera potius pecuniam impendere, quæ diuturna ſunt futura (ſunt enim hæc pulcherrima) et in unoquoque decorum ſervare: non enim eadem diis atque hominibus conveniunt, neque eodem ſumptu fanum et ſepulchrum ædificandum eſt. Ac ſumptus quidem ſuo quiſque in genere magnus eſt: et cum ſit illud magnificentiſſimum, quod in magno magnum eſt: tum hic ſumptus, qui in his rebus magnus eſt. Intereſt enim inter id, quod eſt in opere magnum, et id quod eſt in ſumptu: nam pila vel ampulla pulcherrima doni puerilis magnificentiam illa quidem obtinet; ſed hujus pretium exiguum et illiberale eſt. Itaque magnifici eſt, cujuſcunque generis opus efficiat, magnifice facere: nam nec id, quod erit ejuſmodi, facile ſuperari poterit: et ſumptus magnitudini reſpondebit. Talis igitur eſt vir magnificus. Qui autem modum ſuperat, et is, qui mechanice in ſumtu faciendo inſolens eſt, eo, ut diximus, ſuperat, quod ſecus ac debet, impendit: in res enim parvas, et quæ parvum ſumptum deſiderant, multam pecuniam inſumit,

μάτων, πολλὰ ἀναλίσκει, καὶ λαμπρύνεται παρὰ μέλος· οἷον [i] ἐρανιστὰς γαμικῶς ἑστιῶν· [k] καὶ κωμῳδοῖς χορηγῶν, ἐν τῇ παρόδῳ πορφύραν εἰσφέρων, ὥσπερ οἱ Μεγαρεῖς. Καὶ πάντα τὰ τοιαῦτα ποιήσει, οὐ τοῦ καλοῦ ἕνεκα, ἀλλὰ τὸν πλοῦτον ἐπιδεικνύμενος, καὶ διὰ ταῦτα οἰόμενος θαυμάζεσθαι· καὶ οὗ μὲν δεῖ πολλὰ ἀναλῶσαι, ὀλίγα δαπανῶν· οὗ δ' ὀλίγα, πολλά. Ὁ δὲ μικροπρεπὴς περὶ πάντα ἐλλείψει, καὶ τὰ μέγιστα ἀναλώσας, [l] ἐν μικρῷ τὸ καλὸν ἀπολεῖ· καὶ ὅ, τι ἂν ποιῇ μέλλων, καὶ σκοπῶν πῶς ἂν ἐλάχιστον ἀναλώσαι· καὶ ταῦτ' ὀδυρόμενος, καὶ πάντ' οἰόμενος μείζω ποιεῖν, ἢ δεῖ. Εἰσὶ

[i] Tria erant conviviorum genera apud antiquos, ut patet ex Homero. Primum erat ἔρανος, ſc. τὸ ἐκ συμβολῆς δεῖπνον, *cœna quæ fiebat a ſymbolarum collatoribus:* cum convivæ viritim aliquid in eam parandam expenderunt: fuit autem tenue ac parcum hoc convivii genus. Reliqua duo erant πολυτελῆ, magiſque ſumptuoſa, unius hominis expenſa facta; et vel fiebant ob nuptias, vel alia gravi de re: illud γάμον, hoc εἰλαπίνην vocat Homerus. Vide Odyſſ. α'. ver. 226. [k] Καὶ τοῖς κωμῳδοῖς χορηγῶν παριοῦσι, καὶ χρήματα φιλοτίμως ἀναλίσκων ἐν αὐτοῖς, ὥσπερ εἰς κοινὸν ὄφελος· ἢ ἐν ταῖς κωμῳδίαις, ἀντὶ κῳδίων, ἃ παραπετάσματα ἦν ἐπὶ τῆς σκηνῆς, πορφυρίδας ἔχειν, καθάπερ οἱ Μεγαρεῖς. *Et qui comicis ad ſe venientibus omnia præbet, ſi choragum agit: nec aliter in ludos pecunias impendit, quam ſi cum reipublicæ eas utilitate conferret: aut in actione comœdiæ, pro iis quibus ſcena veſtiri ſolet pellibus, purpuras mavult cum Megarenſibus.* Andr. [l] Πολλάκις τὰ πλείω τῆς δαπάνης ἀναλώσας, καὶ πρὸς τὴν τελείωσιν ἤδη βλέποντος τοῦ ἔργου, ὑπ' ἀκριβολογίας ἀτέλεστον ἀφίησι διὰ μικρὰν δαπάνην. *Sæpenumero cum maximam ſumptuum jam partem toleraverit, et ad finem ſuum opus ſpectet, dum nimis ſtricte omnia ad calculum revocat, ſumptus exigui cauſa imperfectum relinquit.* Andr.

ſplendoremque ac magnificentiam oſtentat inconcinne, atque invenuſte: exempli gratia, nuptiali apparatu eos accipit, qui ſymbolam in cœnam dederunt: et comœdis dux chori præpoſitus, ad chori ingreſſum exornandum purpuram confert, quemadmodum facere conſueverunt Megarenſes. Atque hujuſmodi omnia faciet non honeſti, ſed oſtentandarum divitiarum cauſa, et quod ſe his rebus homines admiratione affecturum ſperat. Et quas in res multa impendere debet, in iis ſumptum exiguum faciet: ubi parva impenſa deſideratur, ibi largus et profuſus erit. Homo autem indecore parcus in omni re modum deſeret, maximaque pecunia conſumpta, in parva honeſtum omne perdet atque exſtinguet: quicquid facturus eſt, procraſtinans, et cunctabundus efficiet: et qua ratione quam minimo ſumptu id conficere poſſit, conſiderabit: et in his lamentabitur et ingemiſcet, omniaque ſe efficere majora, quam oporteat, arbitrabitur. Sunt igitur hi habitus vitia: nullam tamen

μὲν οὖν αἱ ἕξεις αὗται, κακίαι· οὐ μὴν ὀνείδη γ᾽ ἐπιφέρουσι, διὰ τὸ μήτε βλαβεραὶ [m] τῷ πέλας εἶναι, μήτε λίαν ἀσχήμονες.

ΚΕΦ. γ΄.

[1] Ἡ ΔΕ μεγαλοψυχία περὶ μεγάλα μὲν καὶ ἐκ τοῦ ὀνόματος ἔοικεν εἶναι. Περὶ ποῖα δ᾽ ἐστὶ, πρῶτον λάβωμεν. Διαφέρει δ᾽ οὐθὲν τὴν ἕξιν, ἢ τὸν κατὰ τὴν ἕξιν, σκοπεῖν. Δοκεῖ δὲ μεγαλόψυχος εἶναι, ὁ μεγάλων αὑτὸν ἀξιῶν, ἄξιος ὤν· ὁ γὰρ μὴ κατ᾽ ἀξίαν αὐτὸ ποιῶν, ἠλίθιος· τῶν δὲ κατ᾽ ἀρετὴν οὐδεὶς ἠλίθιος, οὐδ᾽ ἀνόητος. Μεγαλόψυχος μὲν οὖν ὁ εἰρημένος· [n] ὁ γὰρ μικρῶν ἄξιος, καὶ τούτων ἀξιῶν ἑαυτὸν, σώφρων, μεγαλόψυχος δ᾽ οὔ· ἐν μεγέθει γὰρ ἡ μεγαλοψυχία, [o] ὥσπερ καὶ τὸ κάλλος ἐν μεγάλῳ σώματι· οἱ μικροὶ δ᾽ ἀστεῖοι καὶ σύμμετροι, καλοὶ δ᾽ οὔ. Ὁ δὲ με-

[m] Γρ. τῶν πέλας. [1] Vide Magn. Moral. lib. i. cap. 26. [n] Γρ. Ὁ δὲ μικρῶν. [o] Ἐπεὶ τὸ καλὸν, καὶ ζῶον καὶ ἅπαν πρᾶγμα ὃ συνέστηκεν ἔκ τινων, οὐ μόνον ταῦτα τεταγμένα δεῖ ἔχειν, ἀλλὰ καὶ μέγεθος ὑπάρχειν μὴ τὸ τυχόν· τὸ γὰρ καλὸν, ἐν μεγέθει καὶ τάξει ἐστί· διὸ οὔτε πάμμικρον ἄν τι γένοιτο καλὸν ζῶον· συγχεῖται γὰρ ἡ θεωρία ἐγγὺς τοῦ ἀναισθήτου χρόνου γινομένη. Ariſtot. in lib. de Poet. cap. 7. τὸ καλὸν ἐν πλήθει καὶ μεγέθει εἴωθε γίνεσθαι. lib. i. Polit.

turpitudinis, aut dedecoris notam inurunt, quia nec alteri damnum inferunt, nec admodum ſunt deformes.

CAP. III.

MAGNITUDO animi autem magnis in rebus, ut et nomen ipſum declarat, elucere videtur. Ac primum ſane quales ſint hæ res, intelligamus. Nihil porro intereſt, utrum ipſum animi habitum, an eum, qui eo ſit præditus, conſideremus. Magno autem animo habendus videtur is, qui magna ſe mereri exiſtimat, idque ſuo merito: qui enim præter meritum ac dignitatem id facit, ſtolidus eſt: at eorum, qui virtutem colunt, nemo ſtolidus eſt, nemo mente captus. Eſt igitur magno is animo, quem deſcripſimus: qui enim ſeipſum, cum parvis rebus, atque honoribus dignus ſit, parvis quoque dignum judicat, hic modeſtus habendus eſt, non magnanimus: animi enim magnitudo in magnitudine ſita eſt: quemadmodum et in magno corpore, pulchritudo: brevis autem ſtaturæ homines, venuſti ac lepidi ſunt quidem illi, aptaque membrorum convenientia et proportione præditi, ſed pulchri non item. Qui vero ma-

γάλων αὑτὸν ἀξιῶν, ἀνάξιος ὤν, χαῦνος· [p]ὁ δὲ μειζόνων ἢ ἄξιος, οὐ πᾶς χαῦνος. Ὁ δ᾽ ἐλαττόνων ἢ ἄξιος, μικρόψυχος, ἐάν τε μεγάλων, ἐάν τε μετρίων, ἐάν τε καὶ μικρῶν ἄξιος ὤν, ἔτι ἐλαττόνων ἑαυτὸν ἀξιοῖ, καὶ μάλιστα ἂν δόξειεν ὁ μεγάλων ἄξιος· τί γὰρ ἂν ἐποίει, εἰ μὴ τοιούτων ἦν ἄξιος; Ἔστι δὴ ὁ μεγαλόψυχος, τῷ μὲν μεγέθει ἄκρος· τῷ δὲ ὡς δεῖ μέσος· τοῦ γὰρ κατ᾽ ἀξίαν ἑαυτὸν ἀξιοῖ· οἱ δ᾽ ὑπερβάλλουσι καὶ ἐλλείπουσιν. Εἰ δὲ δὴ μεγάλων ἑαυτὸν ἀξιοῖ, ἄξιος ὤν, καὶ μάλιστα τῶν μεγίστων, περὶ ἓν μάλιστα ἂν εἴη. [[q]Τί οὖν τοῦτ᾽ ἔστιν, ἐκ τῆς ἀξίας ληπτέον·] ἡ δ᾽ ἀξία λέγεται πρὸς τὰ ἐκτὸς ἀγαθά. Μέγιστον δὲ τοῦτ᾽ ἂν θείημεν, ὃ τοῖς θεοῖς ἀπονέμομεν, καὶ οὗ μάλιστα ἐφίενται οἱ ἐν ἀξιώματι, καὶ τὸ ἐπὶ τοῖς καλλίστοις ἆθλον· τοιοῦτον δ᾽ ἡ τιμή· μέγιστον γὰρ δὴ τοῦτο τῶν ἐκτὸς ἀγαθῶν. Περὶ τιμὰς δὴ καὶ ἀτιμίας ὁ

[p] Ὁ δὲ ἄξιος μὲν ὢν πολλῶν, πλειόνων δὲ ἀξιῶν ἑαυτὸν, οὐ πάντη χαῦνος. *Qui vero cum dignus ſit plurimis, dignum ſe tamen arbitratur pluribus, non omnino elatus eſt.* Andr. [q] Τί οὖν τοῦτ᾽ ἔστιν, ἐκ τῆς ἀξ. ληπτ. tota hæc ſententia abeſt a noſtris MSS. Vet. Interp. et Argyr.

gna ſe meritum eſſe putat, immerito tamen, elatus ac ſuperbus eſt: quiſquis autem majora ſibi deberi, quam quibus dignus ſit, arbitratur, non continuo ſuperbus eſt. Verum qui ſe minoribus dignum, quam mereatur, exiſtimat, is anguſto et humili animo eſt, ſive magnis, ſive mediocribus, ſive parvis dignus, etiam minora ſibi tribui putet oportere: maxime vero ſi qui magnis dignus eſt, iis ſe indignum putet: quid enim eum facturum putemus, ſi hiſce non eſſet dignus? Magnanimus igitur magnitudine eſt ille quidem ſummus: ſed eo, quod ita, ut oportet, de ſuis meritis judicat, medius: iis enim, quæ ipſius dignitati meritiſque reſpondent, ſeipſum dignum judicat: alii modum ſuperant et deferunt. Ergo ſi ſe magnis eſſe dignum merito exiſtimat, et maxime, ſi maximis: in una re potiſſimum ſane verſabitur. Quænam igitur ſit hujuſmodi res, ex dignitate intelligamus: jam dignitatis nomen ad externa bona refertur. Hoc autem maximum locare debeamus, quod et diis immortalibus tribuimus, et ii omnes, qui in exiſtimatione magna habentur, expetunt: quod eſt denique rerum pulcherrime geſtarum præmium: at honos tale quiddam eſt: hoc enim eſt externorum bonorum maxi-

μεγαλόψυχός ἐστιν, ὡς δεῖ. [r] Καὶ ἄνευ δὲ λόγου φαίνονται οἱ μεγαλόψυχοι περὶ τιμὴν εἶναι· τιμῆς γὰρ μάλιστ' οἱ μεγάλοι ἀξιοῦσιν ἑαυτούς· κατ' ἀξίαν δέ. Ὁ δὲ μικρόψυχος ἐλλείπει καὶ πρὸς αὑτὸν, καὶ πρὸς τὸ τοῦ μεγαλοψύχου ἀξίωμα· ὁ δὲ χαῦνος, πρὸς ἑαυτὸν μὲν ὑπερβάλλει· οὐ μὴν τόν γε μεγαλόψυχον. Ὁ δὲ μεγαλόψυχος, εἴ περ τῶν μεγίστων ἄξιος, ἄριστος ἂν εἴη· μείζονος γὰρ ἀεὶ ὁ βελτίων ἄξιος, καὶ μεγίστων ὁ ἄριστος. Τὸν ὡς ἀληθῶς ἄρα μεγαλόψυχον, δεῖ ἀγαθὸν εἶναι· καὶ δόξειε δ' ἂν εἶναι μεγαλοψύχου, τὸ ἐν ἑκάστῃ ἀρετῇ μέγα· οὐδαμῶς τ' ἂν ἁρμόζοι μεγαλοψύχῳ φεύγειν [s] παρασείσαντι, οὐδὲ ἀδικεῖν· τίνος γὰρ ἕνεκα πράξει αἰσχρὰ, ᾧ οὐθὲν μέγα; [t] Καθ' ἕκαστα δ' ἐπισκοποῦντι πάμπαν [u] γελοῖος φαίνοιτ' ἂν ὁ μεγαλόψυχος, μὴ ἀγαθὸς ὤν. Οὐκ εἴη δ' ἂν οὐδὲ τιμῆς ἄξιος, φαῦλος ὤν· τῆς ἀρετῆς γὰρ

[r] Καὶ ἄνευ δὲ λόγου φαίνονται &c. poterant hæc et hoc modo converti : *neque vero ratio eſt quærenda, cur dicamus magnanimos in honore verſari.* Lamb. [s] Γρ. παραδείσαντι et παραπείσαντι. Sed noſtram ſcripturam confirmat, quod idem in Probl. dicit, οἱ θέοντες θᾶττον θέουσι παρασείοντες τὰς χεῖρας. *Sylb.* Vide Vict. Var. Lection. lib. ii. [t] Γρ. καθ' ἕκαστον. [u] Γελοῖον N C. et El.

mum. In honore igitur et infamia ſic ſe gerit, ut oportet, vir magni animi. Neque vero verbis aut ratione opus eſt ad docendum, viros magnanimos in honore verſari : honore enim maxime magni viri ſe dignos eſſe exiſtimant ; ſed pro eo ac merentur. At, qui demiſſo et humili animo eſt, is modum deſerit, ſive ipſius perſona, ſive magnanimi exiſtimatio ſpectetur : ſuperbus autem ſi ejus perſonam ſpectes, ſuperat ; non, ſi eum cum viro magnanimo conferas. Quod ſi magnanimus maximis ſit honoribus dignus, ille profecto ſit vir optimus ac præſtantiſſimus : nam quo quiſque melior eſt, eo majore præmio atque honore dignus eſt, et quidem optimus quiſque maximo. Vere igitur magnanimus, vir bonus ſit neceſſe eſt : atque etiam quod in quaque virtute magnum et amplum eſt, viri magnanimi eſſe videatur : neque conveniat magnanimo dimiſſis manibus fugere, neque injuriam cuiquam facere : quid eſt enim cur turpe aliquid admittat, cui nihil ſit magnum ? Atque ei quidem, qui res ſigillatim inſpiciat, prorſus ridiculus eſſe videatur magnanimus, ſi non ſit idem vir bonus. Quin ne honore quidem dignus erit, ſi

ἆθλον ἡ τιμή, καὶ ἀπονέμεται τοῖς ἀγαθοῖς. Ἔοικε μὲν οὖν ἡ μεγαλοψυχία, οἷον κόσμος τις εἶναι τῶν ἀρετῶν· μείζους γὰρ αὐτὰς ποιεῖ, καὶ οὐ γίνεται ἄνευ ἐκείνων. Διὰ τοῦτο χαλεπὸν τῇ ἀληθείᾳ μεγαλόψυχον εἶναι· οὐ γὰρ οἷόν τε ἄνευ καλοκαγαθίας. Μάλιστα μὲν οὖν περὶ τιμὰς καὶ ἀτιμίας ὁ μεγαλόψυχός ἐστι. Καὶ ἐπὶ μὲν ταῖς μεγάλαις, [x] καὶ ὑπὸ τῶν σπουδαίων μετρίως ἡσθήσεται, ὡς τῶν οἰκείων τυγχάνων, ἢ καὶ ἐλαττόνων· ἀρετῆς γὰρ παντελοῦς οὐκ ἂν γένοιτο ἀξία τιμή. Οὐ μὴν ἀλλ' ἀποδέξεταί γε, τῷ μὴ ἔχειν αὐτοὺς μείζω αὐτῷ ἀπονέμειν· τῆς δὲ παρὰ τῶν τυχόντων [y] καὶ ἐπὶ μικροῖς, πάμπαν ὀλιγωρήσει· οὐ γὰρ τούτων ἄξιος· ὁμοίως δὲ καὶ ἀτιμίας· οὐ γὰρ ἔσται δικαίως περὶ [z] αὐτόν. Μάλιστα μὲν οὖν ἐστιν, ὥσπερ εἴρηται, ὁ μεγαλόψυχος περὶ τιμάς. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ περὶ πλοῦτον καὶ δυναστείαν, καὶ πᾶσαν εὐτυχίαν

[x] Γρ. καὶ ταῖς ὑπὸ τῶν σπουδ. [y] Καὶ μάλιστα ὅταν ἐπὶ μικροῖς αὐτὸν τιμῶσιν· οἷον εἴ τις ἐτίμα τὸν Ἀχιλλέα, ὅτι καλῶς ᾔδει κιθαρίζειν. Andr. [z] Γρ. αὐτόν.

ſit malus et nequam: præmium enim virtutis eſt honos, et tribuitur viris bonis. Quocirca videtur animi magnitudo quaſi quoddam virtutum omnium eſſe ornamentum: nam et majores eas, amplioreſque facit, et ſine illis conſtare nullo modo poteſt: atque ob hanc cauſam qui reapſe magno ſit animo, non facile reperias: quippe qui ſine eximia quadam bonitate talis eſſe non poſſit. In honoribus igitur et ignominiis vir magni animi maxime cernitur. Ac magnis quidem honoribus, et iis, qui a viris bonis deferentur, modice delectabitur, tanquam ſuos, ſibique accommodatos, aut etiam ſua virtute minores et inferiores conſecutus: virtuti enim omnibus ſuis numeris perfectæ et abſolutæ non facile par ullus honos reperiri queat. Verum tamen eos æquo animo accipiet vel ob hanc cauſam, quod illi non poſſint ei tribuere majora: eum autem honorem, qui et a quibuſlibet, et ob res parvas tribuetur, prorſus negliget atque aſpernabitur; hos enim non meretur: itemque ignominiam atque infamiam contemnet, quia in eum jure cadere non poterunt. (Maxime igitur et potiſſimum in honoribus verſatur vir magnanimus.) (Verum tamen in divitiis quoque, et principatu, in omni denique ſecunda atque adverſa fortuna quicquid ac-

καὶ ἀτυχίαν μετρίως ἕξει, ὅπως ἂν γένηται· καὶ οὔτ' εὐτυχῶν περιχαρὴς ἔσται, οὔτε ἀτυχῶν περίλυπος· οὐδὲ γὰρ περὶ τιμὴν οὕτως ἔχει, [a] ὡς μέγιστον ὄν· αἱ γὰρ δυναστεῖαι καὶ ὁ πλοῦτος διὰ τὴν τιμήν ἐστιν αἱρετά· οἱ γοῦν ἔχοντες αὐτὰ, τιμᾶσθαι δι' αὐτῶν βούλονται. Ὧ δὴ καὶ ἡ τιμὴ μικρόν ἐστι, τούτῳ καὶ τἄλλα· διὸ καὶ ὑπερόπται δοκοῦσιν εἶναι. Δοκεῖ δὲ καὶ τὰ εὐτυχήματα συμβάλλεσθαι πρὸς μεγαλοψυχίαν· οἱ γὰρ εὐγενεῖς ἀξιοῦνται τιμῆς· καὶ οἱ δυναστεύοντες, ἢ οἱ πλουτοῦντες, ἐν ὑπεροχῇ γάρ· τὸ δ' ἀγαθῷ ὑπερέχον πᾶν, ἐντιμότερον. Διὸ καὶ τὰ τοιαῦτα μεγαλοψυχοτέρους ποιεῖ· τιμῶνται γὰρ ὑπό τινων. Κατ' ἀλήθειαν δὲ ὁ ἀγαθὸς μόνος [b] τιμητός· ᾧ δ' ἄμφω ὑπάρχει, μᾶλλον ἀξιοῦται τιμῆς· οἱ δ' ἄνευ ἀρετῆς τὰ τοιαῦτα ἀγαθὰ ἔχοντες, οὔτε δικαίως ἑαυτοὺς μεγάλων ἀξιοῦσιν, οὔτε

[a] Ὡς μέγιστον ὂν valet *rem quam maximam*, non ut vulgo interpretantur, *tanquam rem maximam*. Sic enim loquuntur Græci, ὡς μέγιστος, ὡς κάλλιστος, ὡς ἄριστος, vel ὅτι μέγιστος, &c. id est, *quam maximus*, *quam pulcherrimus*, *quam optimus*. Lamb. οὐ γὰρ μέγιστον ἡγήσεται τὴν τιμὴν, καὶ οὕτω περὶ αὐτὴν ἕξει ὡς μέγιστον ὄν. Andr.
[b] Τιμητέος· οἷς δ' ἄμφω ὑπάρχει, μᾶλλον ἀξιοῦνται El.

ciderit, in eo se moderatum præbebit: neque in rebus secundis lætitia efferetur, neque in adversis mœrore contrahetur: nam ne in honorem quidem sic animatus est; qui tamen quam maxima res est: principatus enim et divitiæ propter honorem sunt optabilia; nam qui hæc bona consecuti sunt, his ipsis honore affici volunt.) Cui igitur honos in rebus parvis numeretur, huic ne cætera quidem magna erunt: ob id ipsum vero magnanimi etiam aliorum contemptores et superbi videntur esse. Videntur autem res secundæ ad animi magnitudinem conferre: nam et honesto summoque loco nati, honore digni putantur: et ii, qui principatum obtinent, aut opulenti, quoniam cæteris antecellunt: quoquidque porro bono aliquo magis excellit, eo honoratius est. Itaque etiam his talibus homines animi majoris efficiuntur: a nonnullis enim honorem consequuntur. Sed si verum quærimus, solus vir bonus afficiendus honore est: cujus autem virtuti conjuncta fortuna est, is honore dignior habetur: quibus vero sine virtute talia bona contigerunt, hi neque seipsos magnis honoribus dignos merito existimant, neque recte magnanimi appellantur; hæc enim sine virtute integra atque

ὀρθῶς μεγαλόψυχοι λέγονται· ἄνευ γὰρ ἀρετῆς παντελῦς ὐκ ἔςι ταῦτα. [c]Ὑπερόπται δὲ καὶ ὑβρισαὶ, καὶ τὰ τοιαῦτα ἔχοντες, κακοὶ γίγνονται· ἄνευ γὰρ ἀρετῆς οὐ ῥᾴδιον φέρειν ἐμμελῶς τὰ εὐτυχήματα· οὐ δυνάμενοι δὲ φέρειν, καὶ οἰόμενοι τῶν ἄλλων ὑπερέχειν, ἐκείνων μὲν καταφρονῦσιν· αὐτοὶ δὲ ὅ, τι ἂν τύχωσι, πράττυσι· μιμῦνται γὰρ τὸν μεγαλόψυχον, ὐχ ὅμοιοι ὄντες· τῦτο δὲ δρῶσιν ἐν οἷς δύνανται. Τὰ μὲν ὖν κατ' ἀρετὴν οὐ πράττυσι, καταφρονῦσι δὲ τῶν ἄλλων. Ὁ δὲ μεγαλόψυχος, δικαίως καταφρονεῖ· δοξάζει γὰρ ἀληθῶς· οἱ δὲ πολλοὶ, τυχόντως. [d]Οὐκ ἔςι δὲ μικροκίνδυνος ὐδὲ φιλοκίνδυνος, διὰ τὸ ὀλίγα τιμᾶν· μεγαλοκίνδυνος δὲ, καὶ ὅταν κινδυνεύῃ, [e]ἀφειδὴς τῦ βίυ, ὡς ὐκ ἄξιον ὂν πάντως ζῆν. Καὶ οἷος εὖ ποιεῖν, εὐεργετύμενος δ' αἰσχύνεται· τὸ μὲν

[c] Ὑπερόπται καὶ ὑβρισαὶ, καὶ τὰ τοιαῦτα ἔχοντες ἀγαθὰ, γίγνονται noſtri MSS. Alii ἔχοντες καλὰ καὶ ἀγαθὰ, γίγ. Sed, ni fallor, rectius legunt Cam. et Argyr. qui τὰ τοιαῦτα ἔχοντες ἀγ. omittunt: quod interpretamentum eſſe videtur. Vide Lamb.
[d] Οὐκ ἔςι πυκνοκίνδυνος, ὐδὲ φιλοκίνδ. N C. Ven. 1. 2. et Baſ. Alii, ex teſtimonio Lambini, ὐκ ἔςι δὲ μικροκίνδ. ὐδὲ πυκνοκίνδ. Huic lectioni adſtipulari videntur ſequentia, διὰ τὸ ὀλίγα τιμᾶν. Pro πυκνοκίνδ. facit Andr. Ἔςι δὲ ὁ μεγαλόψυχος οὐ πυκνοκίνδυνος μέν· οὐ γὰρ συνεχῶς εἰς κινδύνυς ἑαυτὸν ἐκβάλλει, διὰ τὸ μὴ τιμᾶν τὰ τυχόντα, καὶ μικρῶν τινων καὶ ὀλίγων προκινδυνεύειν. Vide Vict. [e] Ἀφειδεῖ N C. et C C C. inter lineas.

undique perfecta, conſtare nullo modo poſſunt. Sed aliorum contemptores ac ſuperbi, et contumelioſi evadunt ii, qui talibus copiis circumfluunt: difficile eſt enim ſine virtute res ſecundas compoſite concinneque ferre: cum porro ferre non poſſint, ſeſeque cæteris præſtare exiſtiment, tum illos contemnunt, tum ipſi quicquid fors tulerit, agunt: virum magnanimum enim imitantur, cum ſint ei diſſimiles: quibuſcunque autem in rebus poſſunt, hoc faciunt. Nec ea igitur, quæ virtuti conſentanea ſunt, agere ſtudent, et alios tamen faſtidioſe deſpiciunt. Magnanimus autem non injuria deſpicit: de rebus enim vere opinatur et judicat: at vulgus quomodocunque ſors tulerit, opinatur. (Jam vero neque ſeſe offert ad caſus parvorum periculorum, neque periculi adeundi cupidus eſt, quoniam pauca ſunt, quæ magni faciat: magnis autem periculis ſeſe objicit, et cum in diſcrimine verſatur, vitæ non parcit, perinde quaſi plane indignum ſit, eum in vita manere.) Et cum eo ſit animo, ut libenter beneficium in a-

γὰρ ὑπερέχοντος, τὸ δὲ ὑπερεχομένου. Καὶ ἀντευεργετικὸς πλειόνων· οὕτω γὰρ προσοφλήσει ὁ ὑπάρξας, καὶ ἔσται εὖ πεπονθώς. Δοκοῦσι δὲ καὶ μνημονεύειν, οὓς ἂν ποιήσωσιν εὖ· ὧν δ' ἂν πάθωσιν, οὔ· ἐλάττων γὰρ ὁ πάθων εὖ, τοῦ ποιήσαντος· βούλεται δὲ ὑπερέχειν· καὶ τὰ μὲν ἡδέως ἀκούει, τὰ δ' ἀηδῶς. Διὸ καὶ [f] τὴν Θέτιν οὐ λέγειν τὰς εὐεργεσίας τῷ Διΐ, οὐδ' [g] οἱ Λάκωνες πρὸς τοὺς Ἀθηναίους, ἀλλ' ἃ πεπόνθεσαν εὖ. Μεγαλοψύχου δὲ καὶ τὸ μηθενὸς [h] δεῖσθαι, ἢ μόγις, ὑπηρετεῖν δὲ προθύμως. Καὶ πρὸς μὲν τοὺς ἐν ἀξιώματι καὶ εὐτυχίαις, μέγαν εἶναι, πρὸς δὲ τοὺς μέσους, μέτριον· τῶν μὲν γὰρ ὑπερέχειν, χαλεπὸν καὶ σεμνὸν, τῶν δὲ, ῥάδιον·

[f] Γρ. ἡ Θέτις οὐ λέγει. Verba Thetidos, pro filio ſuo Achille Jovem deprecantis, occurrunt Iliad. α'. ver. 503.

Ζεῦ πάτερ, εἴ ποτε δή σε μετ' ἀθανάτοισιν ὄνησα,
Ἢ ἔπει, ἢ ἔργῳ, τόδε μοι κρήηνον ἐέλδωρ·
Τίμησόν μοι υἱόν.

In his Thetis ſua in Jovem beneficia modo leviter et dubitanter attingit: non vero prolixe libereque ea commemorat, ſicuti alias ſolebat. Andronicus hanc periodum ita παραφράζει quaſi μνημονικὸν ἁμάρτημα ſubeſſet. Διὰ τοῦτο καὶ ἡ Θέτις παρ' Ὁμήρῳ οὐ λέγει τὰς εὐεργεσίας τῷ Διΐ· οὐδὲ μέμνηται πρὸς αὐτὸν ὧν εὖ ἐποίησεν αὐτὸν, ἀλλ' ὧν εὖ πέπονθε παρ' αὐτοῦ. [g] Teſtatur id Euſtratius ex lib. i. Calliſthenis Ἑλληνικῶν. Xenophon tamen lib. vi. Ἑλληνικῶν, ſua erga Athenienſes beneficia Spartanos enumeraſſe ſcribit. [h] Δεῖσθαι valet *rogare* et *egere*. Itaque hunc locum ſic quoque licebit interpretari: *nullius indigere*. Lamb.

lios conferat, tum ſi accipiat, erubeſcit: illud enim præſtantis et excellentis hominis eſt, hoc inferioris. Idem beneficium majore menſura, quam accepit, remetiri conſuevit: ſic enim is, qui de eo prior bene meritus eſt, etiam ei debebit, et beneficio devinctus erit. Præterea videntur magnanimi meminiſſe, quos beneficio affecerint; a quibus autem acceperint, non item: eſt enim is, qui beneficium accepit, eo, qui dedit, inferior: at vult magnanimus excellere: atque illa quidem audit libentiſſime ac jucundiſſime, hæc gravate. Itaque neque Thetis Jovi ſua in eum beneficia commemorat, neque Lacedæmonii Athenienſibus; ſed quæ ab illis acceperunt. Eſt etiam magnanimi neminem, aut vix quenquam rogare, libenter alteri operam dare atque inſervire. Atque in eos quidem, qui aliqua dignitate præditi ſunt, quorumque res valde ſunt ſecundæ, magnum ſe atque excelſum: in eos vero, quorum mediocris fortuna eſt, modeſtum ac moderatum præbere: illis enim antecellere difficile, et amplum, his facile eſt: et in-

καὶ [i] ἐν ἐκείνοις μὲν σεμνύνεσθαι οὐκ ἀγεννὲς, ἐν δὲ τοῖς ταπεινοῖς, φορτικὸν, ὥσπερ εἰς τοὺς ἀσθενεῖς ἰσχυρίζεσθαι. [k] Καὶ εἰς τὰ ἔντιμα μὴ ἰέναι, ἢ οὗ [l] πρωτεύουσιν ἄλλοι. Καὶ ἀργὸν εἶναι καὶ μελλητὴν, ἀλλ' ἢ ὅπου τιμὴ μεγάλη ἢ ἔργον· καὶ ὀλίγων μὲν πρακτικὸν, μεγάλων δὲ καὶ ὀνομαστῶν. Ἀναγκαῖον δὲ καὶ φανερόμισον εἶναι καὶ φανερόφιλον· τὸ γὰρ λανθάνειν, φοβουμένου. Καὶ μέλειν τῆς ἀληθείας μᾶλλον ἢ τῆς δόξης. Καὶ λέγειν καὶ πράττειν φανερῶς· [m] καταφρονητικοῦ γάρ· διὸ παῤῥησιαστικός· παῤῥησιαστικοῦ δέ· διὸ καταφρονητικὸς καὶ ἀληθευτικός· πλὴν ὅσα μὴ δι' εἰρωνείαν· [n] εἴρωνα δὲ πρὸς τοὺς πολλούς. Καὶ πρὸς ἄλλον μὴ δύνασθαι ζῆν, ἀλλ' ἢ πρὸς

[i] Ἐπ' ἐκείνοις El. et C C C. [k] Οὐδὲ περιελεύσεται ζητῶν οὗ τιμηθήσεται· μικρὸν γὰρ τοῦτο· οὐδὲ ἐθελήσει ποτὲ παραγενέσθαι ὅπου πρωτεύουσιν ἄλλοι. *Neque curiose honorem sectabitur aut quæret (nam et hoc parvum est) nec unquam venturus est, ubi primum locum occupant alii.* Andr. [l] Προτερεύουσιν El. [m] Παῤῥησιαστὴς γὰρ, διὰ τὸ καταφρονητικὸς εἶναι· καταφρονητικὸς δὲ, διὰ τὸ παῤῥησιαστικὸς καὶ ἀληθευτικὸς εἶναι N C. et C C C. hanc lectionem secutus est Lamb. In nonnullis sic legitur: παῤῥησιαστικοῦ γάρ· διὸ καταφρονητικός· καταφρονητικοῦ γάρ· διὸ παῤῥησιαστικός. Hanc periochen hoc modo παραφράζει Andr. Καὶ πάντα δὲ, ἃ λέγει καὶ πράττει, φανερῶς καὶ λέγει καὶ πράττει, διὰ τὸ καταφρονεῖν, ὡς εἴρηται, τῆς παρὰ τῶν πολλῶν δόξης· διὰ τοῦτο καὶ παῤῥησιαστικός ἐστι, καὶ ἀεὶ ἀληθεύει· εἰ μή που εἰρωνεύοιτο πρὸς τοὺς πολλοὺς, καὶ τὰ μικρὰ λέγοι περὶ ἑαυτοῦ, διὰ τὸ μὴ βούλεσθαι παρὰ φαύλων ἀνθρώπων τιμᾶσθαι. *Sed et quicquid aut dicit aut agit, palam aut dicit aut agit, quia opinionem negligit vulgarem, ut dictum est: ac propterea libertatem in dicendo amat, semperque verum dicit: nisi forte cum dissimulatione inter plebeios utitur homines, parumque sibi tribuit, quia infimorum scilicet honorem negligit.* [n] Εἰρωνεία pro εἴρωνα nostri MSS. Bas. Ven. 1. et 2.

ter illos gloriari, generosi hominis est, inter humiles autem et infimos, ridiculum atque ineptum est: quemadmodum in imbecillos vires suas expromere atque experiri Est et ejusdem ad ea non ire, quæ sunt honorata, aut in quibus alii principem locum obtinent. Præterea cessatorem et cunctatorem esse, nisi ubi aut magnus honor proponatur, aut magna res agatur: deinde res gerere paucas illas quidem, sed magnas et omnium sermone famaque celebrandas. Jam vero et apertas eum inimicitias gerere, et aperte amare necesse est: timentis est enim fronte occultare sententiam. Deinde majorem veritatis, quam opinionis curam habere. Tum aperte et dicere et agere omnia: contemnentis enim proprium est: quare amat libertatem loquendi: libere autem loquentis hoc est: quare aliorum contemptor, et veritatis studiosus est; nisi ubi dissimulanter loquitur: est autem dissimulator in vulgus. Est et ejusdem, alterius nutu atque arbitratu vivere non pos-

φίλον· δουλικὸν γάρ· διὸ καὶ πάντες οἱ κόλακες, θητικοί· καὶ οἱ ταπεινοὶ, κόλακες. Οὐδὲ θαυμαστικός· οὐδὲν γὰρ μέγα αὐτῷ ἐστιν. Οὐδὲ μνησίκακος· οὐ γὰρ μεγαλοψύχου τὸ ἀπομνημονεύειν, ἄλλως τε καὶ κακά· ἀλλὰ μᾶλλον παρορᾶν. Οὐδὲ ἀνθρωπολόγος· οὔτε γὰρ περὶ αὑτοῦ ἐρεῖ, οὔτε περὶ ἑτέρου· οὔτε γὰρ ἵνα ἐπαινῆται, μέλει αὐτῷ· οὐθ' ὅπως οἱ ἄλλοι ψέγωνται. Οὐδ' αὖ ἐπαινετικός ἐστι· διόπερ οὐδὲ κακολόγος, οὐδὲ τῶν ἐχθρῶν, εἰ μὴ δι' ὕβριν. Καὶ περὶ ἀναγκαίων ἢ μικρῶν ἥκιστα ὀλοφυρτικὸς καὶ δεητικός· σπουδάζοντος γὰρ οὕτως ἔχειν περὶ ταῦτα. Καὶ οἷος κεκτῆσθαι μᾶλλον τὰ καλὰ καὶ ἄκαρπα τῶν καρπίμων καὶ ὠφελίμων· αὐτάρκους γὰρ μᾶλλον. Καὶ κίνησις δὲ βραδεῖα τοῦ μεγαλοψύχου δοκεῖ εἶναι, καὶ φωνὴ βαρεῖα, καὶ λέξις στάσιμος· οὐ γὰρ σπευστικὸς, ὁ περὶ ὀλίγα σπουδάζων· οὐδὲ σύντονος, ὁ μηθὲν μέγα οἰόμενος· ἡ δ' ὀξυφωνία καὶ ἡ ταχυτὴς [o] διὰ τούτων. Τοιοῦτος μὲν οὖν

[o] Διὰ ταῦτα legi vult Lambinus.

se, nisi amici: servile enim est: itaque ut assentatores omnes, mercenarii quidam sunt; sic humiles et demissi homines, assentatores. Neque facile admiratur: nihil enim ei magnum est. Neque meminit injurias: viri enim magnanimi non est memorem esse, præsertim vero malorum; sed ea potius pro nihilo putare. Neque de hominibus loquitur: quippe qui nec de se, nec de cæteris prædicaturus est: nam neque ut laudetur magnopere solicitus est, neque ut alii vituperentur. Nec rursus laudatur est: et ob eandem causam neque maledicus, ne in inimicos quidem, nisi contumelia accepta. In iis autem rebus, quæ aut necessariæ, aut exiguæ sunt, minime queribundus est, neque supplex: est enim hominis nimium studium nimiamque curam in res humanas conferentis, sic affectum esse. Atque etiam ita comparatus est, ut res pulchras et elegantes, easdemque steriles, possidere malit, quam utiles et fructuosas: hoc enim magis proprium hominis est se ipso contenti, et bonorum omnium copia per se cumulati. Motum etiam magnanimi viri tardum futurum esse credibile est, vocem gravem, orationem stabilem ac sedatam: neque enim festinare solet is, qui paucis rebus studet: neque vehementer contendit, cui nihil magnum esse videtur: propter has causas autem et vox acuta, et celer in-

ὁ μεγαλόψυχος. Ὁ δ' ἐλλείπων, μικρόψυχος· ὁ δ' ὑπερβάλλων, χαῦνος. Οὐ κακοὶ μὲν οὖν δοκοῦσιν εἶναι οὐδ' οὗτοι· οὐ γὰρ κακοποιοί εἰσιν, ἡμαρτημένοι δέ· ὁ μὲν γὰρ μικρόψυχος, ἄξιος ὢν ἀγαθῶν, ἑαυτὸν ἀποστερεῖ ὧν ἄξιός ἐστι· καὶ ἔοικε κακὸν ἔχειν τι, ἐκ τοῦ μὴ ἀξιοῦν ἑαυτὸν τῶν ἀγαθῶν· καὶ [p] ἀγνοεῖν δ' ἑαυτόν· ὠρέγετο γὰρ ἂν ὧν ἄξιος ἦν, ἀγαθῶν γε ὄντων. Οὐ μὴν ἠλίθιοί γε οἱ τοιοῦτοι δοκοῦσιν εἶναι, ἀλλὰ μᾶλλον [q] ὀκνηροί. Ἡ τοιαύτη δὲ δόξα δοκεῖ καὶ χείρους ποιεῖν· ἕκαστοι γὰρ ἐφίενται τῶν κατ' ἀξίαν· ἀφίστανται δὲ καὶ τῶν πράξεων τῶν καλῶν καὶ τῶν ἐπιτηδευμάτων, ὡς ἀνάξιοι ὄντες· ὁμοίως δὲ καὶ τῶν ἐκτὸς ἀγαθῶν. Οἱ δὲ χαῦνοι, ἠλίθιοι, καὶ ἑαυτοὺς ἀγνοοῦντες, καὶ ταῦτ' ἐπιφανῶς· ὡς γὰρ ἄξιοι ὄντες, τοῖς ἐντίμοις ἐπιχειροῦσιν, εἶτα ἐξελέγχονται· καὶ ἐσθῆτι κοσμοῦνται, καὶ σχήματι, καὶ τοῖς τοιούτοις· καὶ βούλονται τὰ εὐτυχήματα φανερὰ εἶναι αὐτῶν, καὶ λέγουσι [r] περὶ αὐτῶν, ὡς

[p] Γρ. ἀγνοεῖ. ita etiam Andr. [q] Νωθροὶ pro ὀκνηροὶ El. et Cam. νωθροὶ C C C. et El. ad oram. [r] Περὶ αὐτῶν Argyr. et Vict.

greſſus eſſe ſolet. Ac magnanimus quidem talis eſt. Qui autem modum deſerit, is anguſto parvoque animo dicitur: qui ſuperat, elatus ac ſuperbus. Qui ſane minime mali videntur eſſe (nihil enim maleficii in quenquam admittunt) verum tamen peccant: nam qui demiſſo parvoque animo eſt, cum ſit bonis dignus, ipſe ſe iis fraudat, quæ meretur: videturque mali quiddam in hoc ineſſe ex eo, quod ſeſe bonis indignum eſſe arbitratur; atque ſeipſum ignorat: nam ni ita eſſet, ea expeteret, quibus dignus eſt, cum bona ſint. Tales homines tamen ſtulti non videntur eſſe, ſed pigri potius et ſegnes. Talis autem opinio, quam de ſeipſis habent, etiam deteriores eos efficere videtur: ea enim, quæ meretur, quiſque expetere conſuevit. Proinde ab honeſtis actionibus et ſtudiis, quaſi indigni ſint, itemque a bonis externis longe refugiunt. Superbi autem cum ſtulti ſint, tum ſeipſos quoque ignorant, neque id obſcure: nam proinde quaſi digni ſint, res amplas et honoratas conantur ac ſuſcipiunt, deinde ſe ipſi quales ſint, indicant, et ab aliis coarguuntur: tum vero ex veſtitu, totoque habitu et geſtu corporis, et conſimilibus aliis ornatum ſibi quærunt: ſuaſque res ſecundas omnibus no-

διὰ τούτων τιμηθησόμενοι. Ἀντιτίθεται δὲ τῇ μεγαλοψυχίᾳ ἡ μικροψυχία μᾶλλον τῆς χαυνότητος· καὶ γὰρ γίγνεται μᾶλλον, καὶ [s]χεῖρόν ἐστιν. Ἡ μὲν οὖν μεγαλοψυχία περὶ τιμήν ἐστι μεγάλην, ὥσπερ εἴρηται.

ΚΕΦ. δʹ.

To bear the same proportion

ΕΟΙΚΕ δὲ καὶ περὶ ταύτην εἶναι ἀρετή τις, καθάπερ ἐν τοῖς πρώτοις ἐλέχθη, ἣ δόξειεν ἂν παραπλησίως ἔχειν πρὸς τὴν μεγαλοψυχίαν, ὥσπερ καὶ ἡ ἐλευθεριότης πρὸς τὴν μεγαλοπρέπειαν· ἄμφω γὰρ αὗται τοῦ μὲν μεγάλου ἀφεστᾶσι, περὶ δὲ τὰ μέτρια καὶ τὰ μικρὰ διατιθέασιν ἡμᾶς ὡς δεῖ. Ὥσπερ δὲ ἐν λήψει καὶ δόσει χρημάτων μεσότης ἐστὶ, καὶ ὑπερβολή τε καὶ ἔλλειψις· οὕτω καὶ ἐν τιμῆς ὀρέξει, τὸ μᾶλλον ἢ δεῖ, καὶ ἧττον, καὶ τὸ ὅθεν δεῖ, καὶ ὡς δεῖ· τόν τε γὰρ φιλότιμον ψέγομεν, ὡς καὶ μᾶλλον ἢ δεῖ, καὶ ὅθεν οὐ δεῖ, τῆς τιμῆς ἐφιέμενον· τόν τε ἀφιλότιμον, ὡς οὐδ᾽ ἐπὶ τοῖς καλοῖς προ-

from an improper source

[s] χείρων C C C. et Argyr.

tas et manifeftas effe volunt, et de fe ipfi prædicant: quafi ex his honorem confecuturi. Magis autem animi magnitudini adverfatur humilitas et demiffio animi, quam elatio ac fuperbia: nam crebrior eft, et deterius malum. Animi igitur magnitudo in magno honore verfatur, quemadmodum oftendimus.

CAP. IV.

VIDETUR autem etiam in hoc alia quædam virtus effe occupata, ut in fuperioribus diximus, quæ parem ad animi magnitudinem rationem habere videatur, atque ad magnificentiam liberalitas: nam cum ambæ hæ virtutes a magno remotæ fint, tum in rebus mediocribus et parvis nos ita, ut par eft, afficiunt. At in accipiendis autem et dandis pecuniis locum habent mediocritas, nimium et parum: fic etiam honos, et vehementius, et minus quam oportet, et rurfum unde, et quo modo expetendus eft, expeti poteft; nam et ambitiofum vituperamus, tanquam nimia honoris cupiditate inflammatum, honoremque unde non oportet, aucupantem: et honoris contemptorem, tanquam ne ex honeftis quidem rebus honoris adipifcendi confilium capientem. Inter-

ὀρεγόμενον τιμᾶσθαι. Ἔστι δ' ὅτε τὸν φιλότιμον ἐπαινοῦμεν, ὡς ἀνδρώδη καὶ φιλόκαλον· τὸν δὲ ἀφιλότιμον, ὡς μέτριον καὶ σώφρονα, [t]ὥσπερ καὶ ἐν τοῖς πρώτοις εἴπομεν. Δῆλον δ' ὅτι [u]πλεοναχῶς τοῦ φιλοτοιούτου λεγομένου, οὐκ ἐπὶ τὸ αὐτὸ ἀεὶ φέρομεν τὸ φιλότιμον· ἀλλ' ἐπαινοῦντες μὲν, ἐπὶ τὸ μᾶλλον, ἢ οἱ πολλοὶ, ψέγοντες δὲ, ἐπὶ τὸ μᾶλλον ἢ δεῖ. [x]Ἀνωνύμου δ' οὔσης τῆς μεσότητος, ὡς ἐρήμης, ἔοικεν ἀμφισβητεῖν τὰ ἄκρα· ἐν οἷς δ' ἐστὶν ὑπερβολὴ καὶ ἔλλειψις, καὶ τὸ μέσον. Ὀρέγονται δὲ τιμῆς καὶ μᾶλλον ἢ δεῖ, καὶ ἧττον· ἔστι δὴ καὶ ὡς δεῖ. Ἐπαινεῖται γοῦν ἡ ἕξις αὕτη, μεσότης οὖσα περὶ τιμὴν ἀνώνυμος. Φαίνεται δὲ πρὸς μὲν τὴν φιλοτιμίαν, ἀφιλοτιμία, πρὸς δὲ τὴν ἀφιλοτιμίαν, φιλοτιμία· πρὸς ἀμφότερα δὲ, ἀμφότερά πως· ἔοικε δὲ τοῦτ' εἶναι καὶ περὶ τὰς ἄλλας ἀρετάς. [y]Ἀντικεῖσθαι δὲ ἐνταῦθα [z]οἱ ἄκροι φαίνονται, διὰ τὸ μὴ ὠνομάσθαι τὸν μέσον.

[t] Sc. in lib. ii. cap. 7. [u] Sc. in lib. iii. cap. 11. [x] Ita lib. ii. cap. 7. ὅθεν ἐπιδικάζονται οἱ ἄκροι τῆς μέσης χώρας. [y] Vide lib. ii. cap. 8. [z] Sc. ὅροι.

dum autem ambitiosum quidem laudamus, ut virum fortem et honestatis studiosum: honoris vero contemptorem, tanquam modestum et temperantem, ut etiam supra diximus. Perspicuum est autem, cum multis modis quis hujus vel illius rei amans dicatur, non respectu eodem semper φιλοτίμου nomen efferri: sed si laudemus, de eo, qui studiosior sit honoris, quam vulgus: sin vituperemus, de eo, qui studiosior sit, quam oporteat. Quoniam autem mediocritas vacat nomine, idcirco fit ut extrema de ejus possessione, quasi de loco vacuo ac deserto, ambigant et concertent: cæterum quibus in rebus nimium reperitur et parum, in iis etiam mediocritas. At honorem homines et nimium expetunt, et parum: eum igitur quoque expetere licet intra modum, et ut oportet. Laudatur itaque hic habitus, qui mediocritas est in honore expetendo occupata, non nominata. Videtur autem, si cum ambitione comparetur, honoris contemptio: si cum honoris contemptione, ambitio: sed cum utraque comparata, utriusque speciem quodammodo præ se fert: quod etiam in reliquis virtutibus apparet. Pugnare autem hic videntur inter se extremi, quia ei, qui medius est, nomen impositum non est.

ΚΕΦ. ε'.

ΠΡΑΟΤΗΣ δ' ἐστὶ μὲν μεσότης περὶ ὀργάς. Ἀνωνύμου δ' ὄντος τοῦ μέσου, σχεδὸν δὲ καὶ τῶν ἄκρων, ἐπὶ [a] τὸν μέσον τὴν πραότητα φέρομεν, πρὸς τὴν ἔλλειψιν ἀποκλίνουσαν, ἀνώνυμον οὖσαν. Ἡ δ' ὑπερβολὴ, ὀργιλότης τις λέγοιτ' ἄν· τὸ μὲν γὰρ πάθος ἐστὶν ὀργή· τὰ δ' ἐμποιοῦντα, πολλὰ καὶ διαφέροντα. Ὁ μὲν οὖν ἐφ' οἷς δεῖ, καὶ οἷς δεῖ ὀργιζόμενος, ἔτι δὲ καὶ ὡς δεῖ, καὶ ὅτε, καὶ ὅσον χρόνον, ἐπαινεῖται. Πρᾶος δὴ οὗτος ἂν εἴη, εἴ περ ἡ πραότης ἐπαινεῖται· [1] βούλεται γὰρ ὁ πρᾶος ἀτάραχος εἶναι, καὶ μὴ ἄγεσθαι ὑπὸ τοῦ πάθους· ἀλλ' ὡς ἂν ὁ λόγος τάξῃ, οὕτω, καὶ ἐπὶ τούτοις, καὶ ἐπὶ τοσοῦτον χρόνον χαλεπαίνειν. Ἁμαρτάνειν δὲ δοκεῖ μᾶλλον ἐπὶ τὴν ἔλλειψιν· οὐ γὰρ τιμωρητικὸς ὁ πρᾶος, ἀλλὰ μᾶλλον συγγνωμονικός. Ἡ δ' ἔλλειψις, εἴτ' ἀοργησία τίς ἐστιν, εἴθ' ὅ, τι δή ποτε, ψέγεται· οἱ γὰρ μὴ ὀργιζόμενοι ἐφ'

[a] Γρ. τὸ μέσον. [1] Magn. Moral. lib. i. cap. 23. et Eud. lib. iii. cap. 3.

CAP. V.

LENITAS autem mediocritas eſt, quæ in iris verſatur. Sed quia medius vacat nomine, ac fere etiam extremi, medio lenitatem aſcribimus, ad id, quod eſt parum, propendentem, quod ipſum nomine vacat. Nimium autem iracundia dici poteſt: perturbatio enim ira eſt, cujus multæ et variæ cauſæ ſunt efficientes. Atque is quidem, qui, quibus de rebus, quibuſque hominibus oportet, iraſcitur: præterea vero et quemadmodum, quo tempore, et quamdiu oportet, laudatur. Manſuetus igitur ac lenis appellari poterit, ſi modo lenitas laudabilis eſt: ea enim videtur eſſe manſueti et lenis hominis natura, ut et ab omni animi tumultu ſit liber ac ſolutus, nec ſe a perturbatione trahi patiatur; ſed ut ratio præceperit, ita, et his de cauſis, et tamdiu iraſcatur, et ægre ferat. Peccare autem videtur in eam partem, quæ eſt infra modum: non enim ad ulciſcendum implicatus eſt homo lenis, ſed potius ad ignoſcendum propenſus. Parum autem, ſive lentitudinem, ſive quo alio nomine placet appellare, vituperatur: nam cum ii, qui non ſuccenſent ob eas

οἷς δεῖ, ἠλίθιοι δοκοῦσιν εἶναι, καὶ οἱ μὴ ὡς δεῖ, μηδ' ὅτε, μηδὲ οἷς δεῖ· δοκεῖ γὰρ οὐκ αἰσθάνεσθαι, οὐδὲ λυπεῖσθαι· [b] μὴ ὀργιζόμενός τε οὐκ εἶναι ἀμυντικός· τὸ δὲ [c] προπηλακιζόμενον ἀνέχεσθαι, καὶ τοὺς οἰκείους περιορᾶν, ἀνδραποδῶδες. Ἡ δ' ὑπερβολὴ κατὰ πάντα μὲν γίνεται· καὶ γὰρ οἷς οὐ δεῖ, καὶ ἐφ' οἷς οὐ δεῖ, καὶ μᾶλλον ἢ δεῖ, καὶ θᾶττον, καὶ πλείω χρόνον. Οὐ μὴν ἅπαντά γε τῷ αὐτῷ ὑπάρχει· οὐ γὰρ ἂν δύναιτο εἶναι· τὸ γὰρ κακὸν [d] καὶ αὑτὸ ἀπόλλυσι, κἂν ὁλόκληρον ᾖ, ἀφόρητον γίνεται. Οἱ μὲν οὖν ὀργίλοι, ταχέως μὲν ὀργίζονται, καὶ οἷς οὐ δεῖ, καὶ ἐφ' οἷς οὐ δεῖ, καὶ μᾶλλον ἢ δεῖ· παύονται δὲ ταχέως, ὃ καὶ βέλτιστον ἔχουσι. Συμβαίνει δὲ αὐτοῖς τοῦτο, ὅτι οὐ κατέχουσι τὴν ὀργὴν, ἀλλὰ ἀνταποδιδόασιν· ᾗ φανεροί εἰσι

[b] *Μὴ ὀργιζόμενός τε οὐκ ἐστιν ἀμυντικὸς* legiſſe videtur Argyr. Vir quidam doctus putat *τε* commutandum in *δὲ*, hoc modo, *μὴ ὀργιζόμενος δὲ οὐκ εἶναι* &c. id eſt, *cum autem minime iraſcatur, non facile ad propulſandam injuriam excitari.* Quæ ſane lectio mihi videtur elegantior ac politior. *Lamb.* [c] *Προπηλακιζόμενον* manifeſtas et apertas injurias hic videtur intelligere, ut ſi quis luto aſpergatur per contemptum, quod proprie Græci appellant *προπηλακίζεσθαι*. *Lamb.* [d] *Γρ. καὶ καθ' ἑαυτό.* Receptam lectionem confirmant noſtri MSS. et Andr. *τὸ γὰρ κακὸν, εἰ κατὰ μηδένα τρόπον ἀγαθὸν εἴη, οὐ δύναται συστῆναι, ἀλλὰ καὶ ἑαυτὸ ἀπόλλυσι.*

cauſas, ob quas ſuccenſere debent, ſtulti videantur: tum ii, qui non quo modo, nec quo tempore, neque quibus debent: videtur enim hic prorſus ſenſu carere, neque unquam condoleſcere: cumque non iraſcatur, non facile ad propulſandam injuriam excitari: deinde vero aliorum in ſe et in ſuos contumelias perpeti ac negligere, mancipiorum eſt. Nimium autem in omnibus quidem peccandi modis contrahitur: nam et quibus, et propter quas cauſas iraſci non debemus, et vehementius quam debemus, et citius et diutius quam oportet, iraſcimur. Non tamen hæc in uno inſunt omnia: fieri enim non poſſit, ut inſint: nam cum malum omne ſe ipſum perdat atque interimat, tum ſi integrum ſit, intolerabile efficitur. Ὀργίλοι igitur ſunt illi quidem irritabiles celeriterque iraſcuntur, et quibus, et propter quas cauſas non oportet, et vehementius quam oportet: ſed iidem ſunt placabiles, iraſcendique finem cito faciunt: quod quidem eſt in illis vel optimum. Atque hoc eis propterea accidit, quia iram non comprimunt neque cohibent, ſed ſtatim injuriam acceptam referunt (et hac ratione iram ſuam produnt) propter animi

διὰ τὴν ὀξύτητα· εἶτα ἀποπαύονται. Ὑπερβολῇ δ' εἰσὶν οἱ ἀκρόχολοι ὀξεῖς, καὶ πρὸς πᾶν ὀργίλοι, καὶ ἐπὶ παντί· ὅθεν καὶ τοὔνομα. Οἱ δὲ πικροὶ, δυσδιάλυτοι, καὶ πολὺν χρόνον ὀργίζονται· κατέχουσι γὰρ τὸν θυμόν· παῦλα δὲ γίνεται, ὅταν [e] ἀνταποδιδῷ· ἡ γὰρ τιμωρία παύει τῆς ὀργῆς, ἡδονὴν ἀντὶ τῆς λύπης ἐμποιοῦσα. Τούτου δὲ μὴ γινομένου, τὸ βάρος ἔχουσι· διὰ γὰρ τὸ μὴ ἐπιφανὲς εἶναι, οὐδὲ συμπείθει αὐτοὺς οὐδείς· [f] ἐν αὐτῷ δὲ πέψαι τὴν ὀργὴν, χρόνου δεῖ. Εἰσὶ δὲ οἱ τοιοῦτοι ἑαυτοῖς ὀχληρότατοι, καὶ τοῖς μάλιστα φίλοις. Χαλεποὺς δὲ λέγομεν, τοὺς ἐφ' οἷς τε μὴ δεῖ χαλεπαίνοντας, καὶ μᾶλλον ἢ δεῖ καὶ πλείω χρόνον, καὶ μὴ διαλλαττομένους ἄνευ τιμωρίας [g] ἢ κολάσεως. Τῇ πρᾳότητι δὲ μᾶλλον τὴν ὑπερβολὴν ἀντιτίθεμεν· καὶ γὰρ μᾶλλον γίνεται· ἀνθρωπικώτερον γὰρ τὸ [h] μᾶλλον τιμωρεῖσθαι. Καὶ πρὸς τὸ συμβιοῦν οἱ χαλεποὶ,

[e] Γρ. ἀνταποδιδῶσιν. [f] Ὅθεν καὶ κατέχουσιν αὐτὴν, μέχρις ἂν αὐτὴ ὑφ' ἑαυτῆς διαλυθῇ, καὶ πεφθῇ· τοῦτο δὲ διὰ χρόνου γίνεται. Andr. [g] Γρ. ἢ καὶ κολ. Καὶ pro ἢ habet El. [h] Μᾶλλον deest El. et Argyr.

concitati celeritatem: deinde irasci desinunt. Ἀκρόχολοι autem supra modum sunt celeres, et ad omnia, et omnibus de causis iracundia exardescunt: unde et nomen natum est. At πικροὶ, sive amari, propemodum sunt implacabiles, diuque in iracundia perseverant: iram enim continent et comprimunt: quæ tum quiescit, cum injuriam ulti fuerint: ultio enim iram sedat, doloris loco voluptatem afferens. Quod si assequi non possint, gravi onere premuntur: jam quia onus eorum non est aliis notum, nemo eis, ut se placabiles præbeant, persuadet: ad iram autem in se ipso concoquendam tempore opus est. Est quinetiam hoc hominum genus cum sibi ipsi molestissimum, tum amicissimis. Χαλεποὺς autem, hoc est, sævos et asperos, eos appellamus, qui et propter quas causas non debent, et gravius, et diutius, quam debent, irascuntur, et qui nunquam placantur, nisi injuriam ulti sint, vel etiam eos, quibus irati sunt, castigarint. Lenitati autem magis opponimus nimium, quam parum: frequentius enim est: quandoquidem hominibus usitatius et solennius est injuriam ulcisci. Præterea sævi et asperi homines, ad convictum, vitæque consuetudinem minus accommodati sunt. Sed quod

χεῖρας. [1] Ὃ δὲ καὶ ἐν τοῖς πρότερον εἴρηται, καὶ ἐκ τῶν λεγομένων δῆλον· οὐ γὰρ ῥάδιον διορίσαι τὸ πῶς, καὶ τίσι, καὶ ἐπὶ ποίοις, καὶ πόσον χρόνον ὀργιστέον, καὶ μέχρι τίνος ὀρθῶς ποιεῖ τις, ἢ ἁμαρτάνει. Ὁ μὲν γὰρ μικρὸν παρεκβαίνων, οὐ ψέγεται, οὔτ' ἐπὶ τὸ μᾶλλον, οὔτ' ἐπὶ τὸ ἧττον· ἐνίοτε γὰρ τοὺς ἐλλείποντας ἐπαινοῦμεν, καὶ πράους φαμέν· καὶ τοὺς χαλεπαίνοντας ἀνδρώδεις, ὡς δυναμένους ἄρχειν. Ὁ δὴ πόσον καὶ πῶς παρεκβαίνων, ψεκτός, οὐ ῥάδιον τῷ λόγῳ ἀποδοῦναι· ἐν γὰρ τοῖς καθ' ἕκαστα καὶ τῇ αἰσθήσει ἡ κρίσις. Ἀλλὰ τό γε [i] τοσοῦτον δῆλον, ὅτι ἡ μὲν μέση ἕξις ἐπαινετή, καθ' ἣν οἷς δεῖ ὀργιζόμεθα, καὶ ἐφ' οἷς δεῖ, καὶ ὡς δεῖ, καὶ πάντα τὰ τοιαῦτα· αἱ δὲ ὑπερβολαὶ καὶ ἐλλείψεις, ψεκταί· καὶ ἐπὶ μικρὸν μὲν γινόμεναι, ἠρέμα, ἐπὶ πλέον δέ, μᾶλλον, ἐπὶ πολὺ δέ, σφόδρα. Δῆλον οὖν ὅτι τῆς μέσης ἕξεως ἀνθεκτέον. Αἱ μὲν οὖν περὶ τὴν ὀργὴν ἕξεις εἰρήσθωσαν.

[1] Lib. ii. cap. ult. [i] Ita El. et Aurel. τοιοῦτον vulgo ſcribitur.

etiam ſupra dictum eſt, ex iis quoque, quæ nunc dicimus, intelligi poteſt, non eſſe facile oratione diſtinguere, quomodo, et quibus hominibus, et quibus de cauſis, et quamdiu ſit iraſcendum, et quouſque quis in iracundia perſeverans recte faciat, aut peccet. Qui enim paulum quiddam a modo ſive in nimium, ſive in id, quod eſt parum, digreditur, non vituperatur: interdum enim eos, qui modum deſerunt, laudamus, manſuetoſque ac lenes appellamus; interdum, eos qui graviter iraſcuntur, eſſe animo virili dicimus, tanquam ad imperandum idoneos. Quam longe igitur, et quomodo a modo deflectens aliquis ſit vituperabilis, non eſt facile verbis definire: in rebus enim ſingularibus, et ſenſu, judicium hujus rei ſitum eſt. Sed illud certe perſpicuum eſt, medium habitum eſſe laudabilem, per quem, et quibus, et propter quas cauſas, et quomodo oportet, iraſcimur, cæteraque id genus omnia; nimium autem et parum, vituperabilia: quæ ſi non longe abſunt a medio, leviter: ſi longius, graviter: ſi longiſſime, graviſſime ſunt vituperanda. Perſpicuum igitur eſt, medium habitum diligenter eſſe retinendum. Atque ii animi habitus, qui in ira verſantur, hactenus ſint a nobis explicati.

ΚΕΦ. ϛʹ.

Ἐν δὲ ταῖς ὁμιλίαις καὶ τῷ συζῆν, καὶ λόγων καὶ πραγμάτων κοινωνεῖν, οἱ μὲν ἄρεσκοι δοκοῦσιν εἶναι· οἱ πάντα πρὸς ἡδονὴν ἐπαινοῦντες, καὶ οὐθὲν ἀντιτείνοντες, ἀλλὰ [k] δὴ οἰόμενοι δεῖν ἄλυποι τοῖς ἐντυγχάνουσιν εἶναι· οἱ δ' ἐξεναντίας τούτοις πρὸς πάντα [l] ἀντιτυποῦντες, καὶ τοῦ λυπεῖν οὐδ' ὁτιοῦν φροντίζοντες, δύσκολοι καὶ δυσέριδες καλοῦνται. Ὅτι μὲν οὖν αἱ εἰρημέναι ἕξεις ψεκταί εἰσιν, οὐκ ἄδηλον· καὶ ὅτι ἡ μέση τούτων ἐπαινετή, καθ' ἣν ἀποδέξεται ἃ δεῖ, καὶ ὡς δεῖ, ὁμοίως δὲ καὶ δυσχερανεῖ. Ὄνομα δὲ οὐκ ἀποδέδοται αὐτῇ τι· ἔοικε δὲ μάλιστα φιλίᾳ· τοιοῦτος γάρ ἐστιν ὁ κατὰ τὴν μέσην ἕξιν, οἷον βουλόμεθα λέγειν [m] τὸν ἐπιεικῆ φίλον, τὸ στέργειν προσλαβόντα. Διαφέρει δὲ τῆς φιλίας, ὅτι ἄνευ πάθους ἐστὶ καὶ τοῦ στέργειν, οἷς ὁμιλεῖ· [n] οὔτε γὰρ τῷ φιλεῖν ἢ ἐχθραίνειν ἀποδέχεται ἕκαστα ὡς δεῖ· ἀλλὰ τῷ τοιοῦτος εἶναι· ὁμοίως γὰρ

k Δὴ abest ab El. et C C C. l Ἀντιτείνοντες pro ἀντιτυποῦντες El. C C C. Ven. 1. 2. et Bas. m Γρ. τὸν ἐπιεικῆ καὶ φίλον. n Γρ. οὐ γὰρ pro οὔτε γάρ.

CAP. VI.

In congressu autem hominum et vitæ quotidianæ consuetudine, denique in sermonum ac factorum communicatione, alii blandi, seu placendi studiosi videntur esse; qui ut sint voluptati, laudant omnia, nullaque in re adversantur, sed putant se eos, quibuscum quotidie congrediuntur, nullo modo offendere oportere: alii contra, qui in omni re adversantur, neque magnopere laborant ne quem offendant, appellantur morosi, et in contentionibus pugnaces ac pervicaces. Hi igitur (quos diximus) animi habitus, nimirum sunt vituperabiles, horumque medius laudabilis, quo vir bonus ea omnia, quæ probanda, et ut probanda sunt, probabit, offendeturque contrariis. Nomen autem ei nullum impositum est: sed ad amicitiæ similitudinem proxime videtur accedere: nam qui hoc medio animi habitu præditus est, ejusmodi est, cujusmodi hominem commodum et bonum amicum significamus, cum amandi affectum assumpserit. Eo autem differt ab amicitia, quod animi motu, amorisque affectu in eos, quibuscum versatur, caret: non enim eo quod vel amet, vel oderit, unumquidque, ut oportet, approbat:

πρὸς ἀγνῶτας καὶ γνωρίμους, καὶ συνήθεις καὶ ἀσυνήθεις αὐτὸ ποιήσει, πλὴν καὶ ἐν ἑκάστοις ὡς ἁρμόζει· οὐ γὰρ ὁμοίως προσήκει συνήθων καὶ ὀθνείων φροντίζειν, οὐδ' αὖ λυπεῖν. Καθόλου μὲν [o]οὖν εἴρηται, ὅτι ὡς δεῖ ὁμιλήσει· ἀναφέρων δὲ πρὸς τὸ καλὸν καὶ τὸ συμφέρον, στοχάσεται τοῦ μὴ λυπεῖν, ἢ συνηδύνειν. Ἔοικε μὲν γὰρ περὶ ἡδονὰς καὶ λύπας εἶναι τὰς ἐν ταῖς ὁμιλίαις γινομένας· [p]τούτων δ' ὅσας μὲν αὐτῷ ἐστι μὴ καλὸν ἢ βλαβερὸν συνηδύνειν, δυσχερανεῖ, καὶ προαιρήσεται λυπεῖν. Κἂν τῷ ποιοῦντι δὲ ἀσχημοσύνην φέρῃ, καὶ ταύτην μὴ μικρὰν, ἢ βλάβην· ἡ δ' ἐναντίωσις μικρὰν λύπην, οὐκ ἀποδέξεται, ἀλλὰ δυσχερανεῖ. Διαφερόντως δ' ὁμιλήσει τοῖς ἐν ἀξιώμασι, καὶ τοῖς τυχοῦσι, καὶ μᾶλλον ἢ ἧττον γνωρίμοις· ὁμοίως δὲ καὶ

[o] Οὖν abeſt a noſtris MSS.

[p] Ὅσαι μὲν ἡδοναὶ οὐ πρὸς τὸ ἀγαθὸν ἀποβλέπουσιν, ταύτας οὐ συνησθήσεται τοῖς ἐντυγχάνουσιν, ἀλλὰ μᾶλλον ἡδομένοις δυσχερανεῖ· καὶ προαιρέσεται λυπηρὸς ὀφθῆναι μᾶλλον, ἢ ἡδὺς τοῦ ἀγαθοῦ ἕνεκα· μάλιστα ἂν ἡ ἡδονὴ αἰσχύνην φέρῃ καὶ βλάβην τῷ ποιοῦντι μεγάλην. Τότε γὰρ αἱρήσεται μᾶλλον λυπῆσαι, καὶ αἰσχῦναι μικρὸν, καὶ τῆς μείζονος ἀπαλλάξαι λύπης καὶ αἰσχύνης, ἢ μικρὸν εὐφράναντα διὰ τοῦ συνησθῆναι, τῇ μείζονι λύπῃ περιβαλεῖν. Andr.

ſed quia eo ingenio eſt, idque inſtituendæ vitæ conſilium cepit: æque enim hanc facilitatem erga notos atque ignotos, æque erga eos, quorum conſuetudine utitur, atque eos, quibuſcum nulla conſuetudine conjunctus eſt, adhibebit; ſed ita, ut cuique conveniet: non enim æque convenit homines conſuetudine et familiaritate conjunctos, atque alienos, vereri, et obſervare: neque rurſus offendere. Univerſe igitur jam dictum eſt, eum cum hominibus ita, ut debet, verſaturum et communicaturum: ſed tamen ad honeſtum et utile ſuas actiones referens, hunc ſibi ſcopum propoſitum habebit, ne quem offendat, aut ut delectet potius. In iis enim voluptatibus, ac moleſtiis verſari videtur, quæ ex ſermonibus et cœtibus hominum capiuntur: quando autem non niſi cum turpitudine aut etiam cum damno delectare poteſt, eam obſecundationem improbabit ac reſpuet, multoque malet offendere. Quod ſi quid erit, quod ei, qui faciat, dedecori ſit, aut damno non parvo: adverſando autem, levi illum moleſtia afficiat: factum illud turpe aut damnoſum non probabit, ſed improbabit potius, ac moleſte feret. Aliter autem cum iis communicabit et loquetur, qui dignitate aliqua præditi ſunt, aliter cum infimis, et forte fortuna oblatis ho-

κατὰ τὰς ἄλλας διαφορὰς, ἑκάστοις ἀπονέμων τὸ πρέπον. Καὶ καθ' αὑτὸ μὲν αἱρούμενος τὸ συνηδύνειν, λυπεῖν δὲ εὐλαβούμενος· τοῖς δὲ ἀποβαίνουσιν, ἐὰν ᾖ μείζω, συνεπόμενος, λέγω δὲ τῷ καλῷ καὶ τῷ συμφέροντι· καὶ ἡδονῆς δὲ ἕνεκα τῆς εἰσαῦθις μεγάλης, μικρὰ λυπήσει. Ὁ μὲν οὖν μέσος, τοιοῦτός ἐστιν· οὐκ ὠνόμασται δέ. Τοῦ δὲ συνηδύνοντος, ὁ μὲν τοῦ ἡδὺς εἶναι στοχαζόμενος, μὴ διά τι ἄλλο, ἄρεσκος· ὁ δ' ὅπως ὠφέλειά τις αὐτῷ γίγνηται εἰς χρήματα, καὶ ὅσα διὰ χρημάτων, κόλαξ. Ὁ δὲ πᾶσι δυσχεραίνων, εἴρηται ὅτι δύσκολος καὶ δύσερις. Ἀντικεῖσθαι δὲ φαίνεται τὰ ἄκρα [q] ἑαυτοῖς, διὰ τὸ ἀνώνυμον εἶναι τὸ μέσον.

ΚΕΦ. ζ'.

[s] ΠΕΡΙ τὰ αὐτὰ δὲ σχεδόν ἐστι καὶ ἡ τῆς ἀλαζονείας μεσότης· [r] ἀνώνυμος δὲ καὶ αὕτη. Οὐ χεῖρον δὲ καὶ τὰς

[q] Οὐ τῷ μέσῳ, *non medio.* Andr. [s] Magn. Moral. lib. i. cap. 3. et Eud. lib. iii. cap. 7. [r] Eam vero in lib. ii. cap. 7. ἀλήθειαν vocavit, et eo habitu præditum, ἀληθῆ. Id forſan eo loci perſpicuitatis cauſa fecit: ibi enim dicit, πειρατέον ὀνοματοποιεῖν σαφηνείας ἕνεκα· hic vero non niſi receptis verbis utitur. *Zuing.*

minibus: aliter cum notioribus, aliter cum minus notis: ſimiliterque in aliis diſſimilitudinibus ſuum cuique tribuet decorum. Ac delectationem quidem per ſe ſequetur atque eliget, offenſionem vero vitabit: iis autem quæ ſunt eventura, ſi majora ſint, adhæreſcet, honeſto, inquam, et utili: denique magnæ in poſterum voluptatis cauſa leviter offendet. Talis igitur medius eſt, quamvis non nominatus. Eorum autem, qui delectant, is, qui nihil aliud ſibi proponit, quod aſſequi velit, quam ut ſit jucundus, blandus et placendi ſtudioſus appellatur: qui vero id facit, ut aliquam ex eo utilitatem capiat, quæ vel in pecunia, vel in iis rebus quæ pecunia æſtimantur, poſitæ ſunt, aſſentator. At eum, qui omnibus offenditur, moroſum et in contentionibus pugnacem diximus appellari. Pugnare autem idcirco inter ſe videntur extrema, quia mediocritati nomen impoſitum non eſt.

CAP. VII.

IN iiſdem autem fere arrogantiæ quoque mediocritas vertitur: hæc vero etiam nomine vacat. Non erit autem incommodum tales quoque

τοιαύτας ἐπελθεῖν· μᾶλλόν τε γὰρ ἂν εἰδείημεν τὰ περὶ τὸ ἦθος, καθ' ἕκαστον διελθόντες· καὶ μεσότητας εἶναι τὰς ἀρετὰς πιστεύσαιμεν ἄν, ἐπὶ πάντων οὕτως ἔχον [s] συνιδόντες. Ἐν δὴ τῷ συζῆν οἱ μὲν πρὸς ἡδονὴν καὶ λύπην ὁμιλοῦντες εἴρηνται. Περὶ δὲ τῶν ἀληθευόντων τε καὶ ψευδομένων εἴπωμεν, ὁμοίως ἐν λόγοις καὶ πράξεσι καὶ τῷ προσποιήματι. Δοκεῖ [t] δὴ ὁ μὲν ἀλαζὼν, προσποιητικὸς τῶν ἐνδόξων εἶναι, καὶ μὴ ὑπαρχόντων, καὶ μειζόνων ἢ ὑπάρχει· ὁ δὲ εἴρων ἀνάπαλιν, ἀρνεῖσθαι τὰ ὑπάρχοντα, ἢ ἐλάττω ποιεῖν· ὁ δὲ μέσος αὐθέκαστός τις ὢν, ἀληθευτικὸς καὶ τῷ βίῳ, καὶ τῷ λόγῳ, τὰ ὑπάρχοντα ὁμολογῶν εἶναι περὶ αὑτὸν, καὶ οὔτε μείζω, οὔτε ἐλάττω. Ἔστι δὲ τούτων ἕκαστα, καὶ ἕνεκά τινος ποιεῖν καὶ μηθενός. Ἕκαστος δὲ οἷός ἐστι, τοιαῦτα λέγει καὶ πράττει, καὶ οὕτω ζῇ, ἐὰν μή τινος ἕνεκα πράττῃ. Καθ' αὑτὸ δὲ τὸ μὲν ψεῦδος, φαῦλον καὶ ψεκτόν· τὸ δὲ ἀληθὲς, καλὸν καὶ ἐπαινετόν· οὕτω δὲ

a real character

allowing his merits as they really are

[s] Συνειδότες El. [t] Γρ. δέ.

habitus persequi: nam et planius ea, quæ ad mores pertinent, cognoscemus singulis explicatis: et virtutes mediocritates esse magis erit nobis persuasum ac probatum, cum ita esse in omnibus perspexerimus. De iis igitur, qui in convictu vitæque societate voluptatem et offensionem eorum, quibuscum versantur, spectant, dictum est. Nunc de iis, qui veritatem colunt, aut mentiuntur, idque verbis pariter ac factis, et simulatione, pauca dicenda sunt. Videtur igitur gloriosus seu arrogans res sibi gloriosas vendicare solere, quæ non insunt, quæque sunt iis, quæ insunt, majores: dissimulator contra vel ea, quæ insunt, negare, vel minora fingere atque extenuare: medius vero cum singulis in rebus sui juris atque arbitrii sit, vita et oratione verax esse: qui ea, quæ habet, in se inesse confitetur, neque ea verbis auget, neque extenuat. Nihil autem obstat, quominus quis hæc singula et alicujus, et nullius rei causa faciat. Qualis vero quisque est, talis ejus et actio et oratio est, talis denique et vita; nisi rei alicujus agat et loquatur gratia. (Per se autem mendacium quidem, malum, et vituperabile est; verum autem, et honestum et laudabile:) ita et verax cum sit medius, laudabilis est: at qui

καὶ ὁ μὲν ἀληθευτικὸς, μέσος ὢν, ἐπαινετός· οἱ δὲ ψευδόμενοι, ἀμφότεροι μὲν ψεκτοί· μᾶλλον δ' ὁ ἀλαζών. Περὶ ἑκατέρου δ' εἴπωμεν· πρότερον δὲ περὶ τοῦ ἀληθευτικοῦ· οὐ γὰρ περὶ τοῦ [u]ἐν ταῖς ὁμολογίαις ἀληθεύοντος λέγομεν, οὐδ' ὅσα εἰς ἀδικίαν ἢ δικαιοσύνην συντείνει· ἄλλης γὰρ ἂν εἴη ταῦτ' ἀρετῆς· [x]ἀλλ' ὃς ἂν, μηθενὸς τοιούτου διαφέροντος, καὶ ἐν λόγῳ καὶ ἐν βίῳ ἀληθεύῃ, τῷ τὴν ἕξιν τοιοῦτος εἶναι. Δόξειε δ' ἂν ὁ τοιοῦτος ἐπιεικὴς εἶναι· ὁ γὰρ φιλαλήθης, καὶ ἐν οἷς μὴ διαφέρει ἀληθεύων, ἀληθεύσει καὶ ἐν οἷς διαφέρει ἔτι μᾶλλον· ὡς γὰρ αἰσχρὸν, τὸ ψεῦδος εὐλαβήσεται, ὅγε καὶ καθ' αὑτὸ ηὐλαβεῖτο· ὁ δὲ τοιοῦτος ἐπαινετός. [y]Ἐπὶ τὸ ἔλαττον ἢ μᾶλλον τοῦ ἀληθοῦς [z]ἀποκλίνει· ἐμμελέστερον γὰρ φαίνεται, διὰ τὸ ἐπαχθεῖς τὰς ὑπερβολὰς εἶναι. Ὁ δὲ μείζω τῶν ὑπαρχόντων προσποιούμενος μηθενὸς ἕνεκα, φαύλῳ μὲν ἔοικεν· οὐ γὰρ ἂν ἔχαιρε τῷ ψεύδει· μάταιος δὲ φαίνεται μᾶλ-

[u] Ἐν ταῖς συμφωνίαις, *in pactis* aut *conventibus*. Andr. [x] Ἀλλ' ἐν οἷς μηθ. El. Vet. Interp. et Bas. [y] Ὃς εἰ δεήσει παρεκκλῖναι τοῦ μέσου, πρὸς τὴν ἔλλειψιν, οὐ πρὸς τὴν ὑπερβολὴν νεύσει. *Et ita quidem, ut si recedendum fuerit a medio, ad defectum potius quam ad excessum abiturus est.* Andr. [z] Γρ. ἀποκλινεῖ.

mentiuntur, ambo sunt illi quidem vituperandi; sed magis arrogans. De utroque autem dicamus, ac primum de veraci: non enim de eo loquimur, qui in pactis conventis, neque de eo, qui in rebus, quæ ad injustitiam, justitiamve pertinent, verus est, (alius enim hæc sunt fortasse virtutis) sed de eo, qui, quibus in rebus nihil refert, utrum sit ejusmodi, necne, tum in oratione, tum in vita, veritatem colit et sequitur, eo ipso quod tali animi habitu sit præditus. Talis autem qui est, vir bonus non immerito videri possit: nam qui veritatem amat, veraque loquitur quibus in rebus id facere nihil attinet, is multo magis in iis vere loquetur, in quibus magnopere referet: mendacium enim ut turpe fugiet ac vitabit, quod jam etiam per se suapteque natura fugiebat: at talis vir laudabilis est. Ad extenuandam autem rerum veritatem propensior est: concinnius enim hoc esse videtur: quoniam omne nimium, grave et odiosum est. Qui vero majora sibi, quam quæ insunt, tribuit ac vendicat, nullius rei causa; est ille quidem improbo similis (non enim mendacio delectaretur) veruntа-

λον ἢ κακός. Εἰ δ' ἕνεκά τινος, ὁ μὲν δόξης ἢ τιμῆς, οὐ λίαν ψεκτὸς, ὡς ὁ ἀλαζών· ὁ δὲ ἀργυρίου, ἢ ὅσα εἰς ἀργύριον, ἀσχημονέστερος. [a]Οὐκ ἐν τῇ δυνάμει δ' ἐστὶν ὁ ἀλαζὼν, ἀλλ' ἐν τῇ προαιρέσει· κατὰ τὴν ἕξιν γὰρ, καὶ τῷ τοιόσδε εἶναι, ἀλαζών ἐστιν, ὥσπερ καὶ ψεύστης· ὁ μὲν τῷ ψεύδει αὐτῷ χαίρων, ὁ δὲ δόξης ὀρεγόμενος ἢ κέρδους. Οἱ μὲν οὖν δόξης χάριν ἀλαζονευόμενοι, τὰ τοιαῦτα προσποιοῦνται, ἐφ' οἷς ἔπαινος ἢ εὐδαιμονισμός· οἱ δὲ κέρδους, [b]ὧν ἀπόλαυσίς ἐστι τοῖς πέλας, καὶ ἃ διαλαθεῖν ἐστι μὴ ὄντα, [c]οἷον ἰατρὸν ἢ μάντιν σοφόν. Διὰ τοῦτο οἱ πλεῖστοι προσποιοῦνται τὰ τοιαῦτα, καὶ ἀλαζονεύονται· ἔστι γὰρ ἐν αὐτοῖς τὰ εἰρημένα. Οἱ δ' εἴρωνες

[a] Non intelligitur is eſſe glorioſus, qui eam vim ac facultatem habet, ut poſſit ſibi, quæ non habeat, arrogare: ſed qui ſuum conſilium eo contulit, ut ſibi ea arroget, quæ non habet. Eadem fere habet Ariſtot. lib. i. Rhet. ὁ γὰρ σοφιστικὸς οὐκ ἐν τῇ δυνάμει, ἀλλ' ἐν τῇ προαιρέσει. [b] Ὧν καὶ ἀπ. C C C. et N C. ὧν ἡδεῖα καὶ ἀπ. El. [c] Οἷον ἰατρὸν, ἢ μάντιν, ἢ σοφὸν El. et Vet. Interp. quæ lectio haud mala eſt: οἱ σοφοὶ, *Sophiſtæ*, enim olim erant ſapientes doctique viri: ſed poſtea improbitate et avaritia hominum factum eſt, ut nomen σοφοῦ odioſiſſimum fieret, et illis tantum conveniret, qui ſub eruditionis ſpecie quæſtum facerent, et imperitis adoleſcentibus imponerent, vanis pollicitationibus, et mendacibus promiſſis eorum animos alliciendo. Vide Victor.

men levis hominis potius ac nugatoris, quam mali ſimilitudinem gerere videtur. Quod ſi alicujus rei gratia faciat, is, qui gloriæ vel honoris cauſa facit, non eſt valde vituperandus, ut arrogans: at qui pecuniæ, aut aliarum rerum, quæ pecuniæ loco ſunt, multo turpior eſt. Non autem vi ac poteſtate, ſed conſilio et inſtituta ratione vitæ, intelligitur arrogans: ex habitu enim, et eo quia talis ſit, arrogans eſt: quomodo et mendax: alius enim mendacio ipſo delectatur; alius vero gloriæ quæſtuſve cauſa ſibi plus, quam par eſt, ſumit atque arrogat. Atque ii quidem, qui cupiditate gloriæ incenſi ſibi plus æquo tribuunt, ea ſibi vendicant, propter quæ homines vel laudari, vel beati prædicari ſolent: qui autem quæſtus cauſa id faciunt, ea ſibi ſumunt, quæ aliis fructum ac voluptatem afferunt, et in quibus tenebras aliis licet offundere, ne videre poſſint, eum non eſſe talem, qualem ſe eſſe profiteatur: verbi gratia, medicum, aut vatem, aut ſophiſtam. Atque ob hanc cauſam complures talia in ſe ineſſe ſimulant, taliaque ſibi arrogant: in eis enim ea reperiuntur, quæ a nobis dicta ſunt. Diſſimulatores autem, qui ſua omnia verbis elevant,

ἐπὶ τὸ ἔλαττον λέγοντες, χαριέστεροι μὲν τὰ ἤθη φαίνονται· οὐ γὰρ κέρδους ἕνεκα δοκοῦσι λέγειν, ἀλλὰ φεύγοντες τὸ [d]ὀγκηρόν. Μάλιστα δὲ καὶ οὗτοι τὰ ἔνδοξα ἀπαρνοῦνται· [1]οἷον καὶ Σωκράτης ἐποίει. Οἱ δὲ καὶ τὰ μικρὰ καὶ τὰ φανερὰ προσποιούμενοι, [e]βαυκοπανοῦργοι λέγονται, καὶ εὐκαταφρόνητοί εἰσι. Καὶ ἐνίοτε ἀλαζονεία φαίνεται· οἷον ἡ τῶν [f]Λακώνων ἐσθής· καὶ γὰρ ἡ ὑπερβολὴ καὶ ἡ λίαν ἔλλειψις, ἀλαζονικόν. Οἱ δὲ μετρίως χρώμενοι τῇ εἰρωνείᾳ, καὶ περὶ τὰ μὴ λίαν ἐμποδὼν καὶ φανερὰ εἰρωνευόμενοι, χαρίεντες φαίνονται. Ἀντικεῖσθαι δὲ ὁ ἀλαζὼν φαίνεται τῷ ἀληθευτικῷ· χείρων γάρ.

ΚΕΦ. η΄.

ΟΥΣΗΣ δὲ καὶ ἀναπαύσεως ἐν τῷ βίῳ, καὶ ἐν ταύτῃ διαγωγῆς μετὰ παιδιᾶς, δοκεῖ καὶ ἐνταῦθα εἶναι ὁμιλία

[d] Ὀχληρὸν C C C. et El. ὀγκηρὸν vero ad oram. [1] Vide Quintil. lib. ix. cap. 2. et Plat. Dial. [e] Βλακοπανοῦργοι C C C. et Vet. Interp. [f] Lacedæmonii, ut teſtatur Xenophon in lib. de Rep. Laced. veſtibus utebantur viliſſimis, quæ vix genua tegebant, ut frugalitatis laudem aucuparentur. Vide Ælian. Var. Hiſt. lib. ix.

moribus videntur illi quidem eſſe politioribus: non enim lucri cauſa ita loqui videntur, ſed quod elationem animi jactationemque fugiant. Maxime autem etiam hi glorioſa omnia de ſe negant: quod faciebat et Socrates. Qui vero res parvas, et in promptu poſitas diſſimulant, verſuti ſeu delicati veteratores appellantur, ſuntque hi abjecti et contempti homines. Atque adeo interdum hoc vitium arrogantiæ ſimilitudinem gerit, qualis eſt Lacedæmoniorum veſtitus: nam ſibi et nimium aſſumere, et parum admodum tribuere, de ſeque omnia detrahere, arrogantis eſt. Qui vero intra modum diſſimulatione utuntur, eaque diſſimulant, quæ non admodum nota, neque in promptu ſunt poſita, ii politi homines videntur. Arrogans autem potius quam diſſimulator, veraci videtur opponi: deterior enim eſt.

CAP. VIII.

SED cum ſit in vita ſuus etiam requieti locus, atque in hac temporis aliquid cum ludo et joco ponere liceat: hic quoque videtur converſatio

τις ἐμμελὴς, καὶ οἷα δεῖ λέγειν, καὶ ὡς· ὁμοίως δὲ καὶ ἀκούειν. Διοίσει δὲ καὶ τῷ ἐν τοιούτοις λέγειν, ἢ τοιούτων ἀκούειν. Δῆλον δ᾽ ὡς καὶ περὶ ταῦτά ἐστιν ὑπερβολή τε καὶ ἔλλειψις τοῦ μέσου. Οἱ μὲν οὖν τῷ γελοίῳ ὑπερβάλλοντες, βωμολόχοι δοκοῦσιν εἶναι καὶ φορτικοὶ, γλιχόμενοι πάντως τοῦ γελοίου, καὶ μᾶλλον στοχαζόμενοι τοῦ γέλωτα ποιῆσαι, ἢ τοῦ λέγειν εὐσχήμονα, καὶ μὴ λυπεῖν τὸν σκωπτόμενον. Οἱ δὲ μήτ᾽ αὐτοὶ ἂν εἰπόντες μηθὲν γελοῖον, τοῖς τε λέγουσι δυσχεραίνοντες, ἄγριοι καὶ σκληροὶ δοκοῦσιν εἶναι. Οἱ δὲ ἐμμελῶς παίζοντες, εὐτράπελοι προσαγορεύονται, οἷον εὔτροποι· τοῦ γὰρ ἤθους αἱ τοιαῦται δοκοῦσι κινήσεις εἶναι· [g] ὥσπερ δὲ τὰ σώματα ἐκ τῶν κινήσεων κρίνεται, οὕτω καὶ τὰ ἤθη. Ἐπιπολάζοντος δὲ τοῦ γελοίου, καὶ τῶν πλείστων χαιρόντων τῇ παιδιᾷ, καὶ τῷ σκώπτειν

[g] Ὥσπερ γὰρ αἱ κινήσεις τὰ σώματα χαρακτηρίζουσιν, οἷον πῦρ μὲν ἡ εἰς τὸ ἄνω κίνησις, καὶ πᾶν κοῦφον, βαρὺ δὲ ἡ εἰς τὸ μέσον, καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ὁμοίως· οὕτω καὶ ἀπὸ τῶν ἔξω καὶ φαινομένων τοῦ ἀνθρώπου κινήσεων, αἱ ἕξεις τῆς ψυχῆς φαίνονται καὶ τὰ ἤθη. *Sicut enim corpora diſtinguunt ſui motus: ut exempli gratia, ignem, et quicquid leve eſt, motus qui in altum fertur, grave contra motus qui ad medium, eodemque modo in aliis: ita ex exterioribus et quæ in oculos incurrunt hominum motibus habitus quoque apparent animæ, et mores.* Andr.

quædam apta et concinna conſiſtere: ut, cum talia dicantur, qualia, et quemadmodum dici debent, tum etiam audiantur. Intererit autem etiam inter quales quis loquatur, qualeſve loquentes audiat. Jam vero perſpicuum eſt, in his et nimium eſſe et parum: quorum utrumque abeſt a medio. Atque ii quidem, qui riſu movendo ultra modum prodeunt, ſcurræ videntur eſſe, et ridiculi contemptique homines, qui ridiculorum ſingulari cupiditate ac deſiderio affecti ſunt, magiſque ſibi hunc ſcopum propoſitum habent, ut riſum moveant, quam ut honeſta ac decora loquantur, nec ejus, in quem ſalſe dicunt, animum offendant. Qui autem nec ipſi quicquam ridicule ſalſeque dicere queunt, et iis, qui dicunt, infenſi ſunt, agreſtes et inſulſi homines habendi ſunt. At qui concinne et lepide ſalibus et jocis utuntur, εὐτράπελοι, faceti aut urbani, nominantur, quaſi εὔτροποι, flexibili ac verſatili ingenio præditi: ingenii enim et morum tales motus videntur eſſe: quemadmodum autem corpora ex motibus judicantur, ita et mores. Jam vero cum ſales et ridicula increbruerint, compluresque jocis, et ſalſe dictis magis, quam par ſit, delectentur: ſit ut

μᾶλλον ἢ δεῖ· καὶ οἱ βωμολόχοι εὐτράπελοι προσαγορεύονται, ὡς χαρίεντες· ὅτι δὲ διαφέρουσι, καὶ οὐ μικρὸν, ἐκ τῶν εἰρημένων δῆλον. Τῇ μέσῃ δ' ἕξει οἰκεῖον καὶ ἡ ἐπιδεξιότης ἐστί. Τοῦ δ' ἐπιδεξίου ἐστὶ τοιαῦτα λέγειν καὶ ἀκούειν, οἷα τῷ ἐπιεικεῖ καὶ ἐλευθέρῳ ἁρμόττει· ἔστι γάρ τινα πρέποντα τῷ τοιούτῳ λέγειν ἐν παιδιᾶς μέρει, καὶ ἀκούειν. Καὶ ἡ τοῦ ἐλευθέρου παιδιὰ διαφέρει τῆς τοῦ ἀνδραποδώδους, καὶ αὖ τοῦ πεπαιδευμένου καὶ ἀπαιδεύτου. [h] Ἴδοι δ' ἄν τις καὶ ἐκ τῶν κωμῳδιῶν τῶν παλαιῶν καὶ τῶν καινῶν· τοῖς μὲν γὰρ ἦν γελοῖον ἡ αἰσχρολογία· τοῖς δὲ μᾶλλον ἡ [i] ὑπόνοια· διαφέρει δ' οὐ μικρὸν ταῦτα πρὸς εὐσχημοσύνην. Πότερον οὖν τὸν εὖ σκώπτοντα ὁριστέον τῷ λέγειν ἃ πρέπει ἐλευθέρῳ; ἢ τῷ μὴ λυπεῖν τὸν ἀκούοντα, ἢ καὶ τέρπειν; ἢ καὶ τό γε τοιοῦτον, ἀόριστον; ἄλλο

h Andronicus hoc exemplum ſic explicat: Τοῦτο δὲ ἀπὸ τῶν κωμῳδιῶν γίνεται δῆλον, τῶν τε παλαιῶν καὶ τῶν νέων· ἐν γὰρ ταῖς κωμῳδίαις οἱ μὲν φαύλους τινὰς καὶ ἀνδραποδώδεις ὑποκρινόμενοι, γελοῖα καὶ ἡδέα ἡγοῦνται τὰ αἰσχρά· οἱ δὲ ἐλευθερίους τινὰς, καὶ ἐπιδεξίους, καὶ ἐπιεικεῖς ὑποκρινόμενοι, τὰ μεθ' ὑπονοίας. *Quod vel ex comœdiis apparet, tum antiquis tum novis: in iis enim qui plebeias repræſentant perſonas et illiberales, ridicula putant et jucunda quæ obſcœna ſunt: qui contra ingenuos dexteroſque homines et probos, quæ ſuſpicionem movent tantum.* Veteris comœdiæ αἰσχρολογία, et novæ ὑπόνοια haud ineleganter depinguntur ab Horatio in Sat. 4. lib. i. et Art. Poet. Vide Eraſm. in Chiliad. et Scal. lib. i. Poet. cap. 7.

i Ὑπόνοια ab antiquis ſcriptoribus vocabatur, quæ ab inferiore ætate nominata eſt ἀλληγορία.

ſcurræ, faceti appellentur, tanquam humanitate politi homines: ſed ex iis, quæ diximus, multum inter eos intereſſe perſpicuum eſt. Medio autem habitui etiam ea, quæ dexteritas appellatur, accommodata eſt. Dexteri porro hominis eſt ea et dicere, et audire, quæ viro bono ac libero conveniunt: ſunt enim quædam, quæ talem virum joco deceat et dicere et audire. Magnum quoque inter ingenuo dignum, et ſervilem jocum, intervallum interjectum eſt; magnum inter eruditi jocum, et ineruditi. Quod quidem ex veteribus et novis comœdiis cuivis intelligere licet: illis enim ridicula res erat verborum obſcœnitas: his ſententia potius verbis tecta: inter hæc autem ad ſpeciem honeſtam ac decoram multum intereſt. Utrum igitur is, qui bene in alterum dicta ſalſa dicit, ex eo definiendus eſt, quod ea dicat, quæ liberum decent? an quod eum, qui audit, non offendat, aut etiam delectet? an vero hoc quoque incertum, nec definitum eſt? alia enim aliis

γὰρ ἄλλῳ μισητόν τε καὶ ἡδύ. [k]Τοιαῦτα δὲ καὶ ἀκούσεται· ἃ γὰρ ὑπομένει ἀκούων, ταῦτα καὶ ποιεῖν δοκεῖ. [l]Οὐ δὴ πᾶν ποιήσει· τὸ [m]γὰρ σκῶμμα, λοιδόρημά τι ἐστίν· οἱ δὲ νομοθέται ἔνια λοιδορεῖν κωλύουσιν· ἔδει δ' ἴσως καὶ σκώπτειν. Ὁ δὴ χαρίεις καὶ ἐλεύθερος οὕτως ἕξει, οἷον νόμος ὢν ἑαυτῷ. Τοιοῦτος μὲν οὖν ὁ μέσος ἐστὶν, εἴτ' ἐπιδέξιος, εἴτ' εὐτράπελος λέγεται. [n]Ὁ δὲ βωμολόχος ἥττων ἐστὶ τοῦ γελοίου, καὶ οὔτε ἑαυτοῦ, οὔτε τῶν ἄλλων ἀπεχόμενος, εἰ γέλωτα ποιήσει· καὶ τοιαῦτα λέγων, ὧν οὐθὲν ἂν ὁ χαρίεις εἴποι, ἔνια δὲ οὐδ' ἂν ἀκούσαι. Ὁ δ' ἄγριος εἰς τὰς τοιαύτας ὁμιλίας ἀχρεῖος· οὐδὲν γὰρ συμβαλλόμενος, πᾶσι δυσχεραίνει. [o]Δοκεῖ δὲ ἡ ἀνάπαυσις καὶ ἡ παιδιὰ ἐν τῷ βίῳ εἶναι [p]ἀναγκαῖον. Τρεῖς οὖν αἱ εἰρημέναι ἐν τῷ

[k] Γρ. Τοιαῦτα δὲ καὶ ἀκούσεται ἥδιον. Per τοιαῦτα intelligit οἷα τῷ ἐπιεικεῖ καὶ ἐλευθέρῳ ἁρμόττει. [l] Οὐ δὴ πᾶν λέξει alii legunt: οὐ δὴ πάντα ποιήσει, ἢ λέξει Lambinus legiſſe videtur. Ego methodo perſuaſus, οὐ δὴ πάντα ἀκούσει legere malim; niſi forte οὐ δὴ πᾶν ποιήσει aſſumptionem eſſe intelligas: tum concluſio erit ſubintelligenda. *Zuing.* [m] Γὰρ hoc in loco non ejus, quod præceſſit, οὐ δὴ πᾶν ποιήσει, cauſam continet: ſed poſterior eſt cauſa ejus, quod propoſuerat, τοιαῦτα δὲ καὶ ἀκούσεται: cum prior fuerit, ἃ γὰρ ὑπομένει &c. Frequens eſt alioqui Ariſt. quando cauſas unius rei plures affert, in ſingulis voce γὰρ uti, cujus loco alias voces ἔπειτα, πρὸς τοῦτο et ſimiles uſurpat. *Zuing.* [n] Ὁ δὲ βωμολόχος σφόδρα ἐρῶν τοῦ γελοίου, οὐδενὸς φείδεται τῶν γέλωτα ποιούντων, οὔτε ἔργων, οὔτε ῥημάτων· καὶ οὔτε ἑαυτοῦ, οὔτε τῶν ἀκουόντων ἀπέχεται. Andr. [o] Γρ. δοκεῖ δὲ καὶ ἡ ἀν. [p] Ἀναγκαῖα El.

odioſa ſunt, et jucunda. Talia autem etiam audiet: nam quæ quiſque æquo animo audit, hæc facere quoque videtur. Non igitur quidvis faciet, aut in alterum dicet; nam ſalſe dictum, quoddam maledicti genus eſt: at latores legum quædam maledicti loco objicere vetant: ſed oportebat eoſdem fortaſſe vetare quoque ne quidvis in alterum ſalſe dicere liceret. Homo igitur politus et ingenuus ſic erit affectus, proinde ac ſi ipſe ſibi lex ſit. Ac medius quidem talis eſt, ſive dexter, ſive facetus, ſive urbanus appellandus ſit. Scurra autem ridiculo moderari non poteſt, cum nec ſibi, nec aliis parcat, dummodo riſum moveat: cum talia denique dicat, quæ humanitate politus homo nunquam dixerit: nonnulla autem etiam ejus aures reſpuerint. Agreſtis autem ille et ruſticus atque inſulſus ad tales congreſſiones prorſus ineptus et inutilis eſt: nam cum ipſe nihil ad eas operæ conferat, tum omnibus offenditur. Videntur autem ad hominum vitam requies et jocus eſſe neceſſaria. Tres igitur ſunt illæ, quas diximus, in

βίῳ μεσότητες· εἰσὶ δὲ πᾶσαι περὶ λόγων τινῶν καὶ πράξεων κοινωνίαν· διαφέρουσι δ', ὅτι ἡ μὲν περὶ ἀλήθειάν ἐστιν, αἱ δὲ περὶ τὸ ἡδύ. Τῶν δὲ περὶ τὴν ἡδονὴν, ἡ μὲν ἐν ταῖς παιδιαῖς, ἡ δ' ἐν ταῖς κατὰ τὸν ἄλλον βίον ὁμιλίαις.

ΚΕΦ. θ'.

ΠΕΡΙ[1] δὲ αἰδοῦς ὥς τινος ἀρετῆς οὐ προσήκει λέγειν· πάθει γὰρ μᾶλλον ἔοικεν, ἢ ἕξει. Ὁρίζεται γοῦν φόβος τις ἀδοξίας· ἀποτελεῖται δὲ τῷ περὶ τὰ δεινὰ φόβῳ παραπλήσιον· ἐρυθραίνονται γὰρ οἱ αἰσχυνόμενοι· οἱ δὲ τὸν θάνατον φοβούμενοι ὠχριῶσι. Σωματικὰ δὴ φαίνεταί πως εἶναι ἀμφότερα· ὅπερ δοκεῖ πάθους μᾶλλον ἢ ἕξεως εἶναι. Οὐ πάσῃ δ' ἡλικίᾳ τὸ πάθος ἁρμόζει, ἀλλὰ τῇ νέᾳ· οἰόμεθα γὰρ δεῖν τοὺς τηλικούτους αἰδήμονας εἶναι, διὰ τὸ πάθει ζῶντας πολλὰ ἁμαρτάνειν, ὑπὸ τῆς αἰδοῦς δὲ [q] κωλύεσθαι. Καὶ ἐπαινοῦμεν τῶν μὲν νέων τοὺς αἰδήμονας· πρεσβύτερον δ' οὐδεὶς ἂν ἐπαι-

[1] Magn. Moral. lib. i. cap. 30. et Eud. lib. iii. cap. 7. [q] Κεκωλῦσθαι C C C. Ven. 1. et Baſ.

vita mediocritates: quæ omnes in quorundam ſermonum et actionum communitate verſantur: ſed eo differunt, quod una in veritate, reliquæ duæ in jucunditate ſitæ ſunt. Atque harum ipſarum, quæ ad jucunditatem pertinent, altera in jocis, altera in congreſſionibus reliquæque vitæ communitatibus vertitur.

CAP. IX.

DE verecundia autem, quaſi virtus ſit aliqua, non attinet dicere: perturbationi enim quam habitui ſimilior eſt. Definitur itaque, infamiæ metus quidam: exiſtit autem ſimiliter, atque metus, qui in rebus formidoloſis verſatur; erubeſcunt enim ii, qui pudore afficiuntur; palleſcunt autem, qui mortem extimeſcunt. Apparet igitur, utrumque quodammodo ad corpus pertinere: quod quidem perturbationis potius, quam habitus proprium videtur eſſe. Non omni porro ætati, ſed adoleſcentiæ, hæc perturbatio convenit: nam qui hac ætate ſunt, pudentes et verecundos eſſe putamus oportere: quia cum eorum vita aſſiduis perturbationibus agitetur, multa peccent, a quibus pudore revocantur. Juvenes itaque laudamus eos, qui ſunt pudentes; ſenem vero quod facile

κέσειεν, ὅτι αἰσχυντηλός· οὐθὲν γὰρ οἰόμεθα δεῖν αὐτὸν πράττειν, ἐφ' οἷς ἐστιν αἰσχύνη· οὐδὲ γὰρ ἐπιεικοῦς ἐστιν ἡ αἰσχύνη, εἴπερ γίγνεται ἐπὶ τοῖς φαύλοις· οὐδὲ γὰρ πρακτέον [r]τὰ τοιαῦτα. Εἰ δ' ἐστι τὰ μὲν κατ' ἀλήθειαν αἰσχρὰ, τὰ δὲ κατὰ δόξαν, οὐθὲν διαφέρει· οὐδέτερα γὰρ πρακτέα· ὥστ' οὐκ αἰσχυντέον. Φαύλου δὲ καὶ τὸ εἶναι τοιοῦτον, οἷον πράττειν τι τῶν αἰσχρῶν· τὸ δ' οὕτως ἔχειν, ὥστ' εἰ πράξειέ τι τῶν τοιούτων, αἰσχύνεσθαι, καὶ διὰ τοῦτ' οἴεσθαι ἐπιεικῆ εἶναι, ἄτοπον· ἐπὶ τοῖς ἑκουσίοις γὰρ ἡ αἰδώς· ἑκὼν δὲ ὁ ἐπιεικὴς οὐδέποτε πράξει τὰ φαῦλα. Εἴη δ' ἂν ἡ αἰδὼς ἐξ ὑποθέσεως ἐπιεικές· εἰ γὰρ πράξαι, αἰσχύνοιτ' ἄν· οὐκ ἔστι δὲ τοῦτο περὶ τὰς ἀρετάς· εἰ δὲ ἡ ἀναισχυντία φαῦλον, καὶ τὸ μὴ αἰδεῖσθαι τὰ αἰσχρὰ πράττειν, οὐθὲν μᾶλλον τὸ [s]τοιαῦτα πράττοντα αἰσχύνεσθαι, ἐπιεικές. Οὐκ ἔστι δὲ οὐδ' ἡ ἐγκράτεια ἀρετὴ, ἀλλά τις μικτή· δειχθήσεται δὲ περὶ αὐτῆς ἐν τοῖς ὕστερον. Νῦν δὲ περὶ δικαιοσύνης εἴπωμεν.

conditional

[r] Γρ. ταῦτα pro τοιαῦτα.

[s] Γρ. ταῦτα pro τοιαῦτα.

pudore afficiatur, nemo laudaverit: nihil enim eum arbitramur agere oportere eorum, propter quæ pudor existere solet: nam nec viri boni est pudor, siquidem ex rebus malis nascitur: res enim hujusmodi ne agendæ quidem sunt. Nihil vero refert, utrum alia sint re turpia, alia opinione; neutra enim sunt agenda: ergo pudore affici non oportet. Præterea vero improbi hominis est talem esse, ut turpe aliquid agat: ita autem animatum esse aliquem, ut si quid tale admiserit, pudore afficiatur, atque ob hanc causam se virum bonum esse putare, absurdum est: eorum enim, quæ sponte nostra agimus, nos pudet: at vir bonus nunquam quicquam mali sponte sua admittet. Sed tamen ex conditione pudor potest bonum videri: nam si quid turpe admittat, pudore afficiatur: sed hoc non inest in virtutibus: neque vero si impudentem esse, nulloque pudore a turpibus actionibus revocari, malum est: idcirco turpia agentem pudore affici, bonum erit. Jam vero ne continentia quidem virtus est, sed quiddam virtutis habet admixtum: de qua posterius dicemus. Nunc autem de justitia differamus.

ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ

ΗΘΙΚΩΝ ΝΙΚΟΜΑΧΕΙΩΝ

[a]ΤΟ Ε΄.

ARISTOTELIS

ETHICORUM NICOMACHEORUM

LIB. V.

ΚΕΦ. α΄.

ΠΕΡΙ δὲ δικαιοσύνης καὶ ἀδικίας σκεπτέον, περὶ ποίας τε τυγχάνουσιν οὖσαι πράξεις, καὶ ποία μεσότης ἐστὶν ἡ δικαιοσύνη, καὶ τὸ δίκαιον τίνων μέσον. Ἡ δὲ σκέψις ἡμῖν ἔστω κατὰ τὴν αὐτὴν μέθοδον τοῖς προειρημένοις. Ὁρῶμεν δὴ πάντας τὴν τοιαύτην ἕξιν βουλομένους λέγειν δικαιοσύνην, ἀφ' ἧς [b] πρακτικοὶ τῶν δικαίων εἰσί, καὶ ἀφ' ἧς δικαιοπρα-

[a] Hic et duo proxime ſequentes libri totidem fere verbis in iv. v. et vi. libb. Eud. leguntur. Vide Magn. Moral. lib. i. cap. 34. [b] *Πρακτικοὶ* male a nonnullis Interpp. *apti* et *idonei* vertitur: non enim juſtitia, ſed natura ipſa homines ad res juſtas agendas *aptos* et *idoneos* efficit: et injuſtiſſimi quoque apti ſunt ad

CAP. I.

DE juſtitia autem et injuſtitia hoc videndum eſt, quibus in actionibus verſentur, quænam mediocritas ſit juſtitia, quarum denique rerum medium ſit jus. Quibus in rebus exquirendis et explicandis, eadem atque in ſuperioribus via rationeque utamur. Videmus igitur eum animi habitum, quo ad res juſtas gerendas homines efficiuntur propenſi, quoque res juſtas et agunt, et volunt, ab omnibus juſtitiam intelligi at-

In the sciences the same cause may be productive of different effects, but this cannot be the case with respect to the habits

γοῦσι, [c] καὶ βούλονται τὰ δίκαια· τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον καὶ περὶ ἀδικίας, ἀφ' ἧς ἀδικοῦσι, καὶ βούλονται τὰ ἄδικα. Διὸ καὶ ἡμῖν πρῶτον ὡς ἐν τύπῳ ὑποκείσθω ταῦτα· οὐδὲ γὰρ τὸν αὐτὸν ἔχει τρόπον ἐπί τε τῶν ἐπιστημῶν καὶ δυνάμεων, καὶ ἐπὶ τῶν ἕξεων. Δύναμις μὲν γὰρ καὶ ἐπιστήμη δοκεῖ τῶν ἐναντίων ἡ αὐτὴ εἶναι· ἕξις δ' [d] ἡ ἐναντία τῶν ἐναντίων οὔ· οἷον [e] ἀπὸ τῆς ὑγιείας οὐ πράττεται τὰ ἐναντία, ἀλλὰ τὰ ὑγιεινὰ μόνον· λέγομεν γὰρ [f] ὑγιεινῶς βαδίζειν, ὅταν βαδίζῃ ὡς ἂν ὁ ὑγιαίνων. Πολλάκις μὲν οὖν γνωρίζεται ἡ ἐναντία ἕξις ἀπὸ τῆς ἐναντίας· πολλάκις δὲ αἱ ἕξεις ἀπὸ τῶν ὑποκειμένων· ἐάν τε γὰρ ἡ εὐεξία ἡ φανερὰ, καὶ ἡ καχεξία φανερὰ γίνεται· καὶ ἐκ τῶν εὐεκτικῶν ἡ εὐεξία, καὶ ἐκ ταύτης τὰ εὐεκτικά· εἰ γὰρ

from those things which are subj. to the habit. the constituent parts

agenda ea quæ justa sunt: alioqui ne injusti quidem esse possent. Hoc loco πρακτικοὶ significat *propensionem* quandam, et, ut præclare interpretatus est D. Thomas, *inclinationem ad opus justitiæ*. Sic lib. iv. ληπτικὸς, φυλακτικὸς, προετικὸς, θαυμαστικὸς, ἐπαινετικὸς, dicitur non qui *aptus* et *idoneus*, sed qui *propensus est ad accipiendum, ad custodiendum, &c.* Muret. [c] Δεῖ γὰρ προσκεῖσθαι ἀεὶ ταῖς ἀρεταῖς ταῖς ἠθικαῖς τὸ βούλεσθαι· καὶ ἀδύνατον ἄλλως αὐτὰς ὁρισθῆναι· διὰ τὸ βούλεσθαι γὰρ σωφρονεῖν καὶ δικαιοπραγεῖν, ὁ δίκαιος καὶ ὁ σώφρων γίνεται. Τὸ δύνασθαι δίκαια πράττειν δυνατόν ἐστι καὶ τῷ ἀδίκῳ πολλάκις· τὸ δὲ βούλεσθαι μόνον ἐστὶ τοῦ δικαίου· ὅθεν δίκαιός ἐστι καὶ ὁ μὴ δυνάμενος μὲν πράττειν τὰ δίκαια, βουλόμενος δὲ, καὶ ἕξιν ἔχων δικαιοσύνης. Andr. [d] Ἡ αὐτὴ pro ἡ ἐναντία legendum esse censet Muret. quem videas. Μία δὲ ἕξις οὐκ ἔστι τῶν ἐναντίων πρακτική· οὐ γὰρ ἀπὸ τῆς δικαιοσύνης τὰ ἄδικα πράττομεν καὶ δίκαια. Andr. [e] Ὑπὸ τῆς ὑγ. in Eud. [f] Ὡς ὑγιεινῶς βαδίζει in Eud.

que appellari solere: eodemque modo injustitiam, habitum esse, quo et injuriam faciunt, et res injustas volunt. Itaque hæc primum nobis quoque, veluti quadam imagine adumbrata, posita sint et concessa: neque enim ita se res habet in scientiis et facultatibus, seu potestatibus, ut in habitibus. Facultas enim seu potestas, et scientia, eadem contrariorum videtur esse; habitus autem contrariorum non idem est: verbi gratia, a bona valetudine non aguntur contraria, sed ea, quæ sunt bonæ valetudinis propria duntaxat: dicimus enim aliquem valenter ambulare, cum ita ambulat, ut is, qui bene valet. Sæpenumero igitur ex contrario habitu habitus intelligitur contrarius; sæpe ex rebus habitui subjectis: nam si bona corporis habitudo et firma constitutio nota sit, nota erit etiam mala: et cognitis iis, quæ firmam corporis constitutionem efficiunt, firma quoque corporis constitutio erit cognita: et rursus ex hac ipsa, ea, quæ bonam corporis habitudinem efficiunt: si e-

by knowing what forms a good habit of body we do know what forms a gross one, so from a knowledge of the constituent parts of justice, we may also [know] those of injustice.

ἐστιν ἡ εὐεξία πυκνότης σαρκὸς, ἀνάγκη καὶ τὴν καχεξίαν εἶναι μανότητα σαρκός· καὶ τὸ εὐεκτικὸν, τὸ ποιητικὸν πυκνότητος ἐν σαρκί. Ἀκολουθεῖ δ' ὡς ἐπιτοπολὺ, [g] ἐὰν θάτερα πλεοναχῶς λέγηται, καὶ θάτερα πλεοναχῶς λέγεσθαι· οἷον, [h] εἰ τὸ δίκαιον, καὶ τὸ ἄδικον. Ἔοικε δὲ πλεοναχῶς λέγεσθαι ἡ δικαιοσύνη, καὶ ἡ ἀδικία· ἀλλὰ διὰ τὸ σύνεγγυς εἶναι τὴν ὁμωνυμίαν αὐτῶν, λανθάνει· καὶ οὐχ ὥσπερ ἐπὶ τῶν πόῤῥω δήλη μᾶλλον· ἡ γὰρ διαφορὰ πολλὴ, ἡ κατὰ τὴν ἰδέαν· οἷον ὅτι καλεῖται κλεὶς ὁμωνύμως, ἥ τε ὑπὸ τὸν αὐχένα τῶν ζώων, καὶ ᾗ τὰς θύρας κλείουσιν. Εἰλήφθω δὴ, ὁ ἄδικος ποσαχῶς λέγεται. Δοκεῖ δὲ, ὅ, τε παράνομος ἄδικος εἶναι, καὶ ὁ πλεονέκτης, καὶ ὁ ἄνισος· ὥστε δῆλον, ὅτι καὶ ὁ δίκαιος ἔσται ὅ, τε νόμιμος, καὶ ὁ ἴσος. Τὸ μὲν δίκαιον ἄρα τὸ νόμιμον, καὶ τὸ ἴσον· τὸ δ' ἄδικον τὸ παράνομον, καὶ τὸ ἄνισον. Ἐπεὶ δὲ

Dan't f. several significations or be extensive one

in things but distantly connected

The separate distinction of the species is great—

[g] Hoc præceptum dialecticum ab Ariſtotele accurate tractatur in lib. i. Topic.
[h] Εἰ τὸ ἄδικον, καὶ ἡ ἀδικία in Eud.

nim bona corporis habitudo, ſoliditas carnis eſt: neceſſe eſt malam corporis habitudinem carnis raritatem eſſe: et quod vim habet efficientem firmæ corporis conſtitutionis, id ad carnis ſoliditatem gignendam neceſſario valebit. Plerumque autem ſequitur, ut ſi altera pluribus modis dicantur, alterorum quoque multi ſint ſignificandi modi: verbi gratia, ſi multæ ſint juſti ſignificationes, erunt et injuſti multæ. Multis autem modis juſtitia et injuſtitia dici videntur: ſed quia valde eſt propinqua earum nominis communitas et ſimilitudo, idcirco obſcurior eſt, neque ita, ut in iis, quæ longe inter ſe diſtant, apparet: magna enim differentia eſt ea, quæ ex ſpecie eſt: exempli gratia, clavis apud Græcos uno et communi nomine appellatur et ea pars, quæ cervicibus animalium ſubeſt, et ea, qua oſtia claudunt. Hoc igitur ſumptum ſit, quot modis homo injuſtus dicatur. Et vero videtur injuſtus eſſe et is, qui contra legem committit, et is qui ſibi plus vendicat, quam par ſit, quique inæqualis eſt: ex quo perſpicuum eſt, juſtum quoque futurum et eum, qui legibus pareat, et eum, qui æquus ſeu æqualis ſit. Jus igitur erit tum id, quod legibus ſancitur, quod legitimum appellant, tum id, quod æquum eſt: et contra injuria, tum id, quod in legem committitur, tum id, quod iniquum eſt. Quoniam autem

καὶ πλεονέκτης ὁ ἄδικος, περὶ τὰ ἀγαθὰ [i]ἔσται, οὐ πάντα, ἀλλὰ περὶ ὅσα εὐτυχία καὶ ἀτυχία· [k]ἃ ἐστι μὲν ἁπλῶς ἀεὶ ἀγαθὰ, τινὶ δὲ οὐκ ἀεί. Οἱ δ' ἄνθρωποι ταῦτα εὔχονται καὶ διώκουσι· δεῖ δ' οὔ· ἀλλ' εὔχεσθαι μὲν τὰ ἁπλῶς ἀγαθὰ, καὶ αὐτοῖς ἀγαθὰ εἶναι, αἱρεῖσθαι δὲ τὰ αὐτοῖς ἀγαθά. Ὁ δ' ἄδικος οὐκ ἀεὶ τὸ πλέον αἱρεῖται, ἀλλὰ καὶ τὸ ἔλαττον, ἐπὶ τῶν ἁπλῶς κακῶν. Ἀλλ' ὅτι δοκεῖ καὶ τὸ [l]μεῖον κακὸν ἀγαθόν πως εἶναι, τοῦ δ' ἀγαθοῦ ἐστιν ἡ πλεονεξία, διὰ τοῦτο δοκεῖ πλεονέκτης εἶναι. [m]Ἔστι δὲ ἄνισος· τοῦτο γὰρ περιέχει

[i] Ἔσται deeſt in Eud. [k] Hæc Philoſophi ſententia optime exprimitur a Terentio in Heautont.

Quid relliqui eſt, quin habeat, quæ quidem in homine dicuntur bona?
Parentes, patriam incolumem, amicos, genus, cognatos, divitias.
Atque hæc perinde ſunt, ut illius animus, qui ea poſſidet:
Qui uti ſcit, ei bona; illi, qui non utitur recte, mala.

[l] Μὴ κακὸν pro μεῖον κακὸν in Eud. [m] Hunc locum ſic legendum eſſe: Ἔστι δ' ἄνισος, καὶ παράνομος· τοῦτο γὰρ περιέχει καὶ κοινόν ἐστι· et cætera verba iis admiſta, delenda eſſe cenſeo: in quo quid librarios deceperit non eſt difficile conjicere hominibus in hoc genere exercitatis. Hanc correctionem a me acceptam Lambinus, vir acutiſſimo ingenio, acerrimoque judicio præditus, retulit in Scholia in eos libros ſua: niſi quod, cum meam ſententiam exponeret, verba illa πᾶσαν ἀδικίαν, et πάσης ἀδικίας reliquit: quæ mihi vel maxima cauſa fuit hoc quoque loco teſtificandi, quid ſentirem. Non tantum enim exiſtimo e gloſſematis illa fluxiſſe, verum etiam e falſis et ineptis gloſſematis: nam verba illa, περιέχει, καὶ κοινόν ἐστι, ſi quis attente conſideret, non πρὸς πᾶσαν ἀδικίαν, ſed πρὸς τὸ πλέον, καὶ πρὸς τὸ ἔλαττον referenda ſunt. *Mur.* Var. Lect. lib. vi. cap. 8. τὸ γὰρ ἄνισον ἔχει τὸ πλέον καὶ τὸ ἔλαττον poſt κοινὸν inſeruntur in Mich. Eph. Ven. 1. 2. et Baſ. ἡ παρανομία ἤτοι ἡ ἀνισότης deſunt CCC. Ἔστι δὲ ὁ ἄδικος ἄνισος· τοῦτο γὰρ περιεκτικὸν ὄνομα καὶ κοινόν ἐστι πᾶσι τοῖς εἴδεσι τῆς ἀδικίας, ἡ ἀνισότης· καὶ γὰρ καὶ ὁ παράνομος, ἄνισός τις ἐστι, καὶ ὁ πλεονέκτης. Andr. Vide Zuing. et Lamb. καὶ κοινὸν, καὶ παράνομον in Eud.

injuſtus etiam plus bonorum, quam par ſit, ſibi depoſcit ac vendicat: in bonis erit occupatus, non omnibus, ſed in iis duntaxat, in quibus ſecunda et adverſa fortuna locum habet: quæ ſunt bona ſimpliciter et abſolute quidem illa ſemper, ſed huic vel illi non ſemper. Homines autem hæc votis omnibus expetuntque, ac perſequuntur: quod facere non oportet, ſed optare ſane, ut quæ ſimpliciter bona ſunt, ea nobis quoque bona ſint: eligere autem ac ſumere, quæ nobis ſunt bona. Sed injuſtus non ſemper id, quod plus eſt, eligit, verum etiam quod minus eſt, in iis, quæ abſolute mala ſunt. Sed quia videtur etiam minus malum quodammodo bonum eſſe: cupiditas autem ejus, quod plus eſt, boni cupiditas eſt: idcirco videtur ille eſſe ejus, quod plus eſt, appetens et cupidus. Porro iniquus etiam contra legem peccat: nam hoc ipſum, quod peccatum in le-

καὶ κοινόν· καὶ παράνομος· τοῦτο γὰρ ἡ παρανομία, ἤτοι ἡ ἀνισότης, περιέχει πᾶσαν ἀδικίαν, καὶ κοινόν ἐστι πάσης ἀδικίας. Ἐπεὶ δ᾽ ὁ παράνομος ἄδικος ἦν, ὁ δὲ νόμιμος δίκαιος, δῆλον ὅτι πάντα τὰ νόμιμά ἐστί πως δίκαια· τά τε γὰρ ὡρισμένα ὑπὸ τῆς νομοθετικῆς, νόμιμά ἐστι· καὶ ἕκαστον τούτων δίκαιον εἶναί φαμεν. Οἱ δὲ νόμοι [n] ἀγορεύουσι περὶ ἁπάντων, στοχαζόμενοι ἢ τοῦ κοινῇ συμφέροντος πᾶσιν, ἢ τοῖς ἀρίστοις, ἢ τοῖς κυρίοις, ἢ κατ᾽ ἀρετὴν, ἢ κατ᾽ ἄλλον τινὰ τρόπον τοιοῦτον. Ὥστε ἑνὰ μὲν τρόπον δίκαια λέγομεν, τὰ ποιητικὰ, καὶ φυλακτικὰ τῆς εὐδαιμονίας καὶ τῶν μορίων αὐτῆς, τῇ πολιτικῇ κοινωνίᾳ. Προστάττει δὲ ὁ νόμος, καὶ τὰ τοῦ ἀνδρείου ἔργα ποιεῖν, οἷον μὴ [o] λείπειν τὴν τάξιν, μηδὲ φεύγειν, μηδὲ ῥίπτειν τὰ ὅπλα· καὶ τὰ τοῦ σώφρονος, οἷον μὴ μοιχεύειν, μηδὲ ὑβρίζειν· καὶ τὰ τοῦ πράου, οἷον μὴ τύπτειν, μηδὲ κακηγορεῖν· ὁμοίως δὲ καὶ κατὰ τὰς ἄλλας ἀρετὰς καὶ μοχθηρίας, τὰ μὲν κελεύων, τὰ δ᾽ ἀπαγορεύων· ὀρθῶς μὲν, ὁ κείμενος ὀρθῶς,

[n] Ὁρίζουσι pro ἀγορεύουσι quidam legi volunt. [o] Λιπεῖν C C C.

gem dicimus, omnem injuſtitiam continet, omniſque injuſtitiæ commune eſt. Quoniam autem eum, qui contra leges committit, injuſtum eſſe diximus; qui vero leges ſervat, juſtum: perſpicuum eſt, ea omnia, quæ legitima ſunt, quodammodo eſſe juſta: nam cum ea, quæ a ſcientia legum ferendarum deſcripta et definita ſunt, legitima ſunt, tum unumquodque horum jus eſſe dicimus. Leges autem omnibus de rebus ita loquuntur, ut vel communem omnium utilitatem ſpectent, vel optimorum, vel eorum, penes quos ſumma rerum eſt poteſtas: et vel ſecundum virtutem, vel ſecundum quem alium modum talem. Quocirca uno modo jura appellamus ea, quæ vitam beatam, ejuſque partes, civili ſocietate conciliare et conſervare poſſunt. Ac lex quidem et viri fortis muneribus fungi jubet, ut locum atque ordinem in acie tenere, neque fugere, neque arma abjicere: et temperantis, ut non adulterari, neque cuiquam ſtuprum inferre: et lenis ac manſueti, ut neminem verberare, neque cuiquam maledicere: itemque in cæteris virtutibus ac vitiis, partim jubendo, partim vetando: recte quidem ea lex, quæ recte ac ſalutariter: per-

[p]χεῖρον δὲ, ὁ ἀπεσχεδιασμένος. Αὕτη μὲν οὖν ἡ δικαιοσύνη, ἀρετὴ μέν ἐστι τελεία, [q]ἀλλ᾽ οὐχ ἁπλῶς, ἀλλὰ πρὸς ἕτερον. Καὶ διὰ τοῦτο πολλάκις κρατίστη τῶν ἀρετῶν εἶναι δοκεῖ ἡ δικαιοσύνη· καὶ οὔθ᾽ ἕσπερος, οὔθ᾽ ἑῷος οὕτω [r]θαυμαστός. Καὶ παροιμιαζόμενοί φαμεν,

[s]Ἐν δὲ δικαιοσύνῃ συλλήβδην πᾶσ᾽ ἀρετή ᾽στι.

Καὶ τελεία μάλιστα ἀρετὴ, ὅτι τῆς τελείας ἀρετῆς χρῆσίς ἐστι· τελεία δ᾽ ἐστὶν, ὅτι ὁ ἔχων αὐτὴν, καὶ πρὸς ἕτερον δύναται τῇ ἀρετῇ χρῆσθαι, ἀλλ᾽ οὐ μόνον καθ᾽ αὑτόν· πολλοὶ γὰρ, ἐν μὲν τοῖς οἰκείοις, τῇ ἀρετῇ δύνανται χρῆσθαι· ἐν δὲ τοῖς πρὸς ἕτερον, ἀδυνατοῦσι. Καὶ διὰ τοῦτο εὖ δοκεῖ ἔχειν τὸ τοῦ Βίαντος, ὅτι ἀρχὰ τὸν ἄνδρα [t]δείξει· πρὸς ἕτερον γὰρ, καὶ ἐν κοινωνίᾳ ἤδη ὁ ἄρχων. Διὰ δὲ τὸ αὐτὸ τοῦτο, καὶ ἀλλότριον ἀγαθὸν δοκεῖ εἶναι ἡ δικαιοσύνη, μόνη τῶν ἀρετῶν, [u]ὅτι πρὸς ἕτερόν ἐστιν· ἄλλῳ γὰρ τὰ συμφέροντα πράττει, ἢ ἄρχοντι, ἢ [x]κοινῷ.

[p] Γρ. χείρων. [q] Ἀλλ᾽ οὐχ ἁπλῶς defunt in Eud. [r] Γρ. θαυμαστόν. [s] Verſus eſt Theogn. 147. [t] Γρ. δείκνυσιν. [u] Γρ. ὅτι καί. [x] Κοινωνῷ in Eud. et ad oram C C C. et Baſ.

peram autem, quæ negligenter et inconſiderate lata eſt. Hæc igitur juſtitia virtus eſt illa quidem perfecta, non tamen ſimpliciter neque abſolute, ſed ſi ad alterum referatur. Atque ob hanc cauſam ſæpe omnium præſtantiſſima virtutum videtur eſſe juſtitia: neque veſper, neque lucifer tanta homines admiratione afficere. Tum ſolemus hoc uti proverbio:

Juſtitia una alias virtutes continet omnes.

Ac perfectiſſima virtus eſt, quia perfectæ virtutis uſus eſt: ideo autem perfecta eſt, quia qui ea præditus eſt, etiam cum aliis, et erga alios, non ſecum ſolum, virtutem colere poteſt: plerique enim in ſuis quidem rebus uti virtute poſſunt, in iis autem, quas cum altero contraxerunt, non poſſunt. Quocirca præclare Biantis illud videtur eſſe dictum: Magiſtratus virum declarabit: nam qui magiſtratum gerit, is jam cum altero rationem habet, et in communione vitæ verſatur. Atque ob hanc eandem cauſam ſola ex omnibus virtutibus juſtitia alienum videtur eſſe bonum, quia ad alterum refertur ac pertinet: aliorum enim utilitati conſulit, nempe aut principis, aut reipublicæ.

Κάκιστος μὲν οὖν ὁ πρὸς αὑτὸν, καὶ πρὸς τοὺς φίλους χρώμενος τῇ μοχθηρίᾳ· ἄριστος δ' οὐχ [y] ὁ πρὸς αὑτὸν τῇ ἀρετῇ, ἀλλ' ὁ πρὸς ἕτερον· τοῦτο γὰρ ἔργον [z] χαλεπόν. Αὕτη μὲν οὖν ἡ δικαιοσύνη οὐ μέρος ἀρετῆς, ἀλλὰ ὅλη ἀρετή ἐστιν· οὐδ' ἡ ἐναντία ἀδικία, μέρος κακίας, ἀλλ' ὅλη κακία. Τί δὲ διαφέρει ἡ ἀρετὴ καὶ ἡ δικαιοσύνη αὕτη, δῆλον ἐκ τῶν εἰρημένων· ἔστι μὲν γὰρ ἡ αὐτή· τὸ δὲ εἶναι, οὐ τὸ αὐτό· ἀλλ', ᾗ μὲν πρὸς ἕτερον, δικαιοσύνη, ᾗ δὲ τοιάδε [a] ἕξις, ἁπλῶς ἀρετή.

ΚΕΦ. β΄.

ΖΗΤΟΥΜΕΝ δέ γε τὴν ἐν μέρει ἀρετῆς δικαιοσύνην· ἔστι γάρ τις, ὥς φαμεν· ὁμοίως δὲ καὶ περὶ ἀδικίας τῆς κατὰ μέρος. Σημεῖον δὲ ὅτι ἐστί· κατὰ μὲν γὰρ τὰς ἄλλας μοχθηρίας ὁ ἐνεργῶν, ἀδικεῖ μὲν, πλεονεκτεῖ δ' οὐδέν· οἷον ὁ ῥίψας τὴν ἀσπίδα, διὰ δειλίαν, ἢ ὁ κακῶς εἰπὼν, διὰ χα-

[y] Ὁ καὶ πρὸς El. [z] Χαλεπὸν gloſſam eſſe oſtendunt libri quidam, in quibus ſcriptum eſt, τοῦτο γὰρ ἔργον, τοῦτ' ἔστι χαλεπόν· ἔργον autem ſæpe idem valere quod ἐργῶδες aut χαλεπὸν ſatis notum eſt: ita quoque a Latino poeta dictum eſt:
Hoc opus, hic labor eſt. Muret.

[a] Γρ. ἕξις ἁπλῶς, ἀρετή.

Deterrimus igitur ille quidem habendus eſt, qui improbitate et in ſe, et in amicos utitur: optimus autem, non qui ſecum et ſibi, ſed qui cum aliis, et erga alios virtutem colit: hoc enim difficile atque operoſum eſt. (Ergo hæc juſtitia non virtutis pars eſt, ſed virtus univerſa: neque ei contraria injuſtitia, pars vitii eſt, ſed vitium integrum atque univerſum.) Quid interſit autem inter virtutem et hanc juſtitiam, ex iis, quæ diximus, perſpicuum eſt: eſt enim eadem illa quidem, ſed ejus eſſentia non eſt eadem: verum qua cum altero rationem habet, juſtitia eſt; qua talis quidam habitus eſt, abſolute virtus eſt.

CAP. II.

JUSTITIAM autem quærimus eam, quæ pars virtutis eſt; eſt enim aliqua, ut dicimus: itemque injuſtitiam eam, quæ in partibus vitii numeratur. Aliquam porro eſſe hujuſmodi, argumento eſt, quod qui agit aliquid eorum, quæ ad cætera vitia pertinent, facit ille quidem injuſte, ſibi tamen plus boni, quam oportet, non ſumit, aut vendicat: verbi gratia, qui clypeum abjecit propter ignaviam, aut qui maledixit alteri

λεπτότητα, ἢ οὐ βοηθήσας χρήμασι, δι' ἀνελευθερίαν· ὅταν δὲ πλεονεκτῇ, πολλάκις κατ' οὐδεμίαν τῶν τοιούτων· ἀλλὰ μὴν οὐδὲ κατὰ πάσας, κατὰ πονηρίαν δέ γέ τινα· ψέγομεν γὰρ καὶ κατ' ἀδικίαν. Ἔστιν ἄρα γέ τις ἄλλη ἀδικία, ὡς μέρος τι τῆς ὅλης, καὶ ἄδικόν τι ἐν μέρει τοῦ ὅλου ἀδίκου, τοῦ παρὰ τὸν νόμον. Ἔτι εἰ ὁ μὲν τοῦ κερδαίνειν ἕνεκα μοιχεύοι καὶ προσλαμβάνοι, ὁ δὲ προστιθεὶς καὶ ζημιούμενος δι' ἐπιθυμίαν· οὗτος μὲν ἀκόλαστος δόξειεν ἂν εἶναι μᾶλλον ἢ πλεονέκτης, ἐκεῖνος δ' ἄδικος, ἀκόλαστος δ' οὔ· δῆλον ἄρα ὅτι διὰ τὸ κερδαίνειν. Ἔτι περὶ μὲν τἄλλα πάντα ἀδικήματα γίνεται ἡ ἐπαναφορὰ ἐπί τινα μοχθηρίαν ἀεί· οἷον εἰ ἐμοίχευσεν, ἐπ' ἀκολασίαν· εἰ ἐγκατέλιπε τὸν παραστάτην, ἐπὶ δειλίαν· εἰ δὲ ἐπάταξεν, ἐπὶ ὀργήν· εἰ δ' ἐκέρδανεν, ἐπὶ οὐδεμίαν μοχθηρίαν, ἀλλ' ἢ ἐπ' ἀδικίαν. Ὥστε φανερὸν ὅτι ἐστί τις ἀδικία παρὰ τὴν ὅλην ἄλλη ἐν μέρει, συνώνυμος· ὅτι ὁ ὁρι-

for there is always a reference to some Vice.

propter aſperitatem, aut qui pecunia non eſt alicui opitulatus ob illiberalitatem: cum autem ſibi plus boni ſumit aut vendicat, quam oportet, ſæpe nullo tali vitio, certe non omnibus, ſed uno tamen aliquo peccat: nam eum vituperamus, et injuſtitiæ nomine vituperamus. Eſt igitur alia quædam injuſtitia, tanquam injuſtitiæ pars quædam univerſæ: itemque injuſtum quoddam, ut totius pars injuſti, ejus, quod contra leges committitur. Præterea ſi quis quæſtus cauſa adulterium committat, mercedemque etiam ferat, alius autem cupiditate inflammatus idem faciat, dans etiam aliquid de ſuo, jacturamque rei ſuæ faciens: hic quidem intemperans potius, quam plus ſibi ſumens et vendicans eſſe videtur; ille autem injuſtus, ſed non intemperans: propterea ſcilicet quia quæſtus cauſa faciat. Præterea in cæteris quidem omnibus injuſte factis, ſi quid peccetur, id ſemper ad aliquod genus improbitatis refertur: verbi cauſa, ſi quis adulterium commiſit, ad intemperantiam; ſi eum, qui in acie proximus locatus erat, deſeruit, ad timiditatem; ſi quem pulſavit, ad iracundiam: ſed ſi quæſtum fecit, ad nullum aliud vitium, niſi ad injuſtitiam refertur. Perſpicuum igitur eſt, præter univerſam injuſtitiam, aliam quandam eſſe ejus partem uno eodemque nomine appellatam: quoniam eodem

σμὸς ἐν τῷ αὐτῷ γένει· ἄμφω γὰρ ἐν τῷ πρὸς ἕτερον ἔχουσι τὴν δύναμιν· ἀλλ᾽ ἡ μὲν περὶ τιμὴν, ἢ χρήματα, ἢ σωτηρίαν, ἢ εἴ τινι [b] ἔχοιμεν ἑνὶ ὀνόματι περιλαβεῖν ταῦτα πάντα· καὶ δι᾽ ἡδονὴν τὴν ἀπὸ τοῦ κέρδους· ἡ δὲ περὶ ἅπαντα περὶ ὅσα ὁ σπουδαῖος. Ὅτι μὲν οὖν εἰσι δικαιοσύναι πλείους, καὶ ὅτι ἐστί τις καὶ ἑτέρα παρὰ τὴν ὅλην ἀρετὴν, δῆλον· τίς δὲ [c] ϗ ὁποία τις, ληπτέον. Διώρισται δὴ τὸ ἄδικον, τό, τε παράνομον, καὶ τὸ ἄνισον· τὸ δὲ δίκαιον, τό, τε νόμιμον, καὶ τὸ ἴσον. Κατὰ μὲν οὖν τὸ παράνομον, ἡ πρότερον εἰρημένη ἀδικία ἐστίν. [d] Ἐπεὶ δὲ τὸ ἄνισον ϗ τὸ πλέον οὐ ταὐτὸν, ἀλλ᾽ ἕτερον, ὡς μέρος

[b] Γρ. ἔχομεν. [c] Γρ. καὶ ποία. [d] Admodum diverſe legitur hæc perioche. In Baſ. ſic: ἐπεὶ δὲ τὸ ἄνισον ϗ τὸ παράνομον οὐ ταὐτὸν, ἀλλ᾽ ἕτερον, ὡς μέρος πρὸς ὅλον· τὸ μὲν γὰρ ἄνισον ἅπαν παράνομον· τὸ δὲ παράνομον, οὐχ ἅπαν ἄνισον· τὸ μὲν γὰρ πλέον ἅπαν ἄνισον, τὸ δὲ ἄνισον οὐ πᾶν πλέον· ϗ τὸ ἄδικ. Ita etiam habet El. niſi quod poſt primum παράνομον ſcribitur πλέον: ejus vero ad oram eſt vulgata lectio. In C C C. ſic: ἐπεὶ δὲ τὸ ἄνισον ϗ τὸ παράνομον, reliqua vero ut vulg. lect. ad oram γρ. ut in Baſ. In Vet. Interp. ſic: ἐπεὶ δὲ τὸ ἄνισον καὶ τὸ πλέον οὐ ταὐτὸν, reliqua ut in Baſ. Lambinus inter οὐ πᾶν πλέον et καὶ τὸ ἄδικ. inſerit ϗ ἐπεὶ τὸ παράνομον ϗ τὸ ἄνισον οὐ ταὐτὸν, ἀλλ᾽ ἕτερον, ὡς μέρος πρὸς ὅλον· τὸ μὲν γὰρ ἄνισον ἅπαν παράνομον, τὸ δὲ παράνομον οὐχ ἅπαν ἄνισον. Andronicus pro vulgata lectione facit. Ἐπεὶ δὲ τὸ πλέον οὐ ταὐτόν ἐστι τῷ ἀνίσῳ, ἀλλ᾽ ἔστι τὸ μὲν ἄνισον ὥσπερ ὅλον, τὸ δὲ πλέον ὡς μέρος· τὸ γὰρ πλέον ϗ ἄνισον, οὐ πᾶν δὲ τὸ ἄνισον πλέον· ἔστι τις ἀδικία ϗ περὶ τὸ ἄνισον ἄλλη. De varietate lectionis hoc in loco ſequentia habet Muretus: In quadam admirabili exemplarium, tum veterum tum recentium, varietate ſecutus ſum eam ſcripturam, quæ mihi viſa eſt optima, eſt autem hæc: ἐπεὶ δὲ τὸ ἄνισον, ϗ τὸ παράνομον οὐ ταὐτὸν, ἀλλ᾽ ἕτερον, ὡς μέρος πρὸς ὅλον· τὸ μὲν γὰρ ἄνισον ἅπαν παράνομον, τὸ δὲ παράνομον οὐ πᾶν ἄνισον· ϗ τὸ ἄδικ. quæ ſcriptura, ut mihi quidem videtur, et veram et perſpicuam ſententiam continet. Quæ ab aliis interjiciuntur de comparatione τοῦ πλέονος ϗ τοῦ ἀνίσου, vera quidem ſunt, ſed nihil, ut arbitror, faciunt ad id quod hic docetur.

genere utriuſque definitio continetur; utriuſque enim vis in eo poſita eſt, ut ad alterum referatur: ſed hæc quidem in honore verſatur, aut pecunia, aut ſalute, aut ſi quo uno nomine hæc omnia complecti poſſimus; et propter voluptatem ſuſcipitur eam, quæ e lucro proficiſcitur: illa autem in iis omnibus, in quibus vir bonus occupatus eſt. Juſtitias ergo plures eſſe, aliamque quandam præter univerſam virtutem eſſe, perſpicuum eſt: quæ ſit porro et qualis, eſt intelligendum. Hæc igitur a nobis propoſita eſt injuriæ diſtinctio, unam eſſe, quæ contra leges infertur; alteram, quæ ab æquitate, ſeu æqualitate remota eſt: itemque, jus eſſe unum legitimum, æquale alterum. Atque ex ea quidem, quæ contra leges infertur, injuria, ſuperior injuſtitia et orta et appellata eſt. Verum quoniam non eſt idem iniquum, ſeu inæquale, ſeu ab æquitate

πρὸς ὅλον· τὸ μὲν γὰρ πλέον ἅπαν ἄνισον, τὸ δ᾽ ἄνισον οὐ πᾶν πλέον· καὶ τὸ ἄδικον καὶ ἡ ἀδικία οὐ ταὐτὰ, ἀλλ᾽ ἕτερα ἐκείνων· τὰ μὲν ὡς μέρη, τὰ δ᾽ ὡς ὅλα· μέρος γὰρ αὕτη ἡ ἀδικία τῆς ὅλης ἀδικίας· ὁμοίως δὲ καὶ ἡ δικαιοσύνη τῆς δικαιοσύνης. Ὥστε καὶ [e] περὶ τῆς ἐν μέρει δικαιοσύνης καὶ ἀδικίας λεκτέον, καὶ τοῦ δικαίου καὶ τοῦ ἀδίκου ὡσαύτως. Ἡ μὲν οὖν κατὰ τὴν ὅλην ἀρετὴν [f] τεταγμένη δικαιοσύνη καὶ ἀδικία, ἡ μὲν τῆς ὅλης ἀρετῆς οὖσα χρῆσις πρὸς ἄλλον, ἡ δὲ τῆς κακίας, ἀφείσθω. Καὶ τὸ δίκαιον δὲ καὶ τὸ ἄδικον τὸ κατὰ ταύτας φανερὸν ὡς διοριστέον· σχεδὸν γὰρ τὰ πολλὰ τῶν νομίμων τὰ ἀπὸ τῆς ὅλης ἀρετῆς [g] προςαττόμενά ἐστι· καθ᾽ ἑκάστην γὰρ ἀρετὴν προςάττει ζῆν, καὶ καθ᾽ ἑκάστην μοχθηρίαν κωλύει ὁ νόμος. Τὰ δὲ ποιητικὰ τῆς ὅλης ἀρετῆς ἐστι τῶν

[e] Περὶ τῆς ἐν μέρει ἀδικίας El. C C C. et in Eud. [f] Τεταμένη, ut in aliis libris ſcriptum reperio, legere malo. *Mur.* [g] Γρ. πραττόμενα.

remotum, quod plus, ſed aliud ad aliud relatum, ut pars ad totum (quicquid enim plus eſt, iniquum ſeu inæquale eſt: ſed non quicquid eſt iniquum, plus eſt) quoniamque itidem iniquitas, et ea injuria, quæ fit contra leges, non ſunt idem, (nam quicquid iniquum eſt, contra leges committitur: ſed non quicquid contra leges committitur, continuo eſt iniquum) efficitur ut hæc injuria, et hæc injuſtitia, non ſint eædem atque illæ, ſed ab illis differant: partiumque rationem ad tota obtineant: hæc enim injuſtitia totius injuſtitiæ pars eſt; itemque totius juſtitiæ hæc juſtitia. Itaque et de juſtitia ea, quæ generi ſubjecta eſt, et de injuſtitia, quæ illius injuſtitiæ pars eſt, dicendum eſt: eodemque modo de jure atque injuria. Eam igitur juſtitiam, eamque injuſtitiam, quæ in eodem atque virtus universa vitiumque univerſum ordine locatæ ſunt, quarum altera totius virtutis, altera totius vitii uſus eſt cum altero, prætermittamus. Jus quoque et injuria, quæ ſunt his conſentanea, quonam modo diſtinguenda et diſcernenda ſint, non eſt obſcurum: nam pleraque fere jura legitima, ea officia ſunt, quæ ab univerſa virtute præſcribuntur: unicuique enim virtuti convenienter vivere lex jubet, et unumquodque vitium ſequi vetat. Cauſæ autem efficientes virtutis univerſæ ſunt ea omnia jura legitima,

νομίμων ὅσα νενομοθέτηται [h] περὶ παιδείαν τὴν πρὸς τὸ κοινόν. Περὶ δὲ τῆς καθ' ἕκαστον παιδείας, καθ' ἣν ἁπλῶς ἀνὴρ ἀγαθός ἐστι, πότερον τῆς πολιτικῆς ἐστιν, ἢ ἑτέρας, [i] ὕστερον διοριστέον· οὐ γὰρ ἴσως ταὐτὸν ἀνδρί τε ἀγαθῷ εἶναι, καὶ πολίτῃ παντί. Τῆς δὲ κατὰ μέρος δικαιοσύνης καὶ τοῦ κατ' αὐτὴν δικαίου ἓν μέν ἐστιν εἶδος, τὸ ἐν ταῖς διανομαῖς, ἢ τιμῆς, ἢ χρημάτων, ἢ τῶν ἄλλων, ὅσα μεριστὰ τοῖς κοινωνοῦσι τῆς πολιτείας· ἐν τούτοις γάρ ἐστι καὶ ἄνισον ἔχειν, καὶ ἴσον ἕτερον ἑτέρου· ἓν δὲ, τὸ ἐν τοῖς συναλλάγμασι διορθωτικόν. Τούτου δὲ μέρη δύο· τῶν γὰρ συναλλαγμάτων τὰ μὲν ἑκούσιά ἐστι, τὰ δὲ ἀκούσια. Ἑκούσια μὲν τὰ τοιάδε, οἷον πρᾶσις, ὠνὴ, δανεισμὸς, ἐγγύη, χρῆσις, παρακαταθήκη, μίσθωσις· ἑκούσια δὲ λέγεται, ὅτι ἡ ἀρχὴ τῶν συναλλαγμάτων τούτων, ἑκούσιος. Τῶν δ' ἀκουσίων τὰ μὲν λαθραῖα, οἷον κλοπὴ, μοιχεία, φαρμακεία, [k] προαγωγεία, δουλαπατεία, δολοφονία, ψευδο-

particular justice divided into distributive & corrective

[h] Γρ. περὶ παιδείας τῆς πρὸς τὸ κοιν. quam lectionem Muretus approbat. [i] Pol. lib. iii. cap. 4. [k] Προαγωγὴ in Eud.

quæ legibus de diſciplina ad rempublicam utili comprehenſa, deſcripta et conſtituta ſunt. Sed de diſciplina quidem cujuſque privata, qua quis abſolute vir bonus eſt, utrum ſit prudentiæ civilis, an alius facultatis, præcipere, poſterius erit diſputandum: non eſt enim fortaſſis idem, virum bonum eſſe, et bonum civem, in quovis adminiſtrandæ reipublicæ genere. Ejus autem juſtitiæ, quæ ut pars ſubjecta generi eſt, juriſque ejus, quod ei conſentaneum eſt, una ſpecies eſt, quæ in diſtributione vel honoris, vel pecuniæ, vel aliarum rerum, quæ inter eos dividi poſſunt, qui ejuſdem reipublicæ communione inter ſe conjuncti ſunt, verſatur; in his enim eſt, ut alter cum altero et æquum et iniquum conſequatur: altera, quæ in rebus contrahendis vim corrigendi atque emendandi habet. Hujus porro duæ ſunt partes: contractuum enim alii ſponte noſtra, alii nobis invitis fiunt. Sponte fiunt, exempli cauſa, hi, venditio, emptio, mutuum, fidejuſſio, commodatum, depoſitum, locatio et conductio: dicuntur vero ſponte fieri, quia horum contractuum principium noſtra ſponte inſtituitur. Eorum autem, qui nobis invitis fiunt, alii ſunt clandeſtini, ut furtum, adulterium, veneficium,

Equality must consist in two terms at least for equality implies relation.

μαρτυρία· τὰ δὲ βίαια, οἷον αἰκία, δεσμὸς, θάνατος, ἁρπαγὴ, πήρωσις, κακηγορία, προπηλακισμός.

ΚΕΦ. γ'.

ΕΠΕΙ δ' ὅ, τε ἄδικος ἄνισος, καὶ τὸ ἄδικον ἄνισον, δῆλον ὅτι καὶ μέσον τί ἐστι τοῦ ἀνίσου· τοῦτο δ' ἐστὶ τὸ ἴσον. ἐν ὁποίᾳ γὰρ πράξει ἐστὶ τὸ πλέον καὶ τὸ ἔλαττον, ἐστὶ καὶ τὸ ἴσον. Εἰ οὖν τὸ ἄδικον ἄνισον, τὸ δίκαιον ἴσον· ὅπερ καὶ ἄνευ λόγου δοκεῖ πᾶσιν. Ἐπεὶ δὲ τὸ ἴσον μέσον, [l] τὸ δίκαιον μέσον τι ἂν εἴη. Ἔστι δὲ τὸ ἴσον ἐν ἐλαχίστοις δυσίν· ἀνάγκη τοίνυν τὸ δίκαιον, μέσον τε καὶ ἴσον, εἶναι καὶ πρός τι, καί τισι· καὶ ᾗ μὲν μέσον, τινῶν· ταῦτα δ' ἐστὶ πλεῖον καὶ ἔλαττον· ᾗ δὲ ἴσόν ἐστι, [m] δυοῖν· ᾗ δὲ δίκαιον, [n] τισίν. Ἀνάγκη ἄρα τὸ δίκαιον ἐν ἐλαχίστοις εἶναι τέτταρσιν· οἷς τε γὰρ δίκαιον τυγχάνει ὂν, δύο ἐστὶ, καὶ ἐν οἷς τὰ πράγματα, δύο. Καὶ ἡ αὐτὴ ἔσται

[l] Καὶ τὸ δίκ. Eud. [m] Γρ. ἐν δυσί. [n] Lege τισὶ καὶ πρός τινας. Græcus Interpres: τὸ δέ τισι καὶ πρός τινας, ἐκ παραλλήλου κεῖται ταὐτὸν σημαῖνον. Vet. Interp. ita legit, et hoc amplius addit: πρὸς ἄλλους γάρ ἐστι. Casaub.

lenocinium, servi alieni deceptio aut corruptio, cædes dolo commissa, falsum testimonium: alii sunt violenti, ut verbera, vincula, mors, rapina, debilitatio corporis, maledicentia, contumelia.

CAP. III.

QUONIAM autem et injustus iniquus, et injuria iniquitas est; perspicuum est, aliquod esse etiam ejus, quod iniquum est, medium: hoc autem est æquum seu æquale: in quacunque enim actione plus est et minus, in ea æquum quoque seu æquale reperitur. Si igitur injuria est iniquitas seu inæqualitas, jus erit æqualitas: quod, etiamsi ratio cur ita sit non afferatur, ita videtur omnibus. Quoniam autem æquale medium est: jus quoque medium quoddam erit. Atque æquale quidem in duobus minimum reperitur: quare necesse est jus, quod et medium est et æquale, et ad aliquid referri, et quibusdam jus esse: ac qua medium est, aliquorum est, quæ quidem sunt plus et minus: qua æquale, in duobus consistit: qua jus, aliquibus est jus. Necessario igitur jus in quatuor minimum versatur: nam et quibus ut sit jus accidit, duo sunt, et in quibus jus ipsum situm est, res duæ. At-

...but the shares are equal, the persons & vice versa. ...them cannot be so. & unless the persons are equal, the shares can not be so.

ἰσότης, οἷς, καὶ ἐν οἷς· ὡς γὰρ ἐκεῖνα ἔχει τὰ ἐν οἷς, οὕτω [o]κἀκεῖνα ἔχει· εἰ γὰρ μὴ ἴσοι, οὐκ ἴσα ἕξουσιν. Ἀλλ' ἐντεῦθεν αἱ μάχαι καὶ τὰ ἐγκλήματα, [p]ὅταν ἢ ἴσοι μὴ ἴσα, ἢ μὴ ἴσοι ἴσα [q]ἔχωσι καὶ νέμωνται. Ἔτι ἐκ τοῦ κατ' ἀξίαν τοῦτο δῆλον· τὸ γὰρ δίκαιον ἐν ταῖς [r]διανομαῖς ὁμολογοῦσι πάντες κατ' ἀξίαν τινὰ δεῖν εἶναι. Τὴν μέν τοι ἀξίαν οὐ τὴν αὐτὴν λέγουσι πάντες ὑπάρχειν· ἀλλ' οἱ μὲν δημοκρατικοὶ ἐλευθερίαν, [s]οἱ δ' ὀλιγαρχικοὶ, οἱ μὲν πλοῦτον, οἱ δ' εὐγένειαν· οἱ δ' ἀριστοκρατικοὶ ἀρετήν. Ἔστιν ἄρα τὸ δίκαιον, ἀνάλογόν τι· τὸ γὰρ ἀνάλογον οὐ μόνον ἐστὶ μοναδικοῦ ἀριθμοῦ ἴδιον, ἀλλ' ὅλως ἀριθμοῦ· ἡ γὰρ ἀναλογία ἰσότης ἐστὶ [t]λόγου, καὶ ἐν τέτταρσιν ἐλαχίστοις. Ἡ μὲν οὖν διῃρημένη, ὅτι ἐν τέτταρσι, δῆλον· ἀλλὰ καὶ ἡ συνεχής· τῷ γὰρ ἑνὶ ὡς δυσὶ χρήσεται, καὶ δὶς λέγει· οἷον ὡς ἡ τοῦ α πρὸς τὴν τοῦ β, οὕτως καὶ ἡ τοῦ β πρὸς

If the number of persons be equal, the shares will be so, & vice versa.

a sort of ... particular an equality of ratios consisting of 4 terms.

discrete & continued ... of which terms must be ... in discrete.

[o] Κἀκεῖνα ἔχει τὰ οἷς Baſ. [p] Ὅταν οἱ ἴσοι in Eud. [q] Γρ. ἔχουσι καὶ νέμονται. [r] Γρ. νομαῖς. [s] Οἱ δ' ὀλιγ. πλοῦτον, οἱ δ' ἀριστ. in Eud. [t] Γρ. λόγων.

que eadem erit æqualitas, et eorum, quibus jus tribuitur, et earum rerum, in quibus jus conſiſtit: nam ut res illæ, in quibus jus poſitum eſt, ſe habent, ſic et illi, quibus jus tribuitur: niſi enim ſint æquales, non habebunt æqualia. Sed hinc prælia, querelæque et expoſtulationes, cum aut æquales non æqualia, aut non æquales æqualia conſequuntur atque obtinent. Præterea ex eo, quod cuique pro ſua dignitate tribuitur, hoc perſpicuum eſt: nam quod jus in diſtributionibus poſitum eſt, id fatentur omnes pro cujuſque dignitate eſſe oportere. Verum dignitatem non eandem omnes dicunt eſſe: ſed qui forma reipublicæ adminiſtrandæ populari utuntur, libertatem: eorum, qui paucorum principatu, alii divitias, alii nobilitatem generis: ii autem, apud quos reipublicæ præſunt optimates, virtutem. Jus igitur proportione et comparatione quadam conſtat: non enim ſolum ejus numeri, quo aliquid numeramus, proprium eſt, proportione conſtare; ſed etiam ejus, qui univerſe et omnino numerus eſt: proportio enim rationis eſt æqualitas, quæ in quatuor minimum reperitur. Disjunctam igitur proportionem in quatuor conſiſtere non obſcurum eſt: ſimiliterque continuatam, ſeu continentem: hæc enim loco duorum, uno utetur, et bis unum ſumet: exempli gratia, quæ proportio eſt primæ li-

τὴν τοῦ γ· δὶς οὖν ἡ τοῦ β εἴρηται. Ὥστε ἂν ἡ τοῦ β τεθῇ δὶς, τέτταρα ἔσται τὰ ἀνάλογα. Ἔστι δὲ καὶ τὸ δίκαιον ἐν τέτταρσιν ἐλαχίστοις, καὶ ὁ λόγος ὁ αὐτός· [u] διῄρηνται γὰρ ὁμοίως, [x] οἷς τε, καὶ ἅ. Ἔσται ἄρα ὡς ὁ α ὅρος πρὸς τὸν β, οὕτως ὁ γ πρὸς τὸν δ· καὶ ἐναλλὰξ ἄρα, ὡς ὁ α πρὸς τὸν γ, ὁ β πρὸς τὸν δ. Ὥστε καὶ τὸ ὅλον πρὸς τὸ ὅλον, ὅπερ ἡ νομὴ συνδυάζει· κἂν οὕτως συντεθῇ, δικαίως συνδυάζει. Ἡ ἄρα τοῦ α ὅρου τῷ γ, καὶ ἡ τοῦ β τῷ δ σύζευξις, τὸ ἐν διανομῇ δίκαιόν ἐστι· [y] καὶ μέσον τὸ δίκαιον, τουτέστι τοῦ παρὰ τὸ ἀνάλογον· τὸ γὰρ ἀνάλογον, μέσον· τὸ δὲ δίκαιον, ἀνάλογον. Καλοῦσι δὲ τὴν τοιαύτην ἀναλογίαν γεωμετρικὴν οἱ μαθηματικοί· ἐν γὰρ τῇ γεωμετρικῇ συμβαίνει καὶ τὸ ὅλον πρὸς τὸ ὅλον, ὅπερ ἑκάτερον πρὸς ἑκάτερον. Ἔστι δ᾽ οὐ συνεχὴς αὕτη ἡ ἀναλογία·

[u] Διήρηται in Eud. [x] Οἷς τε νέμεται καὶ ἃ νέμεται Cam. [y] Hic locus pridem corruptus fuit. Vet. Interp. ita legit: καὶ μέσον τὸ δίκαιον τοῦτ᾽ ἔστι· τὸ δ᾽ ἄδικον, παρὰ τὸ ἀνάλ. Argyr. καὶ μέσον τοῦτ᾽ ἔστι τοῦ παρὰ ἀνάλ. optime: nam quod MSS. quidam habent τοῦτ᾽ ἔστι τοῦ πλείονος καὶ τοῦ ἐλάττονος, παρὰ τὸ ἀνάλ. gloſſa eſt ex Græco commentario deprompta. *Caſaub.* Noſtri MSS. eodem modo legunt, quo edidimus, niſi quod habent τὸ pro τοῦ ante παρὰ, ut eſt in Eud. ad oram C C C. γρ. τοῦ ἀδίκου, quod Lambinus inſerit poſt δίκαιον, minime neceſſarium eſt.

neæ ad ſecundam, eadem ſecundæ ad tertiam: bis igitur ſecunda ſumpta eſt. Quare ſi linea ſecunda bis poſita fuerit, quatuor erunt proportione inter ſe comparata. Eſt autem et jus minimum in quatuor, eademque ejus ratio eſt: disjuncti ſunt enim ſimiliter et ii, quibus jus tribuitur, et eæ res, quæ diſtribuuntur. Itaque quæ erit extremi A ad extremum B proportio, eadem extremi C ad extremum D: alterna igitur ratione, ut extremum A ad extremum C, ſic B ad D. Ergo et totum cum toto comparabitur, idque diſtributio copulat: et vero ſi ita inter ſe componantur, juſte copulat. Extremi igitur A cum extremo C, et extremi B cum extremo D conjugatio, jus illud eſt, quod in diſtributione conſiſtit: et jus eſt injuriæ medium, id eſt, ejus rei, quæ a proportione remota atque averſa eſt: nam quod proportione conſtat, medium eſt: jus autem proportione conſtat. Appellant porro mathematici talem proportionem, geometricam: in geometrica enim proportione evenit, ut, quomodo utrumque cum utroque, ſic totum cum toto comparetur. Non eſt autem continens hæc propor-

οὐ γὰρ γίνεται [y] εἷς ἀριθμῷ ὅρος, ᾧ καὶ ὅ. Τὸ μὲν οὖν δίκαιον τοῦτο, ἀνάλογον· τὸ δ' ἄδικον, τὸ παρὰ τὸ ἀνάλογον· γίνεται ἄρα τὸ μὲν πλέον, τὸ δὲ ἔλαττον. Ὅπερ καὶ ἐπὶ τῶν ἔργων συμβαίνει· ὁ μὲν γὰρ ἀδικῶν, πλεῖον ἔχει· ὁ δ' ἀδικούμενος, [z] ἔλαττον τοῦ ἀγαθοῦ. Ἐπὶ δὲ τοῦ κακοῦ, ἀνάπαλιν· ἐν ἀγαθοῦ γὰρ λόγῳ γίνεται τὸ ἔλαττον κακόν, πρὸς τὸ μεῖζον κακόν· ἔστι γὰρ τὸ ἔλαττον κακὸν μᾶλλον αἱρετὸν τοῦ μείζονος· τὸ δ' αἱρετὸν ἀγαθόν· καὶ τὸ μᾶλλον, μεῖζον. Τὸ μὲν οὖν ἓν εἶδος τοῦ δικαίου τοῦτ' ἔστι.

ΚΕΦ. δ'.

Τὸ δὲ λοιπὸν ἕν, τὸ διορθωτικόν, ὃ γίνεται ἐν τοῖς συναλλάγμασι καὶ τοῖς ἑκουσίοις, καὶ τοῖς ἀκουσίοις. Τοῦτο δὲ τὸ δίκαιον ἄλλο εἶδος ἔχει τοῦ προτέρου· [a] τὸ μὲν γὰρ διανεμη-

[y] Ἰσάριθμος pro εἷς ἀριθμῷ in Eud. [z] Ἔλαττον ἐπὶ τοῦ ἀγαθοῦ in Eud. [a] Τὸ μὲν γὰρ διανεμητικὸν δίκαιον ἀπὸ τῶν κοινῶν εἰς τοὺς πολίτας ποιούμενον τὴν διανομήν, ἀναλόγως ἑκάστῳ δίδωσι κατὰ τὴν ἀξίαν ἑκάστου, καὶ τὴν εἰσφορὰν, ἣν εἰς τὸ κοινὸν συνετέλεσεν· ἐπεὶ οὐ πάντες ὅμοιοι, οὐδὲ πάντες ὁμοίως εἰσφέρουσιν· ὅθεν οὐ τὰ ἴσα, ἀλλὰ τὰ ἀνάλογα δέχονται. *Cum enim diſtributivum jus aliquid ex publicis diſtribuat in cives, ſervata proportione pro dignitate ſingulis diſtribuit, et prout quiſque aliquid contulit in publicum, quia neque ſimiles ſunt omnes, nec ſimiliter conferunt: unde fit ut neque accipiant æqualia, ſed pro proportione tantum.* Andr.

tio: non enim fit extremum unum numero is, cui tribuitur, et res, quæ tribuitur. Ex his igitur ſatis intelligitur hoc jus proportione conſtare; injuriam autem a proportione alienam atque averſam eſſe: quo fit, ut alterum ſit plus, alterum minus. Quod quidem etiam in factis reperitur: nam is, qui injuriam facit, plus boni ſibi ſumpſit ac vendicavit, quam oportet; ei, qui afficitur injuria, minus boni obtiget. Contra fit in malo: boni enim rationem obtinet levius malum, ſi cum graviore malo comparetur; nam levius malum optabilius graviore eſt: at quod optabile et expetendum eſt, id bonum eſt: et quo quidque optabilius eſt, eo majus bonum eſt. Atque hoc ſane juris unum genus eſt.

CAP. IV.

RELIQUUM autem alterum eſt id, quod ad corrigendum et emendandum valet, verſaturque in rebus et ſponte et invite contractis. Hujus autem juris forma alia eſt a priore: jus enim, quod in diſtribuendis rebus com-

τικὸν δίκαιον τῶν κοινῶν ἀεὶ κατὰ τὴν ἀναλογίαν ἐστὶ τὴν εἰρημένην· καὶ γὰρ ἀπὸ χρημάτων κοινῶν, ἐὰν γίγνηται ἡ διανομὴ, ἔσται κατὰ τὸν λόγον τὸν αὐτὸν, ὅν περ ἔχουσι πρὸς ἄλληλα τὰ [b] εἰσενεχθέντα· καὶ τὸ ἄδικον, τὸ ἀντικείμενον τῷ δικαίῳ τούτῳ, παρὰ τὸ ἀνάλογόν ἐστι. Τὸ δ' ἐν τοῖς συναλλάγμασι δίκαιον, ἐστὶ μὲν ἴσόν τι, καὶ τὸ ἄδικον, ἄνισον· ἀλλ' οὐ κατὰ τὴν ἀναλογίαν ἐκείνην, ἀλλὰ κατὰ τὴν ἀριθμητικήν· οὐθὲν γὰρ διαφέρει, εἰ ἐπιεικὴς φαῦλον ἀπεστέρησεν, ἢ φαῦλος ἐπιεικῆ· οὐδ' εἰ ἐμοίχευσεν ἐπιεικὴς ἢ φαῦλος· ἀλλὰ πρὸς τοῦ βλάβους τὴν διαφορὰν μόνον βλέπει ὁ νόμος, καὶ χρῆται ὡς ἴσοις, εἰ ὁ μὲν ἀδικεῖ, ὁ δ' ἀδικεῖται· καὶ εἰ ὁ μὲν ἔβλαψεν, ὁ δὲ [c] βέβλαπται. Ὥστε τὸ ἄδικον τοῦτο, ἄνισον ὂν, ἰσάζειν πειρᾶται ὁ δικαστής· καὶ γὰρ ὅταν ὁ μὲν πληγῇ, ὁ δὲ πατάξῃ, ἢ καὶ κτείνῃ, ὁ δ' ἀποθάνῃ, διῄρηται τὸ πάθος καὶ ἡ πρᾶξις εἰς ἄνισα· ἀλλὰ πειρᾶται τῇ ζημίᾳ ἰσάζειν, ἀφαιρῶν τοῦ κέρδους. Λέγεται γὰρ, ὡς ἁπλῶς εἰπεῖν,

[b] Προσενεχθέντα El. [c] Γρ. βλάπτεται.

munibus vertitur, ſemper ea, quam dixi, proportione conſtat: nam ſi pecuniæ communis diſtributio fiat, eadem ratione utendum erit, quam habent inter ſe res eæ quæ ab unoquoque in medium allatæ ſunt: eaque injuria, quæ huic juri opponitur, a proportione remota atque averſa eſt. Jus autem, quod in contractibus verſatur, eſt illud quidem æquale quiddam; et injuria, inæquale: verum non illa proportione, ſed arithmetica: nihil enim refert, utrum vir bonus malum hominem fraudarit, an malus homo virum bonum: neque utrum vir bonus, an malus homo adulterium fecerit: ſed damni tantum differentiam intuetur lex, iiſque utitur tanquam æqualibus, faciatne hic injuriam, ille injuria afficiatur: et an hic damnum intulerit, ille acceperit. Itaque hanc injuriam, quæ inæqualitas eſt, judex exæquare conatur: nam cum hic percuſſus fuerit, ille percuſſerit, aut etiam occiderit, hic autem mortuus ſit: perpeſſio et actio in partes inæquales diviſa eſt: ſed damno et mulcta conatur judex exæquare, de lucro detrahens. Nam, ut ſemel et ſimpliciter dicam, in talibus, etiamſi qui-

ἐπὶ τοῖς τοιούτοις, κἂν εἰ μή τισιν οἰκεῖον ὄνομα εἴη, τὸ κέρδος, οἷον τῷ πατάξαντι, καὶ ἡ ζημία τῷ παθόντι· ἀλλ᾽ ὅταν γε μετρηθῇ τὸ πάθος, καλεῖται τὸ μὲν ζημία, τὸ δὲ κέρδος. Ὥστε τοῦ μὲν πλείονος καὶ τοῦ ἐλάττονος τὸ ἴσον, μέσον. Τὸ δὲ κέρδος καὶ ἡ ζημία, τὸ μὲν πλέον, τὸ δ᾽ ἔλαττον ἐναντίως· τὸ μὲν, τοῦ ἀγαθοῦ πλέον, [d]τοῦ κακοῦ δὲ ἔλαττον, κέρδος, τὸ δ᾽ ἐναντίον, ζημία· ὧν ἦν μέσον τὸ ἴσον, ὃ λέγομεν εἶναι δίκαιον. Ὥστε τὸ μὲν ἐπανορθωτικὸν δίκαιον ἂν [e]εἴη, τὸ μέσον ζημίας καὶ κέρδους. Διὸ καὶ ὅταν ἀμφισβητῶσιν, ἐπὶ τὸν δικαστὴν καταφεύγουσι· τὸ δ᾽ ἐπὶ τὸν δικαστὴν ἰέναι, ἰέναι ἐστὶ ἐπὶ τὸ δίκαιον· ὁ γὰρ δικαστὴς βούλεται εἶναι οἷον δίκαιον ἔμψυχον· καὶ ζητοῦσι δικαστὴν μέσον· καὶ καλοῦσιν ἔνιοι [f]μεσιδίους, ὡς ἐὰν τοῦ μέσου τύχωσι, τοῦ δικαίου τευξόμενοι. Μέσον ἄρα τι τὸ δίκαιον, εἴπερ καὶ ὁ δικαστής. Ὁ δὲ δικαστὴς ἐπανισοῖ, καὶ ὥσπερ γραμμῆς εἰς ἄνισα τετμημένης, ᾧ τὸ μεῖζον

[d] Γρ. τὸ δὲ τοῦ κακοῦ ἔλαττ. [e] Γρ. δοκεῖ εἶναι. [f] Γρ. μεσοδίκους, male: nam μεσίδιος agnoscit Hesych. et Aristoteles Polit. lib. v. cap. 6. ea voce utitur. Exstat etiam apud Phrynichum vox μεσιδιωθῆναι. *Casaub.*

busdam nomen non conveniat, lucrum appellatur, verbi gratia, in eo, qui percusserit; in eo qui percussus fuerit damnum: sed cum perpessionem mensus fuerit judex, hoc damnum, illud lucrum nominatur. Itaque eorum quidem, quæ sunt plus et minus, æquale est medium. Lucrum autem et damnum, illud quidem plus est, hoc autem minus, contrarie: boni plus, et minus mali, lucrum: contrarium, damnum: quorum medium esse æquale modo demonstrabamus, id, quod jus esse dicimus. Erit igitur id jus, quod ad corrigendum et emendandum valet, damni et lucri medium. Itaque et cum aliqua de re inter se ambigunt, ad judicem confugiunt: adire autem ad judicem, adire ad jus est: nihil enim videtur aliud esse judex, quam jus animatum: quæruntque judicem medium: et vocant eos nonnulli μεσιδίους, id est, medium dividentes, seu medium adjudicantes: proinde quasi facile futurum sit, ut jus suum obtineant, si medium consequantur. Jus ergo medium quiddam est, siquidem etiam judex medius est. Ac judex quidem exæquat, et veluti linea in duas partes inæquales secta, quo major pars dimidiam superat, hoc de illa de-

τμῆμα τῆς ἡμισείας ὑπερέχει, τοῦτ᾽ ἀφεῖλε, καὶ τῷ ἐλάττονι τμήματι προσέθηκεν· ὅταν δὲ δίχα διαιρεθῇ τὸ ὅλον, τότε φασὶν ἔχειν τὸ αὑτοῦ, ὅταν λάβωσι τὸ ἴσον. Τὸ δὲ ἴσον μέσον ἐστὶ τοῦ μείζονος καὶ ἐλάττονος κατὰ τὴν ἀριθμητικὴν ἀναλογίαν. Διὰ τοῦτο καὶ ὀνομάζεται δίκαιον, ὅτι δίχα ἐστὶν, ὥσπερ ἂν εἴ τις εἴποι δίχαιον, καὶ ὁ δικαστὴς, διχαστής· ἐπὰν γὰρ δύο ἴσων ἀφαιρεθῇ ἀπὸ θατέρου, πρὸς θάτερον δὲ προστεθῇ, δυσὶ τούτοις ὑπερέχει τὸ ἕτερον· εἰ γὰρ ἀφῃρέθη μὲν, μὴ προσετέθη δὲ, ἑνί γ᾽ ἂν μόνον ὑπερεῖχε· τοῦ μέσου ἄρα ἑνί· καὶ τὸ μέσον τὸ ἀφ᾽ οὗ ἀφῃρέθη, ἑνί. Τούτῳ ἄρα γνωριοῦμεν, τί τε ἀφελεῖν δεῖ ἀπὸ τοῦ πλέον ἔχοντος, καὶ τί προσθεῖναι τῷ ἔλαττον ἔχοντι· ᾧ μὲν γὰρ τὸ μέσον ὑπερέχει, τοῦτο προσθεῖναι δεῖ τῷ ἔλαττον ἔχοντι· ᾧ δὲ ὑπερέχεται, ἀφελεῖν ἀπὸ τοῦ μεγίστου. Ἴσαι αἱ ἐφ᾽ ὧν, αα, ββ, γγ, ἀλλήλαις· ἀπὸ τῆς αα ἀφῃρήσθω τὸ αε, καὶ προσκείσθω τῇ γγ, τὸ ἐφ᾽ ὧν γδ· ὥστε ὅλη ἡ δγγ, τῆς αε ὑπερέχει τῷ γδ, καὶ τῷ γζ· τῆς ἄρα

trahit, et ad partem minorem addit: toto autem in duas partes æquales diviſo, tum ſe ſuum dicunt obtinere, cum partes æquales abſtulerint. Eſt autem æquale medium rei majoris et minoris, proportione arithmetica. Propterque hanc adeo cauſam jus a Græcis δίκαιον appellatur, quia δίχα ἐστὶν, id eſt, in duo æqualia diviſum eſt, proinde ac ſi quis dixerit δίχαιον: et δικαστὴς nominatus eſt, quaſi διχαστὴς, quæ vox eum ſignificaret, qui rem in duas partes æquales ſecat: nam ſi cum duæ res ſint æquales, id quod ab uno fuerit detractum, addatur alteri, his duobus hæc illam ſuperabit: ſi enim detractum quidem uni rei fuiſſet, non autem etiam alteri additum, uno duntaxat altera alteram ſuperaret: mediam igitur ea res, cui acceſſit aliquid, uno ſuperat; et media, eam, cui quippiam detractum eſt, uno. Ex hoc itaque cognoſcemus et quid ei, qui plus habet, detrahendum ſit: et quid ei, qui minus, addendum: nam quo res media minorem ſuperat, id ei, quæ minus habet, addendum eſt: quo media ſuperatur, id maximæ detrahendum. Sint tres lineæ, AA, BB, CC, inter ſe æquales: lineæ AA detracta ſit pars AE, addaturque ad lineam CC: ſitque ea pars, CD: ita tota linea DCC lineam AE ſuperabit linea CD, et linea CF: ergo et lineam BB, linea

ββ, τῷ γδ.

α ε α
β β
γ ζ γ δ

[g]Ἔστι δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων τεχνῶν τοῦτο· ἀνῃροῦντο γὰρ ἄν, εἰ μὴ ἐποίει τὸ ποιοῦν καὶ ὅσον καὶ οἷον, καὶ τὸ πάσχον ἔπασχε τοῦτο, καὶ τοσοῦτο, καὶ τοιοῦτο. Ἐλήλυθε [h]δὲ τὰ ὀνόματα ταῦτα, ἥ τε ζημία καὶ τὸ κέρδος, ἐκ τῆς ἑκουσίου ἀλλαγῆς· τὸ μὲν γὰρ πλέον ἔχειν, ἢ τὰ ἑαυτοῦ, κερδαίνειν λέγεται, τὸ δ᾽ ἔλαττον τῶν ἐξ ἀρχῆς, ζημιοῦσθαι· οἷον ἐν τῷ πωλεῖν καὶ ὠνεῖσθαι, καὶ ἐν ὅσοις ἄλλοις ἄδειαν [i]ἔδωκεν ὁ νόμος. Ὅταν δὲ μήτε πλέον, μήτ᾽ ἔλαττον, ἀλλ᾽ αὐτὰ δι᾽ αὐτῶν γένηται, τὰ αὑτῶν φασὶν ἔχειν, καὶ οὔτε ζημιοῦσθαι, οὔτε κερδαίνειν. Ὥστε κέρδους τινὸς καὶ ζημίας μέσον τὸ δίκαιόν ἐστι τῶν παρὰ τὸ ἑκούσιον, [k]τὸ ἴσον ἔχειν καὶ πρότερον καὶ ὕστερον.

[g] Hanc periochen, quæ tota occurrit in sequenti capite, hic in alieno loco positam esse judicat Muretus. Ab Andronico vero et Mich. Ephes. hic agnoscitur, in sequenti autem capite, non. [h] Δὲ καὶ τὰ C C C. et Ven. 1. [i] Δέδωκεν El. et C C C. [k] Hic locus alioqui obscurus clare vertitur a nostro interprete, et ex sententia Mich. Eph. qui sic explicat: τοῦτο γάρ ἐστι δίκαιον τὸ ἔχειν τοσοῦτον ὕστερον, ὅσον εἶχε καὶ πρότερον πρὸ τοῦ ἀδικηθῆναι. Alii τῷ ἔχειν legunt; alii vero, ut

CD.



Hoc autem inest etiam in aliis artibus: tollerentur enim et conciderent, nisi quantum et quale, id, quod efficiendi vim habet, efficit, tantundem et tale perpeteretur id, quod patitur. Nata autem et translata sunt hæc nomina, damnum et lucrum, ab eo contractu, qui sponte initur: nam plus suo obtinere, lucrum facere appellatur: minus autem, quam quod initio suppetebat, habere, damno affici: ut fit in rebus vendendis et emendis, aliisque contractibus, in quibus per legem licet impune suis rationibus consulere, lucrumque facere. Ubi vero neque plus neque minus habent, sed paria paribus respondent, tunc se sua dicunt habere, et neque damnum accepisse, neque quicquam lucri fecisse. Itaque lucri cujusdam et damni, quæ non sponte, sed præter voluntatem obvenerint, medium, jus est: ut tantundem uterque eorum, qui contrahunt, habeat posterius, quantum prius habuit.

ΚΕΦ. ε΄.

ΔΟΚΕΙ δέ τισι καὶ τὸ ἀντιπεπονθὸς εἶναι ἁπλῶς δίκαιον, ὥσπερ οἱ Πυθαγόρειοι ἔφασαν· ὡρίζοντο γὰρ ἁπλῶς τὸ δίκαιον τὸ ἀντιπεπονθὸς ἄλλῳ. [l]Τὸ δὲ ἀντιπεπονθὸς οὐκ ἐφαρμόττει, οὔτ' ἐπὶ τὸ διανεμητικὸν δίκαιον, οὔτ' ἐπὶ τὸ διορθωτικόν· καίτοι βούλονταί γε τοῦτο λέγειν καὶ τὸ Ῥαδαμάνθυος δίκαιον·

[m]Εἴκε πάθοι τά κ' ἔρεξε, δίκη κ' ἰθεῖα γένοιτο·

πολλαχοῦ γὰρ διαφωνεῖ· οἷον εἰ ἀρχὴν ἔχων ἐπάταξεν, οὐ δεῖ ἀντιπληγῆναι· καὶ εἰ ἄρχοντα ἐπάταξεν, οὐ πληγῆναι μόνον δεῖ, ἀλλὰ καὶ κολασθῆναι. Ἔτι τὸ ἑκούσιον καὶ τὸ ἀκούσιον διαφέρει πολύ. Ἀλλ' ἐν μὲν ταῖς κοινωνίαις ταῖς ἀλλακτικαῖς συνέχει τὸ τοιοῦτον δίκαιον τὸ ἀντιπεπονθὸς κατ' ἀνα-

teſtatur Lambinus, τῷ παρὰ τὸ ἑκούσιον ἴσον ἔχειν καὶ πρότερον καὶ ὕστερον. cujus lectionis hanc ſententiam eſſe dicunt: lucri cujuſdam et damni hoc jus medium eſt, ut niſi aliter ipſorum voluntate convenerit, tantundem poſterius habeant, quantum prius habuerunt. [l] Τὸ δ' ἀντιπεπονθὸς οὐκ ἐφαρμόττει, οὔτε ἐπὶ τὸ νόμιμον, οὔτε ἐπὶ τὸ πολιτικόν· πολιτικὸν δὲ λέγω τὸ κοινωνικὸν, quæ inſeruntur in El. Baſ. Ven. 1. et 2. inter ἄλλῳ et τὸ δ' ἀντιπεπ. omnino ſuperflua videntur. [m] Hunc verſum Heſiodi eſſe ait Mich. Epheſ.

CAP. V.

VIDETUR autem quibuſdam Talio quoque, id eſt, reciproca quædam perpeſſio, jus eſſe ſimpliciter, et abſolute, quemadmodum Pythagorei dixerunt: definiebant enim jus abſolute, id, quod quis a ſe factum, viciſſim ab altero pateretur, id eſt, talionem, ſeu mutuam perpeſſionem. Jus talionis vero neque ad id jus, quod in diſtributione bonorum verſatur, neque ad id, quod ad emendationem factorum valet, accommodari poteſt: quamvis jus Rhadamanthi hoc fuiſſe videntur ſignificare,

Si quis, quod fecit, patiatur, jus erit æquum:

multis enim locis a jure diſſidet ac diſcrepat: veluti ſi quis magiſtratum gerens, aliquem pulſaverit, non eſt referiendus: et ſi quis eum, qui magiſtratum gerat, pulſaverit, non modo verberandus, ſed etiam caſtigandus eſt. Præterea permultum intereſt inter id, quod ſponte noſtra, et id, quod invite facimus. Sed in communitatibus rerum contrahendarum ac permutandarum ſane tale jus, quod reciprocam perpeſſionem, ſeu ta-

λογίαν, καὶ μὴ κατ' ἰσότητα. Τῷ ἀντιποιεῖν γὰρ ἀνάλογον συμμένει ἡ πόλις· ἢ γὰρ τὸ κακῶς ζητοῦσιν· εἰ δὲ μὴ, δουλεία δοκεῖ εἶναι, [n]εἰ μὴ ἀντιποιήσει· ἢ τὸ εὖ· εἰ δὲ μὴ, μετάδοσις οὐ γίνεται· τῇ μεταδόσει δὲ συμμένουσι. Διὸ καὶ Χαρίτων ἱερὸν ἐμποδὼν ποιοῦνται, ἵνα ἀνταπόδοσις ᾖ· τοῦτο γὰρ χάριτος ἴδιον· ἀνθυπηρετῆσαι γὰρ δεῖ τῷ χαρισαμένῳ, καὶ πάλιν αὐτὸν ἄρξαι χαριζόμενον. Ποιεῖ δὲ τὴν ἀντίδοσιν [o]τὴν κατὰ ἀναλογίαν ἡ κατὰ διάμετρον σύζευξις· οἷον οἰκοδόμος ἐφ' ᾧ α, σκυτοτόμος ἐφ' ᾧ β, οἰκία ἐφ' ᾧ γ, ὑπόδημα ἐφ' ᾧ δ.

The same benefits required ... are not only to repay a former obligation but also to be first in conferring another.

α	β
οἰκοδόμος	σκυτοτόμος
γ	δ
οἰκία	ὑπόδημα.

Δεῖ οὖν λαμβάνειν τὸν οἰκοδόμον παρὰ τοῦ σκυτοτόμου [p]τὸ ἐκείνου ἔργον, καὶ αὐτὸν ἐκείνῳ [q]μεταδιδόναι τὸ αὐτοῦ. Ἐὰν

[n] Εἰ μὴ ἀντιποιήσει deleo, ut inculcatum ab aliquo, qui declarare voluerit illud Ariſtotelis, εἰ δὲ μή· abeſt autem etiam a quibuſdam veteribus libris. *Mur.* [o] Τῆς ἀναλογίας ad oram C C C. [p] Τοῦ ἐκείνου ἔργου Ven. 1. et 2. τὸ ἐκείνου ἔργου Mur. [q] Μεταδιδόναι τοῦ αὐτοῦ legit Cam. ut apud Xenoph. eſt τοῦ βάρους μεταδι-

lionem nominant, proportione, non æqualitate civilem ſocietatem continet. Factis enim proportione reciprocis, manet conjunctio civitatis: aut enim malum acceptum reponere conantur (quod ſi non liceat, ſervitus eſſe videtur, injuriam referre non poſſe) aut ei, qui bene meritus ſit, referre gratiam volunt: quod ſi non fiat, ſublata eſt rerum communicatio et officiorum quaſi mutuatio: at rerum communicatione officiorumque mutuatione, ſocietas et conjunctio civium manet. Itaque et Gratiarum templum in propatulo urbis loco conſtituitur, ut ſit remuneratio: hoc enim gratiæ proprium eſt: nam ei, qui beneficium dederit, referendum beneficium eſt; et is rurſus alterum beneficio provocare debet. Facit autem remunerationem proportione conſtantem ea, quæ mediis tranſverſis lineis ſit, conjugatio: exempli cauſa, ſit ædificiorum opifex A, ſutor B, domus C, calceus D.

A	B
Ædificiorum opifex	*Sutor*
C	D
Domus	*Calceus.*

Ædificiorum opificem igitur oportet a ſutore opus illius ſumere, eique viciſſim ſuum impertiri. Ergo ſi primum

οὖν πρῶτον ᾖ τὸ κατὰ τὴν ἀναλογίαν ἶσον, εἶτα τὸ ἀντιπεπονθὸς γένηται, ἔσται τὸ λεγόμενον· εἰ δὲ μὴ, οὐκ ἶσον, οὐδὲ συμμένει· οὐθὲν γὰρ κωλύει κρεῖτλον εἶναι τὸ θατέρου ἔργον, ἢ τὸ θατέρου. Δεῖ οὖν δὴ ταῦτα ἰσασθῆναι· [r]ἔστι δὲ τοῦτο καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων τεχνῶν· ἀνῃροῦντο γὰρ ἂν, εἰ μὴ ἐποίει τὸ ποιοῦν, [s]ὅσον καὶ οἷον, καὶ τὸ πάσχον ἔπασχε [t]τοῦτο καὶ τοσοῦτον, καὶ τοιοῦτον. Οὐ γὰρ ἐκ δύο ἰατρῶν γίνεται κοινωνία, ἀλλ' ἐξ ἰατροῦ καὶ γεωργοῦ, καὶ ὅλως ἑτέρων, καὶ οὐκ ἴσων· ἀλλὰ τούτους δεῖ ἰσασθῆναι. Διὸ πάντα συμβλητὰ δεῖ πως εἶναι, ὧν ἐστιν ἀλλαγή. [u]Ἐφ' ὃ τὸ νόμισμ' ἐλήλυθε· καὶ γίνεταί πως [x]μέτρον· πάντα γὰρ μετρεῖ· ὥστε καὶ τὴν ὑπεροχὴν καὶ τὴν ἔλλειψιν· πόσα ἄτλα δὴ ὑποδήματα ἶσον οἰκίᾳ, ἢ τροφῇ. Δεῖ τοίνυν ὅπερ ὁ οἰκοδόμος πρὸς σκυτοτόμον, τοσαδὶ ὑποδήματα πρὸς οἰκίαν, ἢ τροφήν· εἰ γὰρ μὴ τοῦτο, οὐκ ἔσται ἀλλαγὴ, οὐδὲ

δόναι τοῖς φίλοις. Sed reperiuntur tamen et alterius fcripturæ exempla : ut apud Ariftoph. οὐδὲν μετέδωκεν ἐμοί. *Sylb.* [r] Ἔστι δὲ τοῦτο &c. ufque ad διὸ πάντα συμβλητὰ non agnofcuntur ab Andronico. [s] Καὶ ὅσον καὶ οἷον El. [t] Τοῦτο redundare arbitratur Muretus. [u] Γρ. ἐφ' ᾧ. [x] Ita Baf. Muret. et Cafaub. Vulgo μέσον.

æqualitas fit ea, quæ proportione conftat, deinde reciproca perpeffio feu talio fiat, (id eft, tantundem accipiatur, quantum datum fit) exftabit id, quod a nobis dicitur : fin minus, neque erit æqualitas, neque manebit focietas : nihil enim prohibet, quo minus unius opus alterius opere fit præftabilius. Hæc igitur exæquata fint oportet: quod idem fit in aliis artibus : tollantur enim funditus et concidant, nifi et quantum et quale id, quod efficiendi vim habet, efficit, tantundem et tale accipiat id, quod patitur. Non enim ex duobus medicis focietas conftare poteft, fed ex medico et agricola, et omnino ex diverfis et diffimilibus atque inæqualibus : quos tamen oportet exæquari. Quapropter quarum rerum fit permutatio, eas res oportet effe ejufmodi, ut inter fe quodammodo comparari poffint. Atque ad hanc rem nummus quæfitus et comparatus eft, qui omnium rerum quodammodo fit medius, feu menfura: nam res omnes metitur: quare et nimium et parum metitur: quot igitur calcei domui, vel alimento funt æquales. Oportet ergo, quam proportionem et comparationem habet ædificandi artifex ad futorem, tot numero calceos cum domo aut alimento comparari : nam fi hoc non ita

κοινωνία. Τοῦτο δ', εἰ μὴ ἴσα εἴη πως, οὐκ ἔσται. Δεῖ ἄρα ἑνί τινι πάντα μετρεῖσθαι, ὥσπερ ἐλέχθη πρότερον· τοῦτο δ' ἐστὶ τῇ μὲν ἀληθείᾳ ἡ χρεία, ἣ πάντα συνέχει· εἰ γὰρ μηθὲν δέοιντο, ἢ μὴ ὁμοίως, ἢ οὐκ ἔσται ἀλλαγὴ, ἢ οὐχ ἡ αὐτή. Οἷον δ' ὑπάλλαγμα τῆς χρείας τὸ νόμισμα γέγονε κατὰ συνθήκην· καὶ διὰ τοῦτο τοὔνομα ἔχει νόμισμα, ὅτι οὐ φύσει, ἀλλὰ νόμῳ ἐστὶ, καὶ ἐφ' ἡμῖν μεταβάλλειν καὶ ποιῆσαι ἄχρηστον. Ἔσται δὴ ἀντιπεπονθὸς, ὅταν ἰσασθῇ. Ὥστε ὅπερ γεωργὸς πρὸς σκυτοτόμον, τὸ ἔργον τοῦ σκυτοτόμου πρὸς τὸ τοῦ γεωργοῦ. Εἰς σχῆμα δὲ ἀναλογίας [y] δεῖ ἄγειν, ὅταν ἀλλάξωνται· εἰ δὲ μὴ, [z] ἀμφοτέρας ἕξει τὰς ὑπεροχὰς τὸ ἕτερον ἄκρον. [a] Ἀλλ' ὅταν ἔχωσι τὰ αὐτῶν, οὕτως ἴσοι καὶ κοινωνοὶ, ὅτι αὕτη ἡ

[y] Ita Argyr. Vet. Interp. Mur. et Caf. noftri vero οὐ ante δεῖ habent: quod omnino difplicet: cum fequentibus enim parum convenit. [z] Verbi gratia, ædificator haberet excellentiam artis eam, qua futori præftat ædificandi artifex: et excellentiam operis, qua domus calceo præftabilior eft. Vel per *utramque excellentiam*, intellige plus et minus: plus, quia ædificiorum opifex futore præftantior eft opifex: minus, quia futoris opus, quod ædificiorum opifici datur, ejus opere fit deterius. Vel plus laboris, quia plus laboris infumitur in domo facienda, quam in calceo conficiendo: et plus damni, quia cum calceus minoris pretii fit quam domus, fi calceum pro domo acciperet, damno afficeretur. ὑπερβολὰς pro ὑπεροχὰς habet C C C. [a] Ἀλλ' ὅταν ἀντιπεπονθότως ἔχωσι, τότε ἀλλαγὴ κυρίως ἢ κοινωνία γίνεται· *cum reciproca viciffitudo accedit* (fc. cum quæ commutantur et

fiet, neque erit permutatio, neque communitas. Non poterunt autem comparari, nifi quodammodo fint æqualia. Ergo, quemadmodum fupra dixi, unum quiddam effe oportet, quod cætera omnia metiatur: hoc autem re quidem vera ufus feu indigentia eft, quæ omnia continet: nam fi nulla re egerent homines, aut fi non fimiliter egerent: vel nulla, vel non eadem effet permutatio. Sed in indigentiæ locum ex hominum quafi compacto et convento quodammodo fucceffit nummus: atque ob hanc caufam, νόμισμα vocatur a Græcis, ἀπὸ τοῦ νόμου, id eft, a lege: quia non natura, fed lege valeat, fitque in nobis fitum eum immutare, inutilemque reddere. Erit igitur tum perpeffio mutua et reciproca, cum res fuerint exæquatæ. Itaque quam rationem obtinet agricola ad futorem, eandem rationem habere debet futoris opus ad opus agricolæ. Sunt autem tum in figuram proportionis deducendi, cum permutaturi funt: quod fi non fiet, alterum extremum utramque exuperantiam habebit. Verum tamen cum fuas res habent,

ἰσότης δύναται [b] ἐπ' αὐτῶν γίνεσθαι. Γεωργὸς α, τροφὴ γ, σκυτοτόμος β, τὸ ἔργον αὐτοῦ τὸ ἰσασμένον δ.

α β

γεωργὸς σκυτοτόμος

γ δ

τροφὴ σκυτοτόμου ἔργον τῇ τροφῇ ἰσασμένον.

Εἰ δ' οὕτω μὴ ἦν ἀντιπεπονθέναι, οὐκ ἂν ἦν κοινωνία. Ὅτι δ' ἡ χρεία συνέχει ὥσπερ ἕν τι ὂν, δηλοῖ, ὅτι ὅταν μὴ ἐν χρείᾳ ὦσιν ἀλλήλων, ἢ ἀμφότεροι, [c] ἢ ἕτερος, οὐκ ἀλλάττονται· ὥσπερ ὅταν οὗ ἔχει αὐτὸς, [d] δέηταί τις, οἷον οἴνου, διδόντες σίτου ἐξαγωγήν. Δεῖ ἄρα τοῦτο ἰσασθῆναι. Ὑπὲρ δὲ τῆς μελλούσης ἀλλαγῆς, εἰ νῦν μηδὲν δεῖται, ὅτι ἔσται, ἐὰν δεηθῇ, [e] τὸ νόμισμα οἷον ἐγγυητής ἐστιν ἡμῖν· [f] δεῖ γὰρ τοῦτο φέροντι, εἶναι λαβεῖν. Πάσχει μὲν οὖν καὶ τοῦτο τὸ αὐτό· οὐ γὰρ ἀεὶ

qui commutant proportione reſpondent) *tum demum jure mutatio fit et communicatio.* Andr. [b] *Γρ. ἀπ' αὐτῶν.* [c] *Γρ. ἢ ἅτερος.* [d] *Οὐ δέηται* Baſ. [e] *Καὶ τὸ νόμισμα δυνάμει ἐστὶ πάντα σχεδὸν, ὧν δεῖται ἕκαστος ἑκάστου· eſtque ipſa potentia nummus, omne illud, quo alterius indigere poſſet alter.* Andr. [f] Ἐστὶ pro δεῖ legit Baſ.

ita ſunt æquales inter ſe, ac ſocii, quia hæc æqualitas in eis effici poteſt. Agricola A, alimentum C, ſutor B, opus ſutoris exæquatum cum alimento D.

A B

Agricola *Sutor*

C D

Alimentum *Opus ſutoris cum alimento exæquatum.*

Quod ſi hoc modo non liceret viciſſim perpeti, ſeu accipere, nulla ſocietas eſſet, nulla communitas. Indigentia autem ſocietatem hominum contineri, tanquam uno quodam, quod vinculi inſtar ſit, ex eo perſpici poteſt, quod ubi aut neuter eget re alterius, aut alter eorum non eget, permutatio inter eos contrahi non ſolet: quemadmodum cum ejus, quod quis habet, alter indiget, ut puta vini, exportandi frumenti fit poteſtas. Hoc igitur oportet exæquatum eſſe. In permutationem futuram autem, ſi forte re aliqua nunc non egeamus, tunc ejus nobis facultatem et copiam fore cum egebimus, veluti ſponſor nummus intercedit: oportet enim unicuique eam rem, qua egeat, accipere licere, ubi nummum attulerit. Sed idem nummo quoque interdum accidit: non enim ſemper æqualem vim habet: veruntamen immuta-

necessity the bond of society for if there were no necessity there could be no exchange, if no exchange no intercourse, if no intercourse no society

ἶσον δύναται· ὅμως δὲ βούλεται μένειν μᾶλλον. Διὸ δεῖ πάντα τετιμῆσθαι· οὕτω γὰρ ἔσται [g] αἰεὶ ἀλλαγή· εἰ δὲ τοῦτο, κοινωνία. Τὸ δὴ νόμισμα, ὥσπερ [h] μέτρον σύμμετρα ποιῆσαν, ἰσάζει· οὔτε γὰρ ἂν μὴ οὔσης ἀλλαγῆς, κοινωνία ἦν, οὔτ' ἀλλαγὴ, ἰσότητος μὴ οὔσης, οὔτ' ἰσότης, μὴ οὔσης συμμετρίας. Τῇ μὲν οὖν ἀληθείᾳ, ἀδύνατον τὰ τοσοῦτον διαφέροντα, σύμμετρα γενέσθαι· πρὸς δὲ τὴν χρείαν, ἐνδέχεται ἱκανῶς. Ἓν δή τι δεῖ εἶναι· τοῦτο δὲ ἐξ ὑποθέσεως. Διὸ νόμισμα καλεῖται· τοῦτο γὰρ πάντα ποιεῖ σύμμετρα· μετρεῖται γὰρ πάντα νομίσματι. [i] Οἰκία, ἐφ' ἧς α, μναῖ δέκα β, κλίνη γ. Τὸ δὴ α τοῦ β ἥμισυ, εἰ πέντε μνῶν ἀξία ἡ οἰκία, ἢ ἶσον· ἡ δὲ κλίνη ἢ δέκατον μέρος τὸ γ [k] τοῦ β· δῆλον τοίνυν πόσαι κλῖναι ἶσον οἰκίᾳ, ὅτι πέντε. Ὅτι δ' οὕτως ἡ ἀλλαγὴ ἦν, πρὶν τὸ νόμισμα

[g] Αἰεὶ abeſt ab El. [h] Μέσον Ven. 1. 2. et Baſ. Græcus Interp. utramque lectionem agnoſcere videtur, non uno loco. [i] Οἰκία ἐφ' ᾧ α, μνῶν πέντε· κλίνη ἐφ' ᾧ β, μνᾶς ἀξία· κλίνη δὴ πέμπτον μέρος οἰκίας ἔσται· δῆλον τοίν· in aliis brevius, et, ni fallor, dilucidius: quæ ſcriptura et Vet. Interp. magis placuit et mihi. *Muret.* ἐφ' ἧς poſt οἰκία deſunt C C C. et El. [k] Τοῦ β νομίσματι Ven. 1. et Baſ.

bilior ac ſtabilior permanere ſolet. Itaque debent eſſe res omnes æſtimatæ: ſic enim rerum permutatio ſemper futura eſt: quod ſi erit permutatio, erit et ſocietas. Nummus igitur, poſteaquam, veluti menſura, res apta quadam compoſitione et convenientia concordes inter ſe et conſentientes reddidit, eas exæquat: nam neque ſi non fuiſſet permutatio, ſocietas conſtare potuiſſet: neque ſine æqualitate, permutationi locus unquam fuiſſet: neque ſine apta quadam rerum compoſitione et convenientia, æqualitati. Res igitur inter ſe tam diſſimiles ac diſpares, ſi verum quærimus, nulla communi menſura inter ſe convenire nec cohærere poſſunt: ſed quod ad utilitatem, indigentiamque attinet, ſatis commode poſſunt. Quare unum quiddam exſtare neceſſe eſt; idque hominum inſtituto, et ex conditione. Quapropter, *νόμισμα* appellatur: nummus enim res inter ſe diſpares apta quadam compoſitione et convenientia concordes efficit: nihil eſt enim, quod non metiatur nummus. Sit domus A, minæ decem B, lectus C. A igitur dimidium B fuerit, ſi domus quinque minarum ſit, aut tanti, quanti quinque minæ ſunt: C autem lectus, ipſius B decima pars intelligatur: perſpicuum igitur eſt, quot lecti domui ſint æquales, nempe quinque. Sic

ἢ, δῆλον· διαφέρει γὰρ οὐδὲν ἢ εἰ κλῖναι πέντε ἀντὶ οἰκίας, [l]ἢ ὅσου αἱ πέντε κλῖναι. [m]Τί μὲν οὖν τὸ ἄδικον, καὶ τί τὸ δίκαιόν ἐστιν, εἴρηται. Διωρισμένων δὲ τούτων, δῆλον ὅτι ἡ δικαιοπραγία μέσον ἐστὶ τοῦ ἀδικεῖν, καὶ ἀδικεῖσθαι· τὸ μὲν γὰρ πλέον ἔχειν, τὸ δ' ἔλαττόν ἐστιν. [n]Ἡ δὲ δικαιοσύνη, μεσότης ἐστὶν, οὐ τὸν αὐτὸν τρόπον ταῖς [o]πρότερον ἀρεταῖς, ἀλλ' ὅτι [p]μέσου ἐστίν· ἡ δ' ἀδικία, τῶν ἄκρων. Καὶ ἡ μὲν δικαιοσύνη ἐστὶ καθ' ἣν ὁ δίκαιος λέγεται πρακτικὸς κατὰ προαίρεσιν τοῦ δικαίου, καὶ διανεμητικὸς καὶ αὐτῷ πρὸς ἄλλον, καὶ ἑτέρῳ πρὸς ἕτερον· οὐχ οὕτως, ὥστε τοῦ μὲν αἱρετοῦ πλέον αὑτῷ, ἔλαττον δὲ τῷ πλησίον, τοῦ βλαβεροῦ δ' ἀνάπαλιν, ἀλλὰ τοῦ ἴσου τοῦ κατ' ἀναλογίαν· ὁμοίως δὲ καὶ ἄλλῳ πρὸς ἄλλον. Ἡ δ' ἀδικία τοὐναντίον τοῦ ἀδίκου· τοῦτο δ' ἐστὶν ὑπερβολὴ καὶ ἔλ-

[l] Γρ. ἢ ὅσον. [m] Cum conſtet hic demum concludi totam diſputationem περὶ τοῦ ἀντιπεπονθότος, neque poſtea de eo ullum verbum fieri, cenſeo verba illa, quæ aliquanto poſt, in capite proximo, leguntur, πῶς μὲν οὖν ἔχει τὸ ἀντιπεπονθὸς πρὸς τὸ δίκαιον, εἴρηται πρότερον, loco ſuo mota, ac dejecta eſſe, et in eum reſtituenda : quare illinc quidem deleo, hoc autem loco lego : Τί μὲν οὖν τὸ ἄδ. καὶ τί τὸ δίκ. ἐστι, καὶ πῶς ἔχει ἀντιπεπονθὸς πρὸς τὸ δίκαιον, εἴρηται. *Mur.* [n] Γρ. καὶ ἡ. [o] Ἄλλαις pro πρότερον C C C. [p] Τουτέστιν ἴσου poſt μέσου ἐστὶν addunt C C C. Ven. 1. et Baſ. quod interpretamentum eſſe videtur.

autem rerum permutationem fieri ſolitam eſſe ante nummi uſum, non eſt obſcurum : nihil enim intereſt, utrum lecti quinque, an quod tanti ſit, quanti lecti quinque, pro domo detur. Quid igitur ſit injuria, quid jus, et quam rationem talio ſeu reciproca perpeſſio ad jus habeat, ſupra explicatum eſt. (His autem diſtinctis, perſpicuum eſt juſtam actionem inter id, quod eſt facere et accipere injuriam, mediam eſſe : illud enim plus obtinere eſt, hoc minus. Juſtitia porro mediocritas eſt, non quomodo virtutes ſuperiores, ſed quia medii eſt ; injuſtitia autem extremorum. Præterea juſtitia virtus eſt, qua homo juſtus, aptus dicitur tum ad agendum conſulto id, quod juſtum eſt, (tum ad jus tribuendum et ſibi, ſi cum altero contrahat,) (et alteri cum altero contrahenti :) non ita, ut ſibi plus ejus, quod optabile eſt, minus alteri, et contra ſibi minus damni, plus alteri, ſed ſibi et aliis id, quod æquum proportione eſt, tribuat : idemque erga alium obſervet cum alio comparatum ſive contrahentem. Contra injuſtitia vitium eſt, quo ad id, quod injuſtum eſt, conſulto agendum,

λεῖψις τοῦ ὠφελίμου ἢ βλαβεροῦ παρὰ τὸ ἀνάλογον. Διὸ ὑπερβολὴ καὶ ἔλλειψις ἡ ἀδικία, ὅτι ὑπερβολῆς καὶ ἐλλείψεώς ἐστιν· ἐφ' αὑτοῦ μὲν, ὑπερβολῆς τοῦ ἁπλῶς ὠφελίμου, ἐλλείψεως δὲ τοῦ βλαβεροῦ. Ἐπὶ δὲ τῶν ἄλλων, τὸ μὲν ὅλον, ὁμοίως· [q] τὸ δὲ παρὰ τὸ ἀνάλογον, ὁποτέρως ἔτυχε. Τοῦ δὲ ἀδικήματος, τὸ μὲν ἔλαττον, τὸ ἀδικεῖσθαί ἐστι· τὸ δὲ μεῖζον, τὸ ἀδικεῖν. Περὶ μὲν οὖν δικαιοσύνης καὶ ἀδικίας, τίς ἑκατέρας ἐστὶν ἡ φύσις, εἰρήσθω τοῦτον τὸν τρόπον· ὁμοίως δὲ καὶ περὶ δικαίου καὶ ἀδίκου καθόλου.

ΚΕΦ. ϛʹ.

ΕΠΕΙ δέ ἐστιν ἀδικοῦντα μήπω ἄδικον εἶναι, ὁποῖα ἀδικήματα ἀδικῶν ἤδη ἄδικός ἐστιν ἑκάστην ἀδικίαν; οἷον κλέπτης, ἢ μοιχὸς, ἢ λῃστής; ἢ οὕτω μὲν οὐδὲν [r] διοίσει; καὶ γὰρ ἂν συγγένοιτο γυναικὶ, εἰδὼς τὸ ᾗ, ἀλλ' οὐ διὰ προαιρέσεως

[q] Τὸ δὴ Græcus Interp. Nobiſcum facit Andr. [r] Poſt διοίσει hanc, aut hujuſmodi, ſententiam, ſc. ἐπιβλέποντι δὲ εἰς τὸ οὗ ἕνεκα διοίσει, deeſſe cenſet Muretus, ut ſenſus ſit: An ſic quidem nihil intererit, ſi quis autem finem, ad quem quæque actio refertur, inſpiciat, intererit.

nobiſque et aliis tribuendum, apti ſumus: hoc autem eſt nimium et parum commodi aut incommodi, a proportione alienum ac disjunctum. Itaque injuſtitia eſt nimium et parum, quia eſt et ejus, quod nimium eſt, et ejus, quod parum: cum quis in ſua quidem cauſa nimium rei abſolute utilis ſibi tribuit, inutilis et damnoſæ parum. In aliorum autem negotio generaliter ad eundem modum ſe gerit: ſed quod ad id iniquum, quod a proportione remotum eſt, attinet, utrocunque modo caſus tulerit. Injuſte facti autem cum duo ſint extrema, minus extremum injuriam accipere eſt, majus autem injuſte facere. De juſtitia igitur, et injuſtitia, quænam ſit utriuſque natura, hoc modo dictum ſit: itemque de juſto et injuſto univerſim.

CAP. VI.

SED quoniam fieri poteſt, ut is, qui injuſte facit, nondum tamen ſit injuſtus: quibuſnam injuſte factis jam injuſtus eſt in unoquoque injuſtitiæ genere? an ut fur, aut adulter, aut latro? an ſic nihil intererit? namque fieri poteſt, ut quis cum aliqua muliere rem habeat, ſibi nota quidem illa, verum tamen non conſulto, ſed perturba-

where there is the general habit there must be the particular act. tho' it does not follow that where the particular act exists, there should be the general habit. & by this distinction in αδικια and αδικον charact

ἀρχήν, ἀλλὰ διὰ πάθος. Ἀδικεῖ μὲν οὖν, ἄδικος δ' οὐκ ἐστιν· οἷον οὐδὲ κλέπτης, ἔκλεψε δέ· οὐδὲ μοιχός, ἐμοίχευσε δέ· ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων. [s] Πῶς μὲν οὖν ἔχει τὸ ἀντιπεπονθὸς πρὸς τὸ δίκαιον, εἴρηται πρότερον. Δεῖ δὲ μὴ λανθάνειν, ὅτι τὸ ζητούμενόν ἐστι καὶ τὸ ἁπλῶς δίκαιον, καὶ τὸ πολιτικὸν δίκαιον· τοῦτο δέ ἐστιν [t] ἐπὶ κοινωνῶν βίου πρὸς τὸ εἶναι αὐτάρκειαν, ἐλευθέρων καὶ ἴσων, ἢ κατὰ ἀναλογίαν, ἢ κατ' ἀριθμόν. Ὥστε ὅσοις μή ἐστι τοῦτο, οὐκ ἔστι τούτοις πρὸς ἀλλήλους τὸ πολιτικὸν δίκαιον, ἀλλά τι δίκαιον καὶ καθ' ὁμοιότητα. Ἔστι γὰρ δίκαιον, ἐν οἷς καὶ νόμος πρὸς αὐτούς· νόμος δ', ἐν οἷς ἀδικία· ἡ γὰρ δίκη, κρίσις τοῦ δικαίου καὶ τοῦ ἀδίκου· ἐν οἷς δ' ἀδικία, καὶ τὸ ἀδικεῖν ἐν τούτοις· ἐν οἷς δὲ τὸ ἀδικεῖν, οὐ πᾶσιν ἀδικία. Τοῦτο δ' ἐστὶ τὸ πλέον αὑτῷ νέμειν τῶν ἁπλῶς ἀγαθῶν, ἔλαττον δὲ τῶν ἁπλῶς κακῶν.

Where will political justice exist

[s] Hanc periochen, quam hinc amovendam esse judicat Muretus, agnoscit Andronicus: in Græco autem Interprete non reperitur. [t] Κοίνου βίου absque ἐπὶ El. ad ejus oram est nostra lectio.

tione et libidine inflammatus. Facit igitur hic quidem injuste, sed non idcirco injustus est: quemadmodum nec fur est, etiamsi furatus sit: nec adulter, etiamsi adulterium commiserit: itemque in cæteris.) Quomodo igitur affecta sit reciproca perpessio, seu talio ad jus, dictum est antea. Sed sciendum est, jus id, quod quærimus, et simpliciter jus esse, et jus civile: est autem inter eos, qui communitate et societate vitæ inter se conjuncti sunt, homines liberos et æquales vel proportione, vel numero, ut rerum ad vitam degendam necessariarum copiis per se abundent, nihilque foris requirant. Itaque quibus hoc non est, eis inter ipsos non est jus civile, sed jus quoddam, et ex illius similitudine sic appellatum. Communi enim jure utuntur ii, quibus et lex inter ipsos communis est: lex autem eorum communis est, quorum et injustitia est: judicium enim juris et injuriæ disceptatio est: inter quos autem injustitia locum habet, inter hos et injuriæ faciendæ locus esse potest: quibus autem inter ipsos injuriæ faciendæ locus est, non continuo in iis omnibus injustitia reperitur. Est autem injuriam facere, eorum, quæ absolute bona sunt, sibi plus tribuere, minusque eorum, quæ absolute ma-

Διὸ οὐκ ἐῶμεν ἄρχειν ἄνθρωπον, ἀλλὰ τὸν λόγον· ὅτι ἑαυτῷ τοῦτο ποιεῖ, καὶ γίνεται τύραννος. Ἔστι δὲ ὁ ἄρχων, φύλαξ τοῦ δικαίου· εἰ δὲ τοῦ δικαίου, καὶ τοῦ ἴσου. Ἐπεὶ δ' οὐθὲν αὐτῷ πλέον εἶναι δοκεῖ, εἴπερ δίκαιος· οὐ γὰρ νέμει πλέον τοῦ ἁπλῶς ἀγαθοῦ αὐτῷ, εἰ μὴ πρὸς αὐτὸν ἀνάλογόν ἐστι· διὸ ἑτέρῳ [u] ποιεῖ· καὶ διὰ τοῦτο ἀλλότριον εἶναί φασιν ἀγαθὸν τὴν δικαιοσύνην, καθάπερ ἐλέχθη καὶ πρότερον. Μισθός τις ἄρα δοτέος· τοῦτο δὲ τιμὴ καὶ γέρας· [x] ὅσοις δὲ μὴ ἱκανὰ ταῦτα, οὗτοι γίνονται τύραννοι. Τὸ δὲ δεσποτικὸν δίκαιον καὶ τὸ πατρικὸν, οὐ ταὐτὸ τούτοις, ἀλλ' ὅμοιον· οὐ γάρ ἐστιν ἀδικία πρὸς τὰ αὑτοῦ ἁπλῶς· τὸ δὲ [y] κτῆμα καὶ τὸ [z] τέκνον, ἕως ἂν ᾖ πηλίκον, καὶ [a] μὴ χωρισθῇ, ὥσπερ μέρος αὑτοῦ· αὑτὸν δ' οὐθεὶς προαιρεῖται βλάπτειν. Διὸ οὐκ ἔστιν ἀδικία πρὸς αὑτόν. [b] Οὐδ' ἄρα ἄδικον, οὐδὲ δίκαιον τὸ πολιτικόν· κατὰ νόμον γὰρ

[u] Πονεῖ Ven. 1. et Baſ. quam vertit Lambinus. Sed ποιεῖ ſic uſurpatur paulo ante. [x] Ὅτῳ pro ὅσοις El. Ven. 1. et Baſ. [y] Ὁ δοῦλος ὠφέλειά τις τοῦ δεσπότου ἐστὶ, καθόσον ἐστὶ δοῦλος, καὶ ἕως ἂν ᾖ· οὐδεὶς δὲ τῇ ἑαυτοῦ ὠφελείᾳ ἐπιβουλεύει. *Servus quaſi utilitas quædam heri eſt, quatenus et quamdiu eſt ſervus: nemo autem utilitati propriæ nocere ſtudet.* Andr. [z] Filium impuberem eſſe quaſi partem patris, ex multis locis juris intelligitur, ubi pater et filius pro eadem perſona habentur. [a] Μὴ abeſt a quodam cod. apud Victorium et C C C. ſed utrocunque modo legatur, eadem manet ſententia. [b] Οὐδ' ἄρα ἀδικία ὄν, οὐδ. C C C. ad oram noſtra eſt lectio.

la. Itaque hominem non ſinimus imperare, ſed legem aut rationem; quia hoc ille ſibi facere conſuevit, fitque tyrannus. Eſt autem is, qui præeſt, juris cuſtos: quod ſi juris, ergo et æqualitatis. Jam vero quoniam ſi quis juſtus ſit, nihilo plus ad eum boni, quam ad cæteros, videtur perveniſſe; (non enim eorum, quæ abſolute bona ſunt, plus ſibi, quam aliis, tribuit, niſi ex proportione quadam ei debeatur); idcirco alteri laborat: et ob hanc cauſam bonum alienum dicunt eſſe juſtitiam, quemadmodum et ante dictum eſt. Danda igitur ei merces aliqua eſt: hæc autem eſt honos, et decus: qui vero his contenti non ſunt, hi fiunt tyranni. Jus autem vel domini in ſervos, vel patris in liberos, non eſt idem, atque hæc, ſed tamen ſimile: neque enim cuiquam in ſua injuſtitiæ locus eſſe poteſt abſolute: atqui poſſeſſio, ſeu mancipium, et liberi uſque eo dum parvi ſint, neque a patre ſejuncti, partis inſtar ſunt: ſeipſum autem nemo damno afficit conſulto. Non eſt igitur cuiquam in ſeipſum injuſtitiæ locus. Ex quo efficitur, ne-

ἦν, καὶ ἐν οἷς ἐπεφύκει εἶναι νόμος· οὗτοι δ' ἦσαν, οἷς ὑπάρχει ἰσότης τοῦ ἄρχειν καὶ ἄρχεσθαι. Διὸ μᾶλλον πρὸς γυναῖκά ἐστι δίκαιον, ἢ πρὸς τέκνα καὶ κτήματα· τοῦτο γάρ ἐστι τὸ οἰκονομικὸν δίκαιον· ἕτερον δέ ἐστι καὶ τοῦτο τοῦ πολιτικοῦ.

equality bet: the Subject & monarch.

ΚΕΦ. ζ'.

ΤΟΥ δὲ πολιτικοῦ δικαίου, τὸ μὲν φυσικόν ἐστι, τὸ δὲ νομικόν. Φυσικὸν μὲν, τὸ πανταχοῦ τὴν αὐτὴν ἔχον δύναμιν, καὶ οὐ τῷ δοκεῖν ἢ μή. Νομικὸν δὲ, ὃ ἐξ ἀρχῆς μὲν οὐθὲν διαφέρει οὕτως ἢ ἄλλως, ὅταν δὲ θῶνται, διαφέρει· οἷον τὸ [c] μνᾶς λυτροῦσθαι, [d] ἢ τὸ αἶγα θύειν, ἀλλὰ μὴ δύο πρόβατα· ἔτι ὅσα ἐπὶ τῶν καθ' ἕκαστα νομοθετοῦσιν· οἷον, τὸ θύειν [e] Βρασίδᾳ, καὶ τὰ ψηφισματώδη. Δοκεῖ δὲ ἐνίοις πάντα

& does not depend on its being decreed or otherwise.

TRIA autem ſunt in animo, quæ actionis et veritatis dominatum obtinent, ſenſus, mens, appetitus: quanquam ex his tribus, ſenſus, nullius actionis principium eſt: quod ex eo perſpicuum eſt, quod tametſi beſtiæ ſenſu ſint præditæ, actionis tamen communionem non habent. Quod eſt autem in cogitatione affirmatio et negatio, hoc eſt in appetitu rei alicujus perſecutio et fuga. Quare quoniam virtus, quæ ad mores pertinet, habitus eſt ad conſilium capiendum expeditus: conſilium autem appetitus eſt ad conſultationem accommodatus: idcirco ſi conſilium bonum eſſe volumus, oportet et rationem eſſe veram, et appetitum rectum, eademque et illam affirmare, et hunc perſequi. Hæc igitur cogitatio et veritas ad agendum valet. Cogitationis autem ejus, quæ ad res contemplandas, non ad agendas, neque ad efficiendas valet, præſtantia et vitium, eſt verum et falſum: omnis enim animi partis, ſeu poteſtatis ad cogitandum valentis, hoc propri-

[q]ἔργον. Τοῦ δὲ πρακτικοῦ καὶ διανοητικοῦ, ἡ ἀλήθεια ὁμολόγως ἔχουσα τῇ ὀρέξει τῇ ὀρθῇ. Πράξεως μὲν οὖν ἀρχὴ, προαίρεσις, ὅθεν ἡ κίνησις, ἀλλ' οὐχ οὗ ἕνεκα. Προαιρέσεως δὲ, ὄρεξις καὶ λόγος ὁ ἕνεκά τινος· διὸ οὔτ' ἄνευ νοῦ καὶ διανοίας, οὔτ' ἄνευ ἠθικῆς ἐστιν [r]ἕξεως ἡ προαίρεσις· εὐπραξία γὰρ καὶ τὸ ἐναντίον ἐν πράξει ἄνευ διανοίας καὶ ἤθους οὐκ ἔστι. Διάνοια δ' [s]αὐτὴ οὐθὲν κινεῖ, ἀλλ' ἡ ἕνεκά του, καὶ πρακτική· αὕτη γὰρ καὶ τῆς ποιητικῆς [t]ἄρχει· ἕνεκα γάρ [u]του ποιεῖ πᾶς ὁ ποιῶν· καὶ οὐ τέλος ἁπλῶς, ἀλλὰ πρός τι, καί τινος τὸ ποιητὸν, ἀλλ' οὐ τὸ πρακτόν· ἡ γὰρ εὐπραξία, τέλος· ἡ δ' ὄρεξις, τούτου. Διὸ ἢ ὀρεκτικὸς νοῦς ἡ προαίρεσις, ἢ ὄρεξις διανοητική· καὶ ἡ τοιαύτη ἀρχὴ, ἄνθρωπος. Οὐκ ἔστι δὲ προαιρετὸν οὐθὲν γεγονός· οἷον οὐθεὶς προαιρεῖται Ἴλιον πεπορθηκέναι· οὐδὲ γὰρ βουλεύ-

[q] Γρ. ἔργον. [r] Ὀρέξεως Ven. 1. 2. Baſ. et Muret. Pro nobis facit Andr. [s] Αὕτη Lamb. et Aurel. [t] Γρ. ἀρχὴ, ita Andr. [u] Τούτου Ven. 1. et 2.

um (opus ac munus) eſt. Ejus autem animi partis, quæ ad agendum et cogitandum valet, opus eſt veritas conſpirans et congruens cum appetitu recto. Actionis igitur principium, conſilium eſt: principium, inquam, unde motus proficiſcitur, non cujus gratia res agitur. Conſilii autem capiendi principium, eſt appetitus et ratio ea, quæ finem aliquem ſibi propoſitum habet: eo quod neque ſine mente et cogitatione, neque ſine habitu eo, qui ad mores pertinet, conſilium eſſe poſſit: nam neque bona perfectaque actio, neque ei contraria, ſine cogitatione et moribus conſtare poteſt. Cogitatio autem ipſa nihil movet, niſi ea, quæ alicujus rei gratia comparata eſt, et quæ ad agendum eſt idonea: hæc enim etiam ei, quæ ad efficiendum valet, præeſt: nam quiſquis aliquid efficit, alicujus rei ſingularis cauſa efficit: neque abſolute id quod efficitur, finis eſt, ſed ad aliquid refertur, et alicujus eſt: quod idem de eo, quod in actionem cadit, dici non poteſt: actionis enim ultimum eſt perfecta actio, id eſt, res bene geſta; appetitio autem, ultimi eſt. Conſilium itaque, aut mens eſt ad appetendum excitans, aut appetitus cogitandi vim habens: principiumque tale homo eſt. Nullius autem rei jam factæ conſilium capi poteſt: verbi gratia, nemo conſilium capit, Illium evertiſſe: nam neque de re

εται περὶ τοῦ γεγονότος, ἀλλὰ περὶ τοῦ ἐσομένου, καὶ ἐνδεχομένου. Τὸ δὲ γεγονὸς οὐκ ἐνδέχεται μὴ γενέσθαι· διὸ ὀρθῶς Ἀγάθων,

> Μόνου γὰρ αὐτοῦ καὶ θεὸς στερίσκεται,
> Ἀγένητα ποιεῖν ἅσσ' ἂν ᾖ πεπραγμένα.

Ἀμφοτέρων δὴ τῶν νοητικῶν μορίων ἀλήθεια τὸ ἔργον. Καθ' ἃς οὖν ἕξεις μάλιστ' ἀληθεύει ἑκάτερον, αὗται αἱ ἀρεταὶ ἀμφοῖν.

ΚΕΦ. γ'.

ΑΡΞΑΜΕΝΟΙ οὖν ἄνωθεν, περὶ αὐτῶν πάλιν λέγωμεν. [x]Ἔστω δὴ οἷς ἀληθεύει ἡ ψυχὴ τῷ καταφάναι ἢ ἀποφάναι, πέντε τὸν ἀριθμόν· ταῦτα δ' ἐστὶ, τέχνη, ἐπιστήμη, φρόνησις, σοφία, νοῦς· ὑπολήψει γὰρ καὶ δόξῃ ἐνδέχεται διαψεύδεσθαι. Ἐπιστήμη μὲν οὖν τί ἐστιν, ἐντεῦθεν φανερὸν, εἰ δεῖ ἀκριβολογεῖσθαι, καὶ μὴ ἀκολουθεῖν ταῖς ὁμοιότησι· πάντες γὰρ ὑπολαμβάνομεν, ὃ ἐπιστάμεθα μὴ ἐνδέχεσθαι ἄλλως ἔχειν. Τὰ δὲ ἐνδεχόμενα ἄλλως, ὅταν ἔξω τοῦ θεωρεῖν

x Ἔστι Baſ. ἔσται CCC.

præterita deliberat quiſquam, ſed de futura, et ea, quæ fieri poteſt. Quod factum eſt autem, ut ſit infectum, fieri non poteſt: itaque recte Agatho,

> Hoc namque duntaxat negatum etiam Deo eſt,
> Quæ facta ſunt, infecta poſſe reddere.

Quocirca ambarum animi partium, quæ ad cogitandum valent, opus eſt veritas. Qui igitur habitus efficiunt, ut utraque pars verum enunciet, hi ſunt utriuſque virtutes.

CAP. III.

PRINCIPIO igitur altius repetito, de iis rurſum diſſeramus. Ac ſint ſane quinque numero, quibus animus verum enunciat vel aiendo, vel negando: Ars, Scientia, Prudentia, Sapientia, Mens ſive Intelligentia: nam exiſtimatione et opinione ut mentiatur animus, evenire poteſt. Ac ſcientia quidem quid ſit, ex hoc perſpicuum eſſe poteſt, ſi rei veritatem ſubtiliter exquirere, non ſimilitudines conſectari volumus, quod omnes exiſtimamus, evenire non poſſe, ut id quod ſcimus, aliter ſeſe habeat. Quæ autem ſeſe aliter habere poſſunt, ea cum longe a

Induction - infers of general things from the combination of particulars
Syllogism - infers of particulars from generals -
Socrates. Plato - & Zenophon are wise - ergo all men are wise
Man is an animal — ergo Socrates is an animal

γένηται, λανθάνει εἰ ἔστιν, ἢ μή. Ἐξ ἀνάγκης ἄρα ἐστὶ τὸ ἐπιστητόν· ἀΐδιον ἄρα· τὰ γὰρ ἐξ ἀνάγκης [y] ὄντα ἁπλῶς, ἀΐδια πάντα· τὰ δὲ ἀΐδια, [z] ἀγένητα καὶ ἄφθαρτα. Ἔτι διδακτὴ πᾶσα ἐπιστήμη δοκεῖ εἶναι, καὶ τὸ ἐπιστητὸν, μαθητόν. Ἐκ προγινωσκομένων δὲ πᾶσα διδασκαλία· ὥσπερ καὶ [a] ἐν τοῖς ἀναλυτικοῖς ἐλέγομεν· ἡ μὲν γὰρ δι' ἐπαγωγῆς, ἡ δὲ συλλογισμῷ. Ἡ μὲν δὴ ἐπαγωγὴ [b] ἀρχή ἐστι καὶ τοῦ καθόλου· ὁ δὲ συλλογισμὸς ἐκ τῶν καθόλου. Εἰσὶν ἄρα ἀρχαὶ, ἐξ ὧν ὁ συλλογισμὸς, ὧν οὐκ ἔστι συλλογισμός· ἐπαγωγὴ ἄρα. Ἡ μὲν ἄρα ἐπιστήμη ἐστὶν ἕξις ἀποδεικτικὴ, καὶ ὅσα ἄλλα [c] προσδιοριζόμεθα ἐν τοῖς ἀναλυτικοῖς· ὅταν γάρ πως πιστεύῃ, καὶ γνώριμοι αὐτῷ ὦσιν αἱ ἀρχαὶ, ἐπίσταται· εἰ γὰρ μὴ μᾶλλον τοῦ συμπεράσματος, κατὰ συμβεβηκὸς ἕξει ἐπιστήμην. Περὶ μὲν οὖν ἐπιστήμης διωρίσθω τὸν τρόπον τοῦτον.

all science is attainable by man for all learning proceeds from propositions previously granted - either inductively - or syllogistically —

but if the premises be not distributed more than the conclusion - the knowledge may be casual —

[y] Γρ. ὄντα, [illegible] ῶς ἀΐδ. mutata diſtinctione. [z] Γρ. ἀγέννητα. [a] Sc. Analyt. Poſter. lib. i. cap. 1. [b] Ἀρχή ἐστι τοῦ καθ. Argyr. alii legunt ἀρχῆς ἐστι. Nobiſcum Andr. qui ſic παραφράζει hanc periochen: ἡ μὲν οὖν ἐπαγωγὴ καθάπερ ἀρχή ἐστι καὶ τῶν ἀναποδείκτων ἀρχῶν, αἱ καθόλου μέν εἰσι, γινώσκονται δὲ ἀπὸ τῶν καθ' ἕκαστα: *eſt ergo inductio tanquam eorum principiorum, quæ non demonſtrantur, principium, et quæ univerſalia quidem ſunt, a ſingularibus cognoſcuntur tamen.* [c] Malim προσδιωριζόμεθα, ut paulo ante ἐλέγομεν. *Caſaub.*

conſpectu remota ſint, ſint, necne ſint, obſcurum eſt. Ergo quod ſcientia comprehendi poteſt, neceſſario eſt: ex quo efficitur, ut æternum ſit: nam quæ neceſſario ſunt ſimpliciter, ea ſunt æterna omnia: æterna autem quæ ſunt, ea neque unquam orta ſunt, neque interire poſſunt. Præterea ſcientia omnis ſub doctrinam cadere videtur: et quicquid ſub ſcientiam cadit, diſcendo percipi poteſt. Jam vero ex quibuſdam rebus ante cognitis, omnis doctrina gignitur: quemadmodum et in Analyticis dicebatur: alia enim inductione, alia ratiocinatione comparatur. Atque inductio quidem principium eſt, et univerſi eſt; ratiocinatio autem ex univerſis conſtat. Sunt ergo principia aliqua, ex quibus conſtituitur ratiocinatio, quorum non eſt ratiocinatio: eſt igitur eorum inductio. Scientia ergo habitus eſt ad rem demonſtrandam idoneus, et cætera omnia quæ in Analyticis ad definitionem addidimus: cum enim rem ita eſſe quodammodo credit aliquis, et nota ſunt ei principia, tum ſcire dicitur: nam ſi non erunt concluſione notiora, ex eventu partam ſcientiam habebit. Ac de ſcientia quidem cum hac diſtinctione a nobis dictum ſit.

a practical habit attended by reason differs from a productive habit attended by reason – there is no such habit except & no art which is not of that definition

There is a distinction between πραξις & ποιησις. ἕξις πρακτικη differs from ἕξις ποιητικη. Πρακτον refers to πραξις, ποιησις to τεχνη, both of which are ἐνδεχομ. ἄλλως ἔχειν.

ΚΕΦ. δ'.

ΤΟΥ δ' ἐνδεχομένου ἄλλως ἔχειν, [d] ἔστι τι καὶ ποιητὸν, καὶ πρακτόν. Ἕτερον δ' ἐστὶ ποίησις, καὶ πρᾶξις· πιστεύομεν δὲ καὶ περὶ αὐτῶν καὶ τοῖς [e] ἐξωτερικοῖς λόγοις· [f] ὥστε καὶ ἡ μετὰ λόγου ἕξις πρακτικὴ, ἕτερόν ἐστι τῆς μετὰ λόγου ποιητικῆς ἕξεως· καὶ οὐδὲ περιέχεται ὑπ' ἀλλήλων· οὔτε γὰρ ἡ πρᾶξις, ποίησις· οὔτε ἡ ποίησις, πρᾶξίς ἐστιν. Ἐπεὶ δ' ἡ οἰκοδομικὴ, τέχνη τίς ἐστι, καὶ ὅπερ ἕξις τις μετὰ λόγου ποιητικὴ, καὶ οὐδεμία οὔτε τέχνη ἐστὶν, ἥτις οὐ μετὰ λόγου ποιητικὴ ἕξις ἐστὶν, οὔτε τοιαύτη, ἣ οὐ τέχνη, ταὐτὸν ἂν εἴη τέχνη καὶ ἕξις μετὰ λόγου ἀληθοῦς ποιητική. Ἔστι δὲ τέχνη πᾶσα περὶ γένεσιν, καὶ τὸ τεχνάζειν, καὶ θεωρεῖν, ὅπως ἂν γένηταί τι τῶν ἐνδεχομένων καὶ εἶναι, καὶ μὴ εἶναι· καὶ ὧν ἡ ἀρχὴ ἐν τῷ ποιοῦντι, ἀλλὰ μὴ ἐν τῷ ποιουμένῳ· οὔτε γὰρ τῶν ἐξ ἀνάγκης ὄντων, ἢ γινομένων, ἡ τέχνη ἐστὶν, οὔτε τῶν κατὰ φύσιν· [g] ἐν αὐτοῖς γὰρ

production formation

[d] Magn. Moral. lib. i. cap. 35. Metaph. Vide lib. i. cap. 13. et Mur. [e] Per ἐξωτερ. λόγους Aquinas intelligit libros [f] Vide Metaph. lib. vi. cap. 1. [g] Ἐν ἑαυτοῖς N C.

CAP. IV.

EORUM autem, quæ aliter evenire poſſunt, aliud eſt, quod ſub effectionem venit: aliud, quod ſub actionem. Differt autem ab actione effectio (Exotericis autem ſermonibus hac etiam in re credendum eſt) itaque et habitus cum ratione conjunctus ad agendum idoneus ab eo differt, qui cum ad efficiendum valeat, cum ratione conjunctus eſt: neuterque ab altero continetur; nam neque actio, effectio; neque effectio, actio eſt. Quoniam autem ædificandi facultas, ſeu poteſtas, ars quædam eſt, atque id ipſum, quod habitus quidam cum ratione conjunctus ad efficiendum idoneus; neque ars ulla eſt, quæ non ſit habitus cùm ratione conjunctus ad faciendum idoneus; neque ullus talis habitus eſt, qui non ſit ars: idem erunt ars, et habitus ad faciendum idoneus cum vera ratione conjunctus. Ars autem omnis in origine et molitione rei occupata eſt, idque molitur et ſpectat, ut aliquid fiat eorum, quæ eſſe et non eſſe poſſunt, quorumque principium in eo, qui facit, non in eo, quod fit, poſitum eſt: nam neque eorum, quæ neceſſario vel ſunt, vel fiunt, ars eſt, neque eorum, quæ natura conſtant: hæc enim in ſeipſis incluſum habent

Art is not conversant about things immutable in their nature & which proceed of necessity as physicks – but about things the cause of whose existence rests more in the agent than in the materials

ἔχουσι ταῦτα τὴν ἀρχήν. Ἐπεὶ δὲ ποίησις καὶ πρᾶξις ἕτερον, ἀνάγκη τὴν τέχνην ποιήσεως, ἀλλ' οὐ πράξεως εἶναι. Καὶ τρόπον τινὰ περὶ τὰ αὐτά ἐστιν, ἡ τύχη, καὶ ἡ τέχνη, καθάπερ καὶ Ἀγάθων φησί,

Τέχνη τύχην ἔστερξε, καὶ τύχη τέχνην.

Ἡ μὲν οὖν τέχνη, ὥσπερ εἴρηται, ἕξις τις μετὰ λόγου ἀληθοῦς ποιητική ἐστιν· ἡ δ' ἀτεχνία, τοὐναντίον μετὰ λόγου ψευδοῦς ποιητικὴ ἕξις, περὶ τὸ ἐνδεχόμενον ἄλλως ἔχειν.

ΚΕΦ. ε'.

Περὶ δὲ φρονήσεως οὕτως ἂν λάβοιμεν, θεωρήσαντες τίνας [h] δὴ λέγομεν τοὺς φρονίμους. Δοκεῖ [i] δὴ φρονίμου εἶναι, τὸ δύνασθαι καλῶς βουλεύσασθαι περὶ τὰ αὑτῷ ἀγαθὰ καὶ συμφέροντα, οὐ κατὰ μέρος, [k] οἷον ποῖα πρὸς ὑγίειαν ἢ ἰσχύν· ἀλλὰ, ποῖα πρὸς τὸ εὖ ζῆν ὅλον. Σημεῖον δ', ὅτι καὶ τοὺς περί τι φρονίμους λέγομεν, ὅταν πρὸς τέλος τι σπουδαῖον εὖ λογίσωνται, ὧν μή ἐστι τέχνη. Ὥστε καὶ ὅλως ἂν εἴη φρό-

[h] Δὴ abeſt ab El. [i] Δὲ N C. Baſ. Ven. 1. et Andr. [k] Οἷον οὐ ποῖα Ven. 1. et 2.

principium. Quoniam autem effectio et actio inter ſe differunt, neceſſe eſt artem, effectionis eſſe, non actionis. In iiſdemque rebus quodammodo ars, et fortuna verſantur, quemadmodum ait et Agatho:

Fortuna ut artem, ſic et ars fortunam amat.

Ars igitur (ut dictum eſt) habitus eſt quidam cum vera ratione conjunctus, ad efficiendum idoneus: inertia contra habitus cum ratione falſa conjunctus ad efficiendum idoneus, in eo, quod aliter evenire poteſt, occupatus.

CAP. V.

De prudentia autem ſic optime cognoſcemus, ſi, quos prudentes appellemus, perceperimus. Ac prudentis quidem videtur eſſe in iis, quæ ſibi bona, et ex uſu ſunt, non ſingillatim, verbi gratia, quænam ad bonam valetudinem, aut ad vires, ſed univerſe, quæ ad bene beateque vivendum conducant, bene conſultare poſſe. Cujus rei argumentum eſt, quod prudentes in re aliqua dicimus eos, qui bene ratiocinando, quomodo ad honeſtum finem perveniant, aſſequuntur, in iis, quæ arte non continen-

νιμος, ὁ βουλευτικός. Βουλεύεται δ' οὐθεὶς περὶ τῶν ἀδυνάτων ἄλλως ἔχειν, οὐδὲ τῶν μὴ ἐνδεχομένων αὐτῷ πρᾶξαι. Ὥστ' εἴπερ ἐπιστήμη μὲν μετὰ ἀποδείξεως· ὧν δ' αἱ ἀρχαὶ ἐνδέχονται ἄλλως ἔχειν, τούτων μή ἐστιν ἀπόδειξις· (πάντα γὰρ ἐνδέχεται καὶ ἄλλως ἔχειν·) καὶ οὐκ ἔστι βουλεύσασθαι περὶ τῶν ἐξ ἀνάγκης ὄντων, οὐκ ἂν εἴη ἡ φρόνησις ἐπιστήμη, οὐδὲ τέχνη. Ἐπιστήμη μὲν, ὅτι ἐνδέχεται τὸ πρακτὸν ἄλλως ἔχειν· τέχνη δ', ὅτι ἄλλο [1] τὸ γένος πράξεως, καὶ ποιήσεως. Λείπεται ἄρα αὐτὴν εἶναι, ἕξιν ἀληθῆ μετὰ λόγου πρακτικὴν περὶ τὰ ἀνθρώπῳ ἀγαθὰ καὶ κακά· τῆς μὲν γὰρ ποιήσεως ἕτερον τὸ τέλος, τῆς δὲ πράξεως [m] οὐκ ἀεί· ἔστι γὰρ [n] αὐτὴ ἡ εὐπραξία τέλος. Διὰ τοῦτο Περικλέα καὶ τοὺς τοιούτους, φρονίμους οἰόμεθα εἶναι, ὅτι τὰ αὐτοῖς ἀγαθὰ, καὶ τὰ τοῖς ἀνθρώποις δύνανται θεωρεῖν· εἶναι δὲ τοιούτους ἡγούμεθα τοὺς οἰκονομικοὺς, καὶ πολιτικούς. [o] Ἔνθεν καὶ τὴν σωφροσύνην τούτῳ προσαγο-

[1] Τὸ τέλος N C. Ven. 1. 2. et Bas. Editi. [n] Γρ. αὐτῇ. [o] Ὅθεν C C C.

[m] Οὐκ ἂν εἴη pro οὐκ ἀεὶ N C. et quidam

tur. Quocirca qui ad consultandum ingenio valet, is et prudens omnino, et universe fuerit. Consultat autem iis de rebus nemo, quæ aliter sese habere, quæve ab ipso agi non possunt. Quare si scientia omnis cum demonstratione conjuncta est; et si, quorum principia aliter sese habere possunt, eorum non est demonstratio; (omnia enim sese aliter quoque habere possunt;) si denique de iis, quæ necessario sunt, consultari non potest: neque scientia, neque ars erit prudentia. Scientia, quia quod sub actionem venit, sese aliter habere potest: Ars, quia aliud actionis, aliud effectionis est genus. Restat igitur, ut ea sit habitus cum ratione vera conjunctus, ad agendum idoneus, in iis occupatus, quæ homini bona et mala sunt: effectionis enim alius, quam effectio, finis est; actionis vero non semper alius ab actione finis est: est enim ipsa res bene gesta, seu perfecta actio, actionis finis. Ac propter hanc causam Periclem, cæterosque tales viros prudentes esse arbitramur, quod ea, quæ sibi, hominumque generi bona sunt, dispicere, ac providere possunt: quales esse putamus eos, qui rei familiaris tuendæ, reique publicæ administrandæ periti sunt. Ex quo nomen invenit apud Græcos temperantia,

pleasure & pain cannot destroy all perception — for they cannot affect our minds with respect to the conviction of an self evident proposition as that "a triangle was equal to two right angles" but only in those points which have reference to action.

ρεύομεν τῷ ὀνόματι, ὡς σώζουσαν τὴν φρόνησιν. Σώζει δὲ τὴν τοιαύτην ὑπόληψιν· οὐ γὰρ πᾶσαν ὑπόληψιν διαφθείρει, οὐδὲ διαστρέφει τὸ ἡδὺ, καὶ τὸ λυπηρόν· οἷον, ὅτι τὸ τρίγωνον δυσὶν ὀρθαῖς ἴσας ἔχει, ἢ οὐκ ἔχει· ἀλλὰ τὰς περὶ τὸ πρακτόν. Αἱ μὲν γὰρ ἀρχαὶ τῶν πρακτῶν, τὸ οὗ ἕνεκα τὰ πρακτά· τῷ δὲ διεφθαρμένῳ δι' ἡδονὴν, ἢ λύπην, εὐθὺς οὐ φαίνεται ἡ ἀρχὴ, οὐδὲ δεῖν τούτου ἕνεκα, οὐδὲ διὰ τοῦθ' αἱρεῖσθαι πάντα καὶ πράττειν· ἔστι γὰρ ἡ κακία φθαρτικὴ ἀρχῆς. Ὥστ' ἀνάγκη τὴν φρόνησιν ἕξιν εἶναι μετὰ λόγου [p] ἀληθῆ, περὶ τὰ ἀνθρώπινα ἀγαθὰ πρακτικήν. Ἀλλὰ μὴν [q] τέχνης μέν ἐστιν ἀρετή· φρονήσεως δ', οὐκ ἔστι. Καὶ ἐν μὲν τέχνῃ ὁ ἑκὼν ἁμαρτάνων, αἱρετώτερος· περὶ δὲ φρόνησιν, ἧττον, [r] ὥσπερ καὶ περὶ τὰς

perception — The cause for which any thing is performed is the principle of act. — The difference between τεχνη & φρονησις further displayed — Art is both good and bad, φρονησις is good only.

[p] Ita noſtri MSS. et Andr. ex Vet. Interp. ἀληθοῦς emendarunt Lamb. et Caſaub. [q] Doctiſſimi quidam viri emendant τέχνης μὲν οὐκ ἔστιν ἀρετή· φρονήσεως δ' ἐστί. prorſus contra Ariſtotelis mentem. Magn. Moral. lib. i. cap. 35. et paſſim τέχνῃ ἀρετὴν tribuit, non φρονήσει. *Caſaub.* "Ετι δὲ τῆς μὲν τέχνης ἐστὶ καὶ κακία καὶ ἀρετή· καὶ γὰρ δυνατὸν καὶ ἀγαθὸν εἶναι τεχνίτην καὶ πονηρόν. Φρονήσεως δὲ οὔτε κακία ἐστίν· ἀδύνατον γὰρ φρόνιμόν τινα φαῦλον εἶναι· οὔτε ἀρετή· αὐτὴ γάρ ἐστιν ἀρετή· ἀρετὴ δὲ ἀρετῆς οὐκ ἔστιν, οὐ γὰρ μεσότης μεσότητος. *Præterea artis eſt vitium et virtus: poteſt enim et bonus eſſe artifex et malus. Prudentiæ vero neque vitium eſt (non enim fieri poteſt ut prudens aliquis ſit malus) neque virtus: ipſa enim eſt virtus: virtus autem virtutis non eſt, ſicut nec mediocritas mediocritatis.* Andr. [r] Γρ. ὡς.

quam illi appellant σωφροσύνη, tanquam prudentiæ conſervatricem. Talem autem exiſtimationem tuetur et conſervat: non enim omnem exiſtimationem corrumpunt neque depravant dolor et voluptas: exempli cauſa, triangulum duobus rectis pares angulos habere, aut non habere: ſed eas duntaxat, quæ ad id, quod ſub actionem venit, pertinent. Eorum enim, quæ ſub actionem veniunt, principia ſunt eæ res, quarum rerum gratia ſuſcipiuntur ea, quæ ſub actionem veniunt: qui autem voluptate aut dolore corruptus eſt, ei ſtatim principii videndi facultas eripitur: neque is animo cernere poteſt, ſe hujus rei cauſa, et propter hanc cauſam omnia optare, atque agere oportere: vitium enim principii delendi ac perimendi vim habet. Quapropter neceſſe eſt, prudentiam habitum eſſe cum ratione vera conjunctum, ad agendum idoneum, in bonis humanis occupatum. Artis porro virtus eſt: prudentiæ autem non eſt. Et qui ſua voluntate in arte titubarit atque offenderit, ei eſt anteferendus, qui invitus: in prudentia contra deterior eſt is, qui ſponte ſua offenderit, quemadmodum et in vir-

another point which renders Art & Prudence dissimilar is — Art is possessed of a virtue or excellence — Prudence is not — in Arts voluntary errors are preferable — In Prudence the revo

Prudence then is a virtue not an art & belongs to the λογιστικῷ μερει της ψυχης—

ἀρετάς. Δῆλον οὖν, ὅτι ἀρετή τις ἐστὶ, καὶ οὐ τέχνη. Δυοῖν δ' ὄντοιν μεροῖν τῆς ψυχῆς τῶν λόγον ἐχόντων, θατέρου ἂν εἴη ἀρετὴ, τοῦ δοξαστικοῦ· ἥ τε γὰρ δόξα περὶ τὸ ἐνδεχόμενον ἄλλως ἔχειν ἐστὶ, καὶ ἡ φρόνησις. Ἀλλὰ μὴν οὐδ' ἕξις μετὰ λόγου μόνον· [s] σημεῖον δ', ὅτι λήθη τῆς μὲν τοιαύτης ἕξεώς ἐστι· φρονήσεως δ' οὐκ ἔστιν.

ΚΕΦ. ς'.

ΕΠΕΙ δ' ἡ ἐπιστήμη περὶ τῶν καθόλου ἐστὶν ὑπόληψις, καὶ τῶν ἐξ ἀνάγκης ὄντων, εἰσὶ δ' ἀρχαὶ τῶν ἀποδεικτῶν καὶ πάσης ἐπιστήμης· μετὰ λόγου γὰρ ἡ ἐπιστήμη· τῆς ἀρχῆς τοῦ ἐπιστητοῦ, οὔτ' ἂν ἐπιστήμη εἴη, οὔτε τέχνη, οὔτε φρόνησις. Τὸ μὲν γὰρ ἐπιστητὸν, ἀποδεικτόν· αἱ δὲ τυγχάνουσιν οὖσαι περὶ τὰ ἐνδεχόμενα ἄλλως ἔχειν. Οὐδὲ δὴ σοφία τούτων ἐστί· τοῦ γὰρ σοφοῦ περὶ ἐνίων ἔχειν ἀπόδειξίν ἐστιν. Εἰ δὴ οἷς ἀληθεύομεν, καὶ μηδέποτε διαψευδόμεθα περὶ τὰ μὴ ἐνδεχόμενα, ἢ καὶ ἐν-

[s] Prudentia enim haud facile oblivione deletur, quoniam quotidie in publicis privatisque actionibus versatur.

tutibus. Perspicuum igitur est, eam virtutem esse quandam, non artem. Cum sint autem duæ animi partes rationis participes: ejus partis, quæ ad opinandum valet, virtus est prudentia: in iis enim, quæ aliter sese habere possunt, et opinio et prudentia versatur. Sed nec habitus est cum ratione conjunctus tantum: idque ex eo perspici potest, quod hujusmodi habitum delere potest oblivio, non potest prudentiam.

CAP. VI.

QUONIAM autem scientia existimatio est de rebus universis, iisque, quæ necessario sunt; quoniamque rerum, quæ sub demonstrationem cadunt, omnisque adeo scientiæ sunt aliqua principia; (cum ratione enim conjuncta scientia est:) consentaneum est principii earum rerum, quæ scientia comprehendi possunt, neque scientiam esse, neque artem, neque prudentiam. Nam quod scientia comprehendi potest, demonstrari potest: ars autem et prudentia in iis rebus versantur, quæ sese aliter possunt habere. Ne sapientia quidem harum rerum esse potest: sapientis enim est, nonnullarum rerum demonstrationem expedire posse. Si igitur nihil est, quo verum enunciemus, nunquam-

ἐπιστημη & σοφια are not principles of action for they are capable of demonstration. The τεχνη & φρονησις are excluded also because the principles of action as they are not capable of demonstration, so they are not liable to change

...cannot be a principle of action. for it is capable of demonstration ... will not admit it for they are conversant about things ... cannot be because even here demonstration is sometimes admissible.

δεχόμενα ἄλλως ἔχειν, ἐπιςήμη, καὶ φρόνησίς ἐςι, καὶ σοφία, καὶ νῦς, τύτων δὲ τριῶν μηθὲν ἐνδέχεται εἶναι· λέγω δὲ τρία, φρόνησιν, σοφίαν, ἐπιςήμην· [t]λείπεται νῦν εἶναι τῶν ἀρχῶν.

ΚΕΦ. ζ′.

ΤΗΝ δὲ σοφίαν ἐν ταῖς τέχναις, τοῖς ἀκριβεςάτοις τὰς τέχνας ἀποδίδομεν· οἷον Φειδίαν, λιθυργὸν σοφὸν, καὶ Πολύκλειτον, ἀνδριαντοποιόν· ἐνταῦθα μὲν ὖν ὐθὲν ἄλλο σημαίνοντες τὴν σοφίαν, ἢ ὅτι ἀρετὴ τέχνης ἐςίν. Εἶναι δέ τινας σοφὺς οἰόμεθα ὅλως· ὐ κατὰ μέρος, ὐδὲ ἄλλο τι [u]ἢ σοφὺς, ὥσπερ Ὅμηρός φησιν ἐν τῷ [x]Μαργίτῃ,

Τὸν δ᾽ ὔτ᾽ ἂρ σκαπτῆρα θεοὶ θέσαν, ὔτ᾽ ἀροτῆρα,
Οὔτ᾽ ἄλλως τι σοφόν.

Ὥςε δῆλον, ὅτι ἡ ἀκριβεςάτη ἂν τῶν ἐπιςημῶν εἴη ἡ σοφία. Δεῖ ἄρα τὸν σοφὸν μὴ μόνον τὰ ἐκ τῶν ἀρχῶν εἰδέναι, ἀλλὰ

[t] Λείπεται δὴ τὸν νῦν εἶναι γνῶσιν τῶν ἀρχῶν, καὶ τῦτό ἐςι νῦς, ᾧ τὰς ἀρχὰς γινώσκομεν τῆς ἐπιςήμης. *Andr.* [u] Ἢ deeſt El. et pleriſque editis. [x] Hujus poematis, quod non exſtat, mentionem facit Ariſtoteles in lib. περὶ ποιητικῆς, ubi ita ſcribit: ὁ γὰρ Μαργίτης ἀνάλογον ἔχει, ὥσπερ Ἰλιὰς καὶ Ὀδύσσεια πρὸς τὰς τραγῳδίας, ὕτω καὶ ὗτος πρὸς τὰς κωμῳδίας. Baſilius Magnus illud Pittaco aſcribit: et Clemens Alexandr. ςρώμ. λόγ. α′. videtur dubitare de ejus auctore. Archilochus vero, et Cratinus et Callimachus, ut obſervavit Euſtrat. illud Homeri fuiſſe teſtantur.

que mentiamur, tum in iis rebus, quæ non poſſunt aliter ſeſe habere, tum in iis, quæ poſſunt, præter ſcientiam, prudentiam, ſapientiam, et mentem ſeu intelligentiam; nullum autem ex his tribus, principiorum eſſe poteſt; (tria dico, prudentiam, ſapientiam, ſcientiam): relinquitur, ut mens ſit principiorum.

CAP. VII.

SAPIENTIAM autem in artibus, iis attribuimus, qui cujuſque artis ſunt periti ſſimi: ut Phidiam, ſapientem lapidum ſculptorem, Polycletum, ſapientem ſtatuarum fictorem dicimus: nihil hic aliud per ſapientiam, quam artis virtutem ſignificantes. Nonnullos autem univerſe ſapientes eſſe arbitramur: non ſingillatim, neque quidquam aliud, quam ſapientes: quemadmodum ait Homerus in Margite,

Hic neque foſſor erat, nec arator
munere divum,
Nec ſapiens ulla in re alia.

Quapropter perſpicuum eſt, ſcientiarum omnium limatiſſimam et abſolutiſſimam eſſe ſapientiam. Sapientem igitur oportet non ea ſolum intelligere, quæ ex principiis

καὶ περὶ τὰς ἀρχὰς ἀληθεύειν. Ὥστ' εἴη ἂν ἡ σοφία νοῦς καὶ ἐπιστήμη, καὶ ὥσπερ κεφαλὴν ἔχουσα [y] ἐπιστήμη τῶν τιμιωτάτων· ἄτοπον γὰρ, εἴ τις τὴν ἐπιστήμην πολιτικὴν, ἢ τὴν φρόνησιν σπουδαιοτάτην οἴεται εἶναι, [z] εἰ μὴ τὸ ἄριστον τῶν ἐν τῷ κόσμῳ, ἄνθρωπός ἐστιν. Εἰ δὴ [a] ὑγιεινὸν μὲν καὶ ἀγαθὸν ἕτερον ἀνθρώποις καὶ ἰχθύσι, τὸ δὲ λευκὸν καὶ εὐθὺ ταὐτὸ ἀεί· καὶ τὸ σοφὸν ταὐτὸ πάντες ἂν εἴποιεν, φρόνιμον δὲ ἕτερον· [b] τὸ γὰρ περὶ αὐτὸ ἕκαστα εὖ θεωροῦν, φαῖεν ἂν εἶναι

[y] Ἐπιστήμην N C. et quidam Editi. Veterem lectionem confirmat Andronicus, qui sic explicat : *καὶ οὕτως ἔσται ἐπιστήμη καὶ τιμιωτάτη, καθάπερ κεφαλὴν ἔχουσα τὰς ἀρχάς· ἐν γὰρ τῷ αὐτῆς λόγῳ, καὶ τὰ ἀποδεικτὰ καὶ αἱ ἀρχαὶ λαμβάνονται : eoque modo longe præstantissima erit scientia, ut quæ tanquam caput habeat principia ; in ejus enim definitione demonstrata conjunguntur et principia.* Hanc lectionem retinendam esse probat Victorius lib. xxxviii. c. 15. Var. Lect. et eam ita exponit : Sapientiam sc. ex mente et scientia compositam esse, et veluti caput habere ipsam mentem, cujus vi initia scientiarum percipiantur. Aliter vero legendum esse judicat Lambinus, qui sequentia de hoc loco habet : Sic emendavi, *ὥσπερ κεφαλὴν ἔχ.* quorum verborum hæc sententia est : et Scientia rationem seu proportionem capitis habens ad cæteros habitus, seu ad cæteras scientias. Atque ita videtur legisse Eustratius, cujus hæc verba sunt : *καὶ διὰ τοῦτο καὶ κεφαλῆς λόγον ἐν ταῖς ἐπιστήμαις ἐπέχει.* Est autem hoc loquendi genus apud Græcos usitatissimum, *ἔχει ὥσπερ κεφαλὴν, ἔχει ὥσπερ κέντρον*, id est, *rationem capitis obtinet, instar quasi puncti obtinet.* [z] Ab hac certe opinione abhorret Philosophus, qui hunc mundum æternum esse vult. Itaque ex ejus sententia, prudentia nequaquam potest esse præstantissima scientia, quia non versatur circa res optimas. [a] Eorum, quæ sunt, quædam qualia sunt, talia semper sunt, et talia dicuntur suapte vi, et sine ullo respectu ad aliud habito : ut color qui habet vim aspectus dissipandi, semper est album ; et recta semper est linea, quæ brevissima est inter duo puncta. Quædam alia sunt, quæ non dicuntur talia, nisi ex relatione quadam ad aliud, et sine ulla mutatione sui sæpe talia esse desinunt ; ut cibus, potus et somnus non dicuntur salubria, bona aut mala, nisi quatenus ad aliud pertinent, neque aut omnibus istiusmodi sunt, aut iisdem semper. Eadem *sapientiæ* et *prudentiæ* distinctio est. *Sapientia* enim versatur in iis rebus, quæ semper se eodem modo habent, neque usquam alio pertinent : at *prudentia* in eis, quæ pro temporum, locorum ac personarum varietate mutantur. Itaque *sapientiæ* decreta immutabilia sunt : at *prudens* sæpe consilium mutat. *Muret.* [b] Hujus loci, qui varie scri-

colliguntur, sed etiam in principiis versantem de iis vere loqui, vereque sentire. Itaque sapientiam dicere licebit esse tum mentem, tum scientiam ; ac scientiam quidem rerum honoratissimarum, quasi capitis instar obtinentem : absurda sit enim ejus sententia, qui scientiam civilem aut prudentiam, omnium optimam esse putet : nisi forte rerum omnium, quæ in mundo sunt, homo sit res una præstantissima. Quod si salubre ac bonum, aliud est hominibus, aliud piscibus ; album autem et rectum semper est idem : idem quoque semper esse dicent omnes id, quod sit sapientia præditum ; prudens, aliud et diversum : quod enim singulis in rebus, pro cujusque rei natura, præstan-

φρόνιμον, καὶ τούτῳ ἐπιτρέψειαν αὐτά. [c]Διὸ καὶ τῶν θηρίων ἔνια φρόνιμά φασιν εἶναι, ὅσα περὶ τὸν αὑτῶν βίον ἔχοντα φαίνεται δύναμιν προνοητικήν. [d]Φανερὸν δὲ, ὅτι οὐκ ἂν εἴη ἡ πολιτικὴ, καὶ ἡ σοφία, ἡ αὐτή· εἰ γὰρ τὴν περὶ τὰ ὠφέλιμα τὰ αὐτοῖς ἐροῦσι σοφίαν, πολλαὶ ἔσονται σοφίαι· οὐ γὰρ μία περὶ τὸ ἁπάντων ἀγαθὸν τῶν ζώων, ἀλλ' ἑτέρα περὶ ἕκαστον· εἰ μὴ καὶ ἰατρικὴ μία περὶ πάντων τῶν ὄντων. Εἰ δ', ὅτι βέλτιστον ἄνθρωπος τῶν ἄλλων ζώων, οὐδὲν διαφέρει· καὶ γὰρ ἀνθρώπου ἄλλα πολὺ θειότερα τὴν φύσιν, οἷον τὰ φανερώ-

bitur, ſententiam clarius videtur expreſſiſſe Andronicus: φρόνιμον δὲ οὐκ ἐπ' ἀνθρώπων μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων, τὸ θεωρεῖν ἕκαστον τὰ ἑαυτοῦ ἀγαθὰ καὶ πράττειν. Γρ. Τὸ γὰρ περὶ αὑτὸ ἕκ. in quibuſdam Editis: in aliis τὸ εὖ θεωροῦν. ita El. ἑαυτὸ pro αὑτὸ C C C. θεωρεῖν pro θεωροῦν Aret. Hæc ſunt Lambini verba de vera lectione: Exiſtimo de M. Antonii Mureti ſententia hunc locum eſſe corrigendum: non enim dubitat ille, quin vulgata omnium librorum ſcriptura ſit corrupta (quod ego dudum ſuſpicatus ſum) ſed ita corrupta tamen, ut ſine ulla arrogantiæ nota poſſit emendari. Nihil enim addens de ſuo, nihilque detrahens, ſed unam vocem duntaxat, culpa librariorum disjunctam ac divulſam, de integro conglutinans et conjungens, et ex illis duabus αὐτὸ ἕκαστα, unam faciens αὐτοέκαστα, emendat hoc modo: τὸ γὰρ περὶ αὐτοέκαστα τὸ εὖ θεωροῦν φαῖεν ἂν εἶν. quorum verborum ea eſt ſententia, quam in mea verſione expreſſi. Αὐτοέκαστα, igitur interpretatus ſum, *res ſingulas pro cujuſque natura*: ea enim mihi vis eſſe videtur hujus nominis. τὸ εὖ vero ſolus ex omnibus interpretibus integrum ſervavi, cum alii articulum τὸ omiſerint, reddidique Latine *actionis præſtantiam*. αὐτοέκαστα autem, vox eſt non ſolum Platonis, ut aliquando exiſtimavi, ſed et Iſocratis, et aliorum ſcriptorum. Vide quæ ſupra annotavimus de voce αὐτοέκαστον pag. 15. [c] Vide Metaph. lib. i. c. 1. [d] Ne quid diſſimulem valde ſuſpicor multas voces hoc loco temere adjectas: et ſi quis illa τῶν ζώων et τῶν ὄντων delenda cenſuerit, me quidem adſtipulatorem habebit, niſi forte alter alterius locum occupavit. *Muret.*

tiam ſeu bonitatem actionis perſpicit, id prudens eſſe dixerint, et eas res huic commiſerint. Itaque et beſtias quaſdam prudentes eſſe dicunt, nempe eas, quæ rerum ad vitam neceſſariarum providendarum facultatem habere videntur. Civilem autem ſcientiam non eſſe eandem, atque ſapientiam, minime obſcurum eſt: nam ſi ſapientiam dicent eſſe eam, quæ in ſuis cuique emolumentis comparandis ſit occupata, multæ reperientur ſapientiæ: non enim una eſt, quæ verſetur in omnium animantium bono, ſed in ſingulis alia atque alia: niſi forte de omnibus, quæ ſunt in rerum natura, etiam medicina una eſt. Neque vero quidquam ad rem attinet, quod homo reliquorum animalium quiddam ſit quam optimum: ſunt enim et alia homine multo diviniora natura: ut ea, quæ omnibus maxime ſunt in conſpectu, ex quibus hic mundus

the φρονιμος looks to the temporal interests of himself or country
the σοφος looks to those things which the great & wonderful have
no connection with or reference to human happiness

σοφια - νους - επιστημη are things most honourable in their nature

τατά γε, ἐξ ὧν ὁ κόσμος συνέστηκεν. Ἐκ δὴ τῶν εἰρημένων δῆλον, ὅτι ἡ σοφία ἐστὶ καὶ ἐπιστήμη, καὶ νοῦς τῶν τιμιωτάτων τῇ φύσει. Διὸ Ἀναξαγόραν, καὶ Θαλῆν, καὶ τοὺς τοιούτους, σοφοὺς μὲν, φρονίμους δ᾽ οὔ φασιν εἶναι, ὅταν ἴδωσιν ἀγνοοῦντας τὰ συμφέρονθ᾽ αὑτοῖς· καὶ περιττὰ μὲν, καὶ θαυμαστὰ, καὶ χαλεπὰ, καὶ δαιμόνια εἰδέναι αὐτούς φασιν, ἄχρηστα δ᾽, ὅτι οὐ τὰ ἀνθρώπινα ἀγαθὰ ζητοῦσιν. Ἡ δὲ φρόνησις περὶ τὰ ἀνθρώπινα, καὶ περὶ ὧν ἐστι βουλεύσασθαι· τοῦ γὰρ φρονίμου μάλιστα τοῦτ᾽ ἔργον εἶναί φαμεν, τὸ εὖ βουλεύεσθαι. Βουλεύεται δ᾽ οὐθεὶς περὶ τῶν ἀδυνάτων ἄλλως ἔχειν, οὐδ᾽ ὅσων μὴ τέλος τί ἐστι, καὶ τοῦτο πρακτὸν ἀγαθόν. Ὁ δὲ ἁπλῶς εὔβουλος, ὁ τοῦ ἀρίστου ἀνθρώπῳ τῶν πρακτῶν στοχαστικὸς κατὰ λογισμόν. Οὐδ᾽ ἐστὶν ἡ φρόνησις τῶν καθόλου μόνον, ἀλλὰ δεῖ καὶ τὰ καθ᾽ ἕκαστα γνωρίζειν· πρακτικὴ γάρ· ἡ δὲ πρᾶξις περὶ τὰ καθ᾽ ἕκαστα. Διὸ καὶ ἔνιοι οὐκ εἰδότες, ἐνίων

φρονησις is not confined to general things for the φρονιμος is conversant about actions & actions about particular things & on this account some practically ignorant men, [illegible] with particular knowledge, are better qualified for the performance of some actions than those whose information is general

conflatus et coagmentatus est. Ex iis igitur, quæ diximus, perspicuum est, sapientiam esse earum rerum, quæ sunt honore dignissimæ natura, scientiam, et mentem sive intelligentiam. Quocirca Anaxagoram, Thaletem, cæterosque tales viros, sapientes quidem esse dicunt, prudentes vero nequaquam, cum videant eos, quæ sibi utilia sint, ignorare: atque eos fatentur recondita atque eximia quædam, et admirabilia, et difficilia, et divina tenere, sed inutilia: quia humana bona non quærunt. Prudentia vero in rebus humanis, iisque, de quibus consultari potest, versatur: prudentis enim hoc maxime proprium munus esse dicimus, bene consultare. De iis autem consultat nemo, quæ aliter sese habere non possunt: neque de iis, quorum non est finis aliquis, nempe bonum, quod in actionem veniat. Bonus autem consultator est absolute, qui id, quod homini est eorum, quæ in actionem veniunt, optimum, ratione consequi et explicare potest. Neque vero rerum universarum modo prudentia est, sed debent etiam ei esse notæ res singulares: ad agendum enim idonea est: in rebus singularibus autem omnis actio versatur. Itaque cum hic nonnulli inscii sunt ad agendum scientibus aptio-

As a person who knows how to bake bread & is ignorant of every other art is more qualified for that purpose than a person who thoroughly acquainted with every other art or science, is ignorant of that particular — better according to Aristotles own illustration

...axagoras & Thales passed their time in contemplating the works of creation & its physical causes & were σοφοί — ...icles & Alcibiades in studying the welfare of their state, the morals & happiness of their citizens & were φρονιμοι

εἰδότων πρακτικώτεροι, καὶ [f] ἐν τοῖς ἄλλοις οἱ ἔμπειροι· εἰ γὰρ εἰδείη, ὅτι τὰ κοῦφα [g] εὔπεπτα κρέα καὶ ὑγιεινὰ, ποῖα δὲ κοῦφα ἀγνοεῖ, οὐ ποιήσει ὑγίειαν· ἀλλ' ὁ εἰδὼς, ὅτι τὰ ὀρνίθεια κοῦφα καὶ ὑγιεινὰ, ποιήσει μᾶλλον. Ἡ δὲ Φρόνησις πρακτική· [h] ὥστε δεῖ ἄμφω ἔχειν, ἢ ταύτην μᾶλλον. Εἴη δ' ἄν τις καὶ ἐνταῦθα [i] ἀρχιτεκτονική.

ΚΕΦ. η΄.

ΕΣΤΙ δὲ καὶ ἡ πολιτικὴ, καὶ ἡ Φρόνησις, ἡ αὐτὴ μὲν ἕξις· τὸ μέντοι εἶναι οὐ τὸ αὐτὸ αὐταῖς. Τῆς δὲ περὶ πόλιν, ἡ μὲν ὡς ἀρχιτεκτονικὴ Φρόνησις, νομοθετικὴ, ἡ δὲ ὡς τὰ καθ' ἕκαστα, τὸ κοινὸν ἔχει ὄνομα, πολιτική· αὕτη δὲ πρακτικὴ, καὶ [k] βουλευτική· τὸ γὰρ ψήφισμα πρακτὸν, ὡς

[f] Ἐν τοῖς ἄλλοις *in aliis rebus* vertit Lambinus, minus recte. Vide Metaphys. lib. i. c. 1. [g] Εὔπεπτα habet El. [h] Ἐπεὶ τοίνυν ἡ φρόνησις πρακτική, καὶ ἄμφω ἔχειν ἀνάγκη, ἢ τὰ καθ' ἕκαστα μᾶλλον· μετὰ γὰρ τοῦ καθόλου μόνου οὐ δύναται εἶναι πρακτική. *Cum ergo in agendo occupetur prudentia, utrumque adesse illi oportet, magisque singularia; quia universalibus instructa tantum, ad agendum idonea esse non potest.* Andr. [i] Vide lib. i. cap. 2. [k] Βουλευτικὴ expungendum esse censet Muretus. Nobiscum facit Andronicus: πολιτικὴν δὲ λέγω τὴν πρακτικὴν καὶ βουλευτικὴν, ἥτις ἐστὶν περὶ τὰ ψηφίσματα καὶ τὰς πράξεις· τὰ γὰρ ψηφίσματα πρακτικά εἰσιν, οὐχ ὡς ἡ πρώτη φρόνησις ἡ ἀρχιτεκτονικὴ, ἀλλ' ὡς ἡ ἐσχάτη, ἥτις καὶ κυρίως ἐστὶ πρακτική. *Civilem jam dico, quæ in agendo occupatur et consultando, quæque in decretis actionibusque versatur: ad actionem enim decreta quoque pertinent: non quemadmodum prima quidem, quam architectonicam dicimus, prudentia, sed quemadmodum extrema, quæ proprie quoque activa dicitur.*

That exercise to the well being of a state νομοθετικη. That to the advantage of a single individual is πολιτικη.

res et compositiores, tum inter alios ii, qui sunt usu periti: nam si quis sciat, carnes leves esse ad concoquendum faciles et salubres, leves autem quæ sint, ignoret, bonam valetudinem non efficiet: sed is potius efficiet, qui avium carnes scit esse leves et salubres. Prudentia autem in agendo posita est: danda igitur opera est, ut vel utramque cognitionem habeamus, vel hanc potius, quam illam. Erit autem hic quoque princeps quædam, et quasi familiam ducens cognitio.

CAP. VIII.

CIVILIS scientia autem, et prudentia sunt illæ quidem idem habitus; sed natura, qua sunt tamen, et essentia, non est eis eadem. Atque ejus scientiæ, quæ ad civitatem pertinet, altera pars est tanquam princeps et domina prudentia, quæ est legum scribendarum ratio et facultas; altera, quemadmodum singularia, communi nomine Civilis appellatur: cujus omnis opera, in agendo, et consultando consumitur: populi scitum enim sub actio-

...as well as prudence ... employed in action it is desirable to possess both kinds of knowledge (general & particular) ... if that can not be, the latter is more especially requisite

φρονησις: divided into οικονομικη (relative to individuals) νομοθετικη relative to acts of legislation) πολιτικη (relative to the general government) πολιτικη is subdivided into βουλευτικη – δικαστικη –

τὸ [1] ἔσχατον. Διὸ πολιτεύεσθαι τούτους μόνον λέγουσι· μόνοι γὰρ πράττουσιν οὗτοι, ὥσπερ οἱ χειροτέχναι. Δοκεῖ δὲ καὶ φρόνησις μάλιστ' εἶναι ἡ περὶ αὐτὸν καὶ ἕνα· καὶ ἔχει αὕτη τὸ κοινὸν ὄνομα, φρόνησις. Ἐκείνων δὲ, ἡ μὲν οἰκονομία, ἡ δὲ νομοθεσία, ἡ δὲ πολιτική· καὶ ταύτης ἡ μὲν βουλευτικὴ, ἡ δὲ δικαστική. Εἶδος μὲν οὖν τι ἂν εἴη [m] γνώσεως, [n] τὸ αὑτῷ εἰδέναι. Ἀλλ' ἔχει διαφορὰν πολλήν· καὶ δοκεῖ ὁ τὰ περὶ αὑτὸν εἰδὼς καὶ διατρίβων, φρόνιμος εἶναι· οἱ δὲ πολιτικοὶ, πολυπράγμονες. Διὸ καὶ Εὐριπίδης·

Πῶς δ' ἂν φρονοίην, ᾧ παρῆν ἀπραγμόνως
Ἐν τοῖσι πολλοῖς ἠριθμημένῳ στρατοῦ,
Ἴσον μετασχεῖν τῷ σοφωτάτῳ τύχης;
Τοὺς γὰρ περισσοὺς, καί τι πράσσοντας [o] πλέον, [p] Ζεὺς μισεῖ.

[1] Aliud eſt hoc loco ἔσχατον, *extremum*, aliud τέλος. Ἔσχατον enim intelligitur hic ab Ariſtotele aliquid ſingulare, quod ſenſu percipitur: quia et ab eo cognitio noſtra oritur ad univerſa progrediens, et ab univerſis profecta ad ſingularia deſinit. Jam quod τέλος nonnunquam *ultimum* et *extremum* nominavimus, in eo Ciceronem ſumus imitati: ſed id uno, aut altero loco duntaxat fecimus. Non enim me præterit, τὸ ἔσχατον, apud Ariſtotelem latius patere, quam τέλος: neque omne extremum finem eſſe, ſed id tantum, quod ſit optimum. *Lamb.* Poteſt etiam, ut obſervat Aquinas, τὸ ψήφισμα dici ἔσχατον, quia eſt applicatio legis univerſaliter poſitæ ad res ſingulares agendas. [m] Γρ. φρονήσεως, idque jam olim, ut annotat Euſtratius. *Caſaub.* [n] Γρ. τὰ αὑτοῦ. El. vero et Andr. τὸ τὰ αὑτῷ. [o] Poſt πλέον addit C C C. οὐκ ᾤετο φρονίμους. [p] Ζεὺς μισεῖ deeſt El. et ſane eſt a

nem venit, tanquam extremum. Itaque hos ſolos rempublicam adminiſtrare dicunt: hi enim ſoli, ut operarii quidam, in rebus gerendis verſantur. Ea autem etiam videtur eſſe prudentia maxime, qua ſibi quiſque, et uni proſpicit: et hæc communi nomine appellatur prudentia. Illarum autem alia rei familiaris tuendæ et procurandæ ratio, alia ſcientia legum ferendarum, alia civilis: atque hujus pars altera ad conſultandum pertinet, ad judicandum altera. Genus igitur quoddam cognitionis eſſe videatur, ſua ſcire, ſibique utilia. Verum de hoc ipſo magna eſt controverſia: ac videtur ſane is, qui ſua, quæque ad ſe pertinent, habet cognita, et in eis verſatur, prudens eſſe: at ii, qui ſe ad rempublicam contulerunt, multarum actionum ſtudio, rerumque alienarum cura diſtineri. Idcirco et Euripides:

Prudentem enim quis me putet mortalium,
Cui ſuppetebat abſque ullo negotio
In totius turba numerato exercitus
Sortem parem obtinere ſapientiſſimo?
Præſtantiores namque, et eos qui pluribus
Se rebus implicant, male odit Jupiter.

Ζητοῦσι γὰρ τὸ αὑτοῖς ἀγαθὸν, καὶ οἴονται τοῦτο δεῖν πράττειν. Ἐκ ταύτης οὖν τῆς δόξης ἐλήλυθε [q] τὸ τούτους φρονίμους εἶναι· καίτοι ἴσως οὐκ ἔστι τὸ ἑαυτοῦ [r] ἄνευ οἰκονομίας, οὐδ᾽ ἄνευ πολιτείας. Ἔτι δὲ [s] τὸ αὑτοῦ πῶς δεῖ διοικεῖν, ἄδηλον καὶ σκεπτέον. Σημεῖον δ᾽ ἐστὶ τοῦ [t] εἰρημένου, καὶ διότι γεωμετρικοὶ μὲν νέοι καὶ [u] μαθηματικοὶ γίνονται, καὶ σοφοὶ τὰ τοιαῦτα· φρόνιμος δ᾽ οὐ δοκεῖ γίνεσθαι. Αἴτιον δ᾽, ὅτι καὶ τῶν καθ᾽ ἕκαστά ἐστιν ἡ φρόνησις, ἃ γίνεται γνώριμα ἐξ ἐμπειρίας· νέος δ᾽ [x] ἔμπειρος οὐκ ἔστι· πλῆθος γὰρ χρόνου [y] ποιήσει τὴν ἐμπειρίαν. Ἐπεὶ καὶ τοῦτ᾽ ἄν τις σκέψαιτο, διὰ τί, [z] μαθητικὸς μὲν παῖς γένοιτ᾽ ἄν· σοφὸς δὲ ἢ φυσικὸς, οὔ. Ἢ ὅτι τὰ μὲν δι᾽ ἀφαιρέσεώς ἐστι· τῶν δ᾽, αἱ ἀρχαὶ, ἐξ ἐμπειρίας; καὶ τὰ μὲν οὐ πιστεύουσιν οἱ νέοι, ἀλλὰ λέγουσι· τῶν δὲ, τὸ τί ἐστιν οὐκ ἄδηλον. Ἔτι ἡ ἁμαρτία ἢ περὶ τὸ καθόλου

Lambino additum ex Plut. In margine autem El. leguntur ſequentia : λείπει τὸ, οὐκ ᾤετο φρόνιμος. [q] Τὸ περὶ τοὺς φρον. N C. Baſ. et Camot. quæ tamen deſiderantur in Ven. 1. [r] Εὖ ante ἄνευ inſerunt Baſ. et El. [s] Τὸ αὐτοῖς ἀγαθὸν C C C. Sed Baſ. et Elienſ. legunt τὰ αὑτοῦ pluraliter : poſterior etiam habet οἰκεῖν pro διοικεῖν. [t] Λεγομένου C C C. [u] Γρ. μαθητικοί. [x] Ἄπειρος N C. [y] Ποιεῖ C C C. et Baſ. Sic infra legunt βουλεύεσθαι pro βουλεύσασθαι. ποιεῖ itidem habet El. [z] Δὴ μαθηματικὸς Lamb. et El. a quo abeſt Παῖς.

Quærunt enim vulgo id, quod ſibi bono eſt, idque unum agere ſe arbitrantur oportere. Ex hac igitur opinione natum eſt, hos eſſe prudentes : atqui ſuum negotium noſſe atque agere, ſine rei familiaris reique publicæ cura, fortaſſe nemo poſſit. Præterea quomodo ſuum quiſque negotium gerere debeat, obſcurum eſt, et res eget conſideratione. Cujus rei hoc argumentum eſt, quod juvenes, et geometræ et mathematici, et talibus diſciplinis eruditi fiunt; prudentes non fiunt. Cauſa hæc eſt, quod etiam in rebus ſingularibus prudentia vertitur, quarum cognitio uſu comparatur : adoleſcens autem uſum rerum non habet, (quippe quem temporis longinquitas ſit allatura.) Nam hoc quoque conſideratione dignum eſt, quamobrem puer, mathematicus effici poſſit, ſapiens aut phyſicus non poſſit. An quod illa a materia divulſa ac ſegregata ſunt : horum principia ex uſu et experientia naſcuntur ? et quod his non aſſentiuntur, neque fidem habent juvenes, ſed ea dicunt tantum : quid ſint illa autem, non eſt obſcurum. Præterea quicquid in conſultando peccatur, vel ad res u-

ἐν τῷ βουλεύσασθαι, ἢ περὶ τὸ καθ' ἕκαστον· ἢ γὰρ ὅτι πάντα τὰ βαρύσταθμα ὕδατα, φαῦλα· ἢ ὅτι τοδὶ βαρύσταθμον. Ὅτι δ' ἡ φρόνησις οὐκ ἐπιστήμη, φανερόν· τοῦ γὰρ ἐσχάτου ἐστὶν, ὥσπερ εἴρηται· τὸ γὰρ πρακτὸν τοιοῦτον. [a] Ἀντίκειται μὲν δὴ τῷ νῷ· ὁ μὲν γὰρ νοῦς, τῶν ὅρων, ὧν οὐκ ἔστι λόγος· ἡ δὲ, τοῦ ἐσχάτου, [b] οὗ οὐκ ἔστιν ἐπιστήμη, ἀλλ' αἴσθησις, οὐχ ἡ τῶν ἰδίων, ἀλλ' οἵᾳ αἰσθανόμεθα, ὅτι τὸ ἐν τοῖς [c] μαθηματικοῖς ἔσχατον, τρίγωνον· στήσεται γὰρ κἀκεῖ. Ἀλλ' αὕτη μᾶλλον αἴσθησις [d] ἡ φρόνησις· ἐκείνης δὲ ἄλλο εἶδος.

ΚΕΦ. Θ'.

ΤΟ ζητεῖν δὲ, καὶ τὸ βουλεύεσθαι διαφέρει· τὸ γὰρ βουλεύεσθαι, ζητεῖν τι ἐστί. Δεῖ δὲ [e] διαλαβεῖν καὶ περὶ εὐβουλίας, τί ἐστι, πότερον ἐπιστήμη τις, ἢ δόξα, ἢ εὐστοχία, ἢ ἄλλο τι γένος. Ἐπιστήμη μὲν δὴ οὐκ ἔστιν· οὐ γὰρ ζητοῦσι περὶ ὧν ἴσασιν· ἡ δ' εὐβουλία, βουλή τίς ἐστιν· ὁ δὲ [f] βου-

[a] Ἀντιληπτικὴ μὲν El. qui tamen Ἀντίκειται agnoſcit in marg. Γρ. etiam ἀπτικὴ et ἀπτικοί : quorum *poſteriorem* retinet N C. *priorem* vero C C C. et Baſ. [b] Οὗ deeſt Ven. 1. [c] Μαθητικοῖς N C. [d] Alii ἡ φρόνησις, ego deleo utrumque. *Mur.* [e] Λαβεῖν N C. [f] Βουλόμενος N C.

niverſas pertinet, vel ad ſingulares : nam vel omnes aquas graves eſſe inſalubres, vel hanc eſſe gravem. Prudentiam autem non eſſe ſcientiam, perſpicuum eſt : extremi enim eſt, ut dictum eſt : tale enim eſt id, quod ſub actionem venit. Menti igitur ſeu intelligentiæ opponitur : mens enim eorum terminorum eſt, quorum ratio afferri non poteſt : prudentia extremi, quod non ſcientia, ſed ſenſu percipitur, non illo, cui propriæ ſunt attributæ qualitates, quas ſentiat ; ſed eo, quo ſentimus hoc extremum in mathematicis, eſſe triangulum : nam illic quoque inſiſtit. Veruntamen prudentia ſenſus eſt potius : illius autem alia forma aliaque notio eſt.

CAP. IX.

QUÆRERE autem et conſultare inter ſe differunt : nam conſultare, aliquid quærere eſt. Sed etiam de bona conſultatione, quid ſit, diſtinctione adhibita videndum eſt, utrum ſcientia aliqua ſit, an opinio, an bona conjectura, an aliud quoddam genus. Ac primum ſane non eſt ſcientia : nam de iis, quæ ſciuntur, quæri non ſolet : at bona conſultatio, conſultatio

whether ευβουλια be επιστημη ευστοχια δοξα. not επιστημη. for men do not deliberate upon known or self-evident truths — not ευστοχια, because that is undigested by reason & immediate — but men are generally slow in consultation — quick in execution.

λευόμενος, ζητεῖ καὶ [g]λογίζεται. Ἀλλὰ μὴν, οὐδ' εὐστοχία· ἄνευ τε γὰρ λόγου, καὶ ταχύ τι ἡ εὐστοχία· βουλεύονται δὲ πολὺν χρόνον, καί φασι, πράττειν μὲν δεῖν ταχὺ τὰ [h]βουλευθέντα, βουλεύεσθαι δὲ βραδέως. Ἔτι, ἡ ἀγχίνοια ἕτερον, καὶ ἡ εὐβουλία· ἔστι δὲ εὐστοχία τις, ἡ ἀγχίνοια. Οὐδὲ δὴ δόξα, ἡ εὐβουλία οὐδεμία. Ἀλλ' ἐπεὶ, ὁ μὲν κακῶς βουλευόμενος, ἁμαρτάνει, ὁ δὲ εὖ, ὀρθῶς βουλεύεται· δῆλον ὅτι ὀρθότης τις ἡ εὐβουλία ἐστίν. Οὔτ' ἐπιστήμης δὲ, οὔτε δόξης· [i]ἐπιστήμης μὲν γὰρ οὐκ ἔστιν ὀρθότης· οὐδὲ γὰρ [k]ἁμαρτία· δόξης δ' ὀρθότης, ἡ ἀλήθεια· ἅμα δὲ καὶ διώρισται ἤδη πᾶν οὗ δόξα ἐστίν. [l]Ἀλλὰ μὴν οὐδ' ἄνευ λόγου ἡ εὐβουλία· [m]διανοίας ἄρα λείπεται· αὕτη γὰρ οὔπω φάσις· καὶ γὰρ ἡ δόξα, οὐ ζήτησις, ἀλλὰ φάσις τις ἤδη. Ὁ δὲ βουλευόμενος, ἐάν τε εὖ, ἐάν τε κακῶς βουλεύηται, ζητεῖ τι,

quickness of mind — felicity of conjecture

It cannot be a correctness of science, for there is no error, there is nothing to correct.

[g] Ἐργάζεται N C. [h] Δόξαντα Baf. [i] Ἐπιστήμη C C C. male. [k] Ἁμαρτάνει N C. [l] Alii ἀλλὰ μή. [m] *Relinquitur ut ſit mentis. Perion.* Nec aliter fere Camer. ſed Euſtrat. recte vidit alium eſſe ſenſum horum verborum, quæ ſic explicat Andron. Ἡ μὲν εὐβουλία ζητεῖν ἐστιν, ἡ δόξα δὲ εὑρηκέναι· καθὸ καὶ τῆς διανοίας ἡ εὐβουλία λείπεται [*inferior eſt.*] Ἡ μὲν γὰρ διάνοια λόγος ἐστὶν ἀπηρτισμένος καὶ εὑρημένος μετὰ τῆς προσηκούσης αἰτίας· ἡ δὲ εὐβουλία ἐν τῇ ζητήσει ἔχει τὸ εἶναι.

eſt: qui autem aliqua de re conſultat, quærit et ratiocinatur. Jam vero neque conjectura eſſe poteſt: nam cum bona conjectura ſine ratione fiat, tum celere quiddam eſt: in conſultando autem multum temporis conſumitur; aiuntque id, de quo conſultaveris, celeriter eſſe agendum, ſed ſpiſſe lenteque conſultandum. Præterea aliud eſt ſagacitas, aliud bona conſultatio: ſagacitas autem bona conjectura quædam eſt. Neque vero ulla bona conſultatio, opinio eſt. Sed quoniam qui male conſultat, peccat: qui bene, recte conſultat: perſpicuum eſt, bonam conſultationem quoddam rectum eſſe. Sed neque ſcientiæ tamen, neque opinionis rectum eſt: ſcientiæ enim nullum eſt rectum; nam neque ejus eſt ulla pravitas: opinionis autem rectum eſt veritas; ſimulque id omne, cujus eſt opinio, deciſum jam ac tranſactum eſt. Sed neque ſine ratione bona conſultatio eſt: cogitatione igitur eſt inferior: hæc enim nondum enuntiatio eſt: nam et opinio, non quæſtio, ſed quædam jam enuntiatio eſt. At qui conſultat, ſive bene, ſive male conſultet, is quærit aliquid, et ra-

It is not δοξα, because δοξα looks to speculative truths — ευβουλια to facts — δοξα is an assertion, ευβουλια an enquiry

Ευβουλια is ορθοτης βουλης, but correctness may be taken in various senses – for the depraved or incontinent man may obtain his wishes upon deliberation (λογισμου) & hence his deliberation may have been correct, tho' his decision is of a great evil. Wherefore it [illegible] be necessary to add to the definition η αγαθου τευκτικη –

καὶ λογίζεται. Ἀλλὰ ὀρθότης τίς ἐστιν ἡ εὐβουλία, βουλῆς· διὸ ἡ βουλὴ ζητητέα πρῶτον τί, καὶ περὶ τί. Ἐπεὶ δὲ ἡ ὀρθότης πλεοναχῶς, δῆλον ὅτι οὐ πᾶσα· ὁ γὰρ ἀκρατὴς καὶ ὁ φαῦλος, ὃ [n] προτίθεται ἰδεῖν, ἐκ τοῦ λογισμοῦ τεύξεται· ὥστε ὀρθῶς ἔσται [o] βεβουλευμένος, [p] κακὸν δὲ [q] μέγα εἰληφώς. Δοκεῖ δὲ ἀγαθόν τι τὸ εὖ [r] βουλεύσασθαι· [s] ἡ γὰρ τοιαύτη ὀρθότης βουλῆς, εὐβουλία, ἡ ἀγαθοῦ τευκτική. Ἀλλ' ἔστι καὶ [t] τούτου ψευδεῖ συλλογισμῷ τυχεῖν· καὶ ὃ μὲν δεῖ ποιῆσαι, [u] τυχεῖν, δι' οὗ δέ, οὔ, ἀλλὰ ψευδῆ [x] τὸν μέσον ὅρον εἶναι. Ὥστ' οὐδ' αὐτή [y] πω εὐβουλία, καθ' ἣν, οὗ δεῖ μέν, τυγχάνει, οὐ μέντοι δι' οὗ ἔδει. Ἔτι, ἔστι πολὺν χρόνον βουλευόμενον τυχεῖν· τὸν δ', ταχύ. Οὐκοῦν οὐδ' ἐκείνη πω εὐβουλία· ἀλλ' ὀρθότης ἡ κατὰ τὸ ὠφέλιμον, καὶ οὗ δεῖ, [z] καὶ ὡς, καὶ ὅτε.

[n] Προτίθεται καὶ σκέψασθαι δεῖν N C. [o] Βουλευόμενος N C. [p] Κακὸς Baſ. [q] Μέγα ὑπειληφὼς C C C. ὑπ' εἰληφὼς N C. [r] Βεβουλεῦσθαι El. C C C. et Baſ. [s] Ἡ deeſt El. [t] Τοῦτο Baſ. minus recte. [u] El. poſt τυχεῖν addit τοῦτο· quod retinent etiam N C. et Ven. 1. Baſ. habet τοῦτο πῶς. [x] Τὸ El. [y] Πῶς C C C. [z] Καὶ ὡς δεῖ N C.

tiocinatur. Sed profecto bona conſultatio, rectum quoddam conſultationis eſt: ea propter quid ſit conſultatio, quærendum primo eſt, et in quo verſetur. Sed quoniam rectum multis modis dicitur: non omne rectum bonam conſultationem eſſe, perſpicuum eſt: incontinens enim et malus homo, quod ſibi propoſuerint ad inſpiciendum, ratiocinatione conſequentur: itaque recte conſultaſſe videbuntur, ſed magno malo accepto. At bene conſultare, bonum quoddam videtur eſſe: id enim conſultationis rectum, quod ad boni adeptionem valet, bona conſultatio eſt. Sed fieri poteſt, ut quis etiam ratiocinatione falſo concluſa bonum adipiſcatur: et id quidem, quod facto opus eſt, conſequatur, non autem qua ratione oporteat, ſed medius ratiocinationis terminus falſus ſit. Itaque ne ea quidem bona conſultatio eſt, qua conſequitur quidem aliquis quod oportet, ſed non qua ratione oportebat. Præterea contingere poteſt, ut alius diu, alius celeriter conſultando, id, quod vult, aſſequatur. Nondum igitur ne illa quidem bona conſultatio eſt: ſed id conſultationis rectum erit, quod ad utilitatem, et ad id, quod oportet, obtinendum, quo modo, et quo tempore obtineri debet, accommodatum eſt.

but even this addition is not sufficient for we may even have drawn a wrong inference & tho our object be correct, the process of reasoning may be faulty. We must therefore render the definition complete thus. ευβουλια ορθοτης κατα το ωφελιμον και ο δει και ως και οτε. Προς τι τελος [illegible] φρονησις αληθης υποληψις

ευβουλια is the attainment of an end
2nd the attainment of a good end
3rd the attainment of a good end with good means
4th The attainment of a good end with good means at a proper time

Ἔτι, ἐστὶ καὶ ἁπλῶς εὖ βεβουλεῦσθαι, καὶ πρός τι τέλος. Ἡ μὲν δὴ ἁπλῶς, ἡ πρὸς τὸ τέλος τὸ ἁπλῶς κατορθοῦσα· ἡ δέ τις, ἡ πρός τι τέλος. Εἰ δὴ τῶν φρονίμων τὸ εὖ βουλεύεσθαι, ἡ εὐβουλία εἴη ἂν ὀρθότης ἡ κατὰ τὸ συμφέρον πρὸς [a] τι τέλος, οὗ ἡ φρόνησις ἀληθὴς ὑπόληψίς [b] ἐστιν.

ΚΕΦ. ι'.

ΕΣΤΙ δὲ καὶ ἡ σύνεσις καὶ ἡ ἀσυνεσία, καθ' ἃς λέγομεν συνετοὺς καὶ ἀσυνετούς, οὔτε ὅλως τὸ αὐτὸ ἐπιστήμῃ, ἢ δόξῃ· [c] πάντες γὰρ ἂν ἦσαν συνετοί. Οὔτε τις μία τῶν κατὰ μέρος [d] ἐπιστημῶν, οἷον ἡ ἰατρική· (περὶ ὑγιεινῶν γὰρ [e] ἂν ἦν·) ἢ γεωμετρία· περὶ μεγέθη γάρ. Οὔτε γὰρ περὶ τῶν ἀεὶ ὄντων καὶ ἀκινήτων ἡ σύνεσίς ἐστιν, οὔτε περὶ τῶν γιγνομένων [f] ὁτουοῦν· ἀλλὰ περὶ ὧν ἀπορήσειεν ἄν τις, καὶ βουλεύσαιτο. Διὸ περὶ τὰ αὐτὰ μὲν τῇ φρονήσει ἐστίν· οὐκ ἔστι δὲ

[a] Τὸ C C C. et Baſ. [b] Deeſt N C. [c] Argyr. hoc amplius: *πάντες γὰρ ἂν εἰδότες, ἢ δοξάζοντες ἦσαν συνετοί*, quomodo facilior eſſet ſententia. *Mur.* [d] Ἐπιστημῶν, κατὰ μέρος N C. οἷον κατὰ μέρος Ven. 1. Οἷον ἡ ἰατρ. Baſ. [e] Ἂν ἦν deſunt El. [f] Ὁτουοῦν N C. et Baſ.

Præterea licet et abſolute bene conſultare, et ad certum aliquem finem conſultationem referre. Ac bona ſane conſultatio abſolute ea eſt, quæ propoſito ſibi abſoluto, et totius vitæ humanæ communi fine, bene procedit: quædam autem bona conſultatio eſt, quæ certum aliquem et proprium finem ſpectat. Quod ſi bene conſultare, prudentium eſt, bona conſultatio rectum quoddam conſultationis erit, ad utilitatem accommodatum, ad aliquem finem relatum, cujus ipſa prudentia eſt vera exiſtimatio.

CAP. X.

[q] Ἄλλο ὂν El. et C C C. ἄλλο ὢν Ven. 2. et Baf. Ad oram C C C. annot. γρ. ἀλλ' οἷον ὅ ποτ' ἐστί. Pro nobis facit Euftrat. et Andr. qui fic habet: καὶ γὰρ τῷ Θεῷ πάντα πρόσεστι τὰ ἀγαθὰ, ἀλλ' ἔστιν αὐτὸς ὅ, τι ποτέ ἐστι. i. e. Deus habet fummum bonum, quod divinæ naturæ maxime convenit: non autem ei conveniret, fi Deus unus et idem non femper maneret, ut manet. [r] Νοῦν El. [s] Γενναίων θεωρημάτων τῇ διανοίᾳ εὐπορεῖ: *plurimas præclaras mente cogitationes concipit.* Andr. [t] Γρ. πάντοτε. [u] Γρ. οὐκ ἄλλοτ' ἄλλῳ. [x] Φίλος pro φιλία El. [y] Lambinus, fecutus Euftratium, hanc periochen ita explicat, ut in ea quæftionem, quam jam in præfenti omittendam effe dixerat, ἐν παρόδῳ tranfigat hoc modo: Sed certe hac ratione (inquit) feu hac ex parte videatur alicui in feipfum conftare ami-

quod eft, quicquid tandem fit. Non immerito autem id, quod in nobis intelligit, unufquifque noftrum effe videatur, aut maxime. Tum vero is, qui talis eft, fecum habitare fecumque vult vivere: id enim libenter facit: nam et rerum actarum memoria ei eft jucunda, et fpes futurarum bona: talis autem eft et jucunda. Præterea rerum plurimarum perceptione et cognitione mens ejus abundat: doletque et lætatur una fecum maxime: nam omni ex parte idem ei moleftum eft, idemque jucundum, neque alias aliud: cum, pene dicam, nihil agat, cujus eum pœnitere poffit. Quoniam igitur hæc fingula in viro bono infunt erga feipfum, eftque fic animatus in amicum, ut in feipfum (amicus enim alter ipfe) efficitur ex his, ut amicitia quoque aliquid horum effe, iique, in quibus hæc infunt, amici effe videantur. Utrum autem cuique erga feipfum amicitia intercedere poffit, necne, in præfenti quærere omittamus. Sed certe primum hac ratio-

δύο, ἢ πλείω ἐκ τῶν εἰρημένων· καὶ ὅτι ἡ ὑπερβολὴ τῆς φιλίας τῇ πρὸς ἑαυτὸν ὁμοιοῦται. Φαίνεται δὲ τὰ εἰρημένα καὶ τοῖς πολλοῖς ὑπάρχειν, καί περ οὖσι φαύλοις. Ἆρ' οὖν ᾗ ἀρέσκουσιν ἑαυτοῖς καὶ ὑπολαμβάνουσιν ἐπιεικεῖς εἶναι, ταύτῃ μετέχουσιν αὐτῶν; ἐπεὶ τῶν γε κομιδῇ φαύλων καὶ ἀνοσιουργῶν οὐθενὶ ταῦθ' ὑπάρχει, ἀλλ' οὐδὲ φαίνεται· σχεδὸν δὲ οὐδὲ τοῖς φαύλοις. Διαφέρονται γὰρ ἑαυτοῖς· καὶ ἑτέρων μὲν ἐπιθυμοῦσιν, ἄλλα δὲ βούλονται, οἷον οἱ ἀκρατεῖς· αἱροῦνται γὰρ ἀντὶ τῶν δοκούντων ἑαυτοῖς ἀγαθῶν εἶναι τὰ ἡδέα βλαβερὰ ὄντα. Οἱ δ' αὖ διὰ δειλίαν καὶ ἀργίαν ἀφίστανται τοῦ πράττειν, ἃ οἴονται ἑαυτοῖς βέλτιστα εἶναι. Οἷς δὲ πολλὰ καὶ

citia posse, qua quisque duo sunt, aut etiam plura, ut corpus et animus: tum iterum animi plures sunt partes, altera rationis particeps, altera rationis expers, ut supra dictum est. Ita igitur dici poterit aliquis seipsum amare, vel si corpus suum amet, vel si animum. Alii vero δύο ἢ πλείω referunt ad conditiones, seu potius definitiones amicitiæ in initio hujus capitis prædictas; ut sententia hæc sit: Secum cuiquam amicitia esse dicatur, quod in ea duæ aut plures ex prædictis conditionibus reperiuntur. Alii vero putant Philosophum hic verba facere de amicitia in alios, non in nosmetipsos. Cum Andronici paraphrasis hujus loci sententiam perspicuam reddat, et pro nostro interprete faciat, eam subjungemus. Ἡ γὰρ φιλία δυοῖν, ἢ τριῶν, ὡς δῆλον ἐκ τῶν εἰρημένων. Καὶ εἴ τις καὶ τὰ πρὸς ἑαυτὸν φιλίαν καλεῖ, εἴη ἂν φιλία, καθόσον ἐστὶν αὐτὸς πρὸς ἑαυτὸν διαφέρων, καὶ τῷ λογιστικῷ τὸ παθητικὸν σπένδεται. Καὶ διότι δὲ ἡ ὑπερβολὴ τῆς φιλίας ἔοικε τῇ ἑκάστου πρὸς ἑαυτὸν ἀγάπῃ, καὶ αὐτὴ καλοῖτο ἂν φιλία. Eustratius aliam hujus perioches scripturam indicat his verbis: φέρεται καὶ ἄλλη γραφὴ, ἔχουσα οὕτως· Δόξειε δ' ἂν ταύτῃ εἶναι φιλία, ᾗ οὐκέτι δύο τὰ αὐτά. Quam lectionem sic explicat: καὶ διὰ τῆς γραφῆς ταύτης λέγων· Εἰ γὰρ καὶ δύο ἐστὶ, τὸ λογικὸν, καὶ τὸ ἄλογον, ἀλλ' ἓν φιλία τότε ἐστὶ πρὸς ἑαυτὸν, ὅταν ταῦτα ἓν ὦσι.

ne cuique erga seipsum amicitia esse videatur, qua unusquisque nostrum duo sumus, aut plura, ex iis, quæ supra diximus: deinde quia amicitia nimia et immoderata ei amicitiæ, quæ cuique secum est, similis esse dici solet. Videntur autem ea, quæ a nobis dicta sunt, etiam in vulgo inesse, quamvis improbo. Num igitur qua sibi ipsi placet, et arbitratur se bonum esse, hac parte eorum est particeps? nam in eorum profecto, qui valde vitiosi et scelerati sunt, nemine insunt, quin ne inesse quidem videntur: nec fere in ullo vitioso. Semper enim secum pugnant ac diffident: aliaque concupiscunt, alia volunt, ut incontinentes: iis enim spretis ac rejectis, quæ sibi bona esse opinantur, jucunda sequuntur, et quæ sunt damnosa, sumunt. Alii propter ignaviam ac desidiam ab earum rerum, quas sibi optimas esse ducunt, actione longe se re-

δεινὰ πέπρακται, καὶ διὰ τὴν μοχθηρίαν [z] μισοῦνται, φεύγουσι τὸ ζῆν καὶ ἀναιροῦσιν ἑαυτούς. Ζητοῦσί [a] τε οἱ μοχθηροὶ μεθ' ὧν συνημερεύσουσιν, ἑαυτοὺς δὲ φεύγουσιν· ἀναμιμνήσκονται γὰρ πολλῶν καὶ δυσχερῶν, καὶ τοιαῦθ' ἕτερα ἐλπίζουσι, καθ' ἑαυτοὺς ὄντες· μεθ' ἑτέρων δ' ὄντες, ἐπιλανθάνονται. Οὐθέν τε φιλητὸν ἔχοντες, οὐθὲν φιλικὸν πάσχουσι πρὸς ἑαυτούς. Οὐδὲ δὴ συγχαίρουσιν, οὐδὲ συναλγοῦσιν οἱ τοιοῦτοι ἑαυτοῖς· [b] στασιάζει γὰρ αὐτῶν ἡ ψυχή, καὶ [c] τὸ μὲν διὰ μοχθηρίαν ἀλγεῖ, ἀπεχόμενόν τινων, τὸ δὲ ἥδεται· καὶ τὸ μὲν δεῦρο, τὸ δ' ἐκεῖσε ἕλκει, ὥσπερ διασπῶντα. Εἰ δὲ μὴ οἷόν τε ἅμα λυπεῖσθαι καὶ ἥδεσθαι, ἀλλὰ μετὰ μικρόν γε λυπεῖται ὅτι ἥσθη, καὶ οὐκ ἂν ἐβούλετο ἡδέα ταῦτα γενέσθαι αὐτῷ· μεταμελείας γὰρ οἱ φαῦλοι γέμουσιν. Οὐ δὴ φαίνεται ὁ φαῦλος οὐδὲ πρὸς ἑαυτὸν φιλικῶς διακεῖσθαι, διὰ τὸ μηδὲν ἔχειν φιλητόν. Εἰ δὴ τὸ οὕτως ἔχειν λίαν ἐστὶν

[z] Μισοῦσί τε καὶ φεύγ. Baſ. et Argyr. quos ſecutus eſt Lambinus. μισοῦνται, καὶ φεύγ. El. et C C C. [a] Δὲ pro τε El. [b] Στασιάζει γὰρ αὐτῶν ἡ ψυχή, καὶ πολεμεῖ τῷ λογικῷ τὸ ἄλογον. *Andr.* [c] Τοτὲ μὲν διὰ μοχθ. ἀλγεῖ, ἀπεχόμενός τινων· τοτὲ δὲ ἥδ. C C C. Baſ. et Ven. 1.

movent. Jam qui multa et atrocia facinora admiſerunt, propter improbitatem vitam oderunt ac fugiunt, ſibique manus afferunt. Et vitioſi homines atque improbi quærunt quibuſcum dies totos traducant, ſeipſos autem fugiunt: multa enim gravia atque horrenda recordantur, taliaque altera, cum ſoli ſunt, exſpectant: tantiſper autem dum cum aliis ſunt, obliviſcuntur. Et cum ſit nihil in eis amabile, nullo erga ſe amoris affectu commoventur. Neque igitur qui tales ſunt, ſecum una lætantur, neque ſecum pari dolore afficiuntur: in eorum enim animo diſcordiæ et ſeditiones concitantur: et altera pars propter improbitatem, quia a quibuſdam rebus reprimitur, diſcruciatur; altera voluptate afficitur: et huc altera, illuc trahit altera, tanquam eum divellentes ac diſtrahentes. Quod ſi fieri non poteſt, ut quis ſimul doleat, ac lætetur: at certe paulo poſt, quod lætatus ſit, mœrore conficitur, nolitque hæc ſibi voluptatem attuliſſe: malos enim aſſidue actionum ſuarum pœnitet. Non videtur igitur homo malus ne in ſeipſum quidem amico eſſe animo, quia nihil

ἄθλιον, φευκτέον τὴν μοχθηρίαν διατεταμένως, καὶ πειρατέον ἐπιεικῆ εἶναι· οὕτω γὰρ καὶ πρὸς αὑτὸν φιλικῶς ἂν ἔχοι, καὶ [d] ἑτέρων φίλος γένοιτο.

ΚΕΦ. έ.

[1] Η ΔΕ εὔνοια φιλίᾳ μὲν ἔοικεν, οὐ μὴν ἐστί γε φιλία· γίνεται γὰρ εὔνοια καὶ πρὸς ἀγνῶτας, καὶ λανθάνουσα· φιλία δ' οὔ· [e] καὶ πρότερον [f] δὴ ταῦτ' εἴρηται. Ἀλλ' οὐδὲ φίλησίς ἐστιν· οὐ γὰρ ἔχει [g] διάτασιν, οὐδ' ὄρεξιν· τῇ φιλήσει δὲ ταῦτ' ἀκολουθεῖ. Καὶ ἡ μὲν φίλησις μετὰ συνηθείας· ἡ δ' εὔνοια καὶ ἐκ προσπαίου· οἷον καὶ περὶ τοὺς ἀγωνιστὰς συμβαίνει. Εὖνοι γὰρ αὐτοῖς γίνονται, καὶ συνθέλουσι· συμπράξαιεν δ' ἂν οὐθέν· ὅπερ γὰρ εἴπομεν, προσπαίως εὖνοι γίνονται, καὶ ἐπιπολαίως στέργουσιν. Ἔοικε δὴ ἀρχὴ φιλίας εἶναι· ὥσπερ τοῦ ἐρᾶν ἡ διὰ τῆς ὄψεως ἡδονή· μὴ γὰρ

Friendship can not be precisely the same with good will, for we may be well disposed to them whom we know not — but friendship is open & active

[d] Ἑτέρῳ El. [1] Magn. Moral. lib. ii. cap. 12. et Eud. lib. vii. cap. 7. [e] Sc. lib. viii. cap. 2. [f] Δὲ C C C. δὴ τοιαῦτ'. El. [g] Διάτασιν, *continuationem quandam ac tractum temporis* nominari vult Muretus. Sed Lambini verſionem confirmat Andronicus, qui explicat per ὁρμήν τινα καὶ κίνησιν.

habet amabile. Quod ſi ita affectum eſſe valde eſt miſerum; acerrima contentione fugienda improbitas eſt, operaque cuique danda, ut ſit bonus; ſic enim et amico in ſeipſum erit animo, et aliis poterit amicus eſſe.

CAP. V.

BENEVOLENTIA autem ſimilis eſt illa quidem amicitiæ, non tamen amicitia eſt: naſcitur enim benevolentia etiam erga ignotos, eaque obſcura et occulta eſſe poteſt; amicitia non item: atque hæc ſupra a nobis explicata ſunt. Sed nec amatio eſt: nam neque contentionem habet, neque appetitionem; quæ duo amationem conſequuntur. Præterea amatio cum vitæ conſuetudine conjuncta eſt; benevolentia autem vel ſubito conciliari poteſt: quemadmodum et in pugilibus aut gladiatoribus uſu venit. Benevoli enim eis fieri homines ſolent, eademque omnia, quæ illi volunt, exoptant; ſed eos ſua opera adjuvare aut ſublevare nolint: nam, quemadmodum diximus, repentino quodam animi motu benevoli efficiuntur, neque admodum altas amor eorum radices agit. Benevolentia igitur principium amicitiæ videtur eſſe: quemadmodum et amoris,

Φίλησις is attended by deliberate design; tho εὔνοια does not suppose it. Φίλησις results from habitual intercourse. Εὔνοια may result from immediate sensation. This feeling is extended to persons not our friends engaged in any contest, & such we wish them success but do not aid them. But it may in some cases be the forerunner of friendship, as sight is sometimes of love.

προησθεὶς τῇ ἰδέᾳ, οὐθεὶς ἐρᾷ· ὁ δὲ χαίρων τῷ εἴδει οὐθὲν μᾶλλον ἐρᾷ, ἀλλ᾽ ὅταν καὶ [h] ἀπόντα ποθῇ καὶ τῆς παρουσίας [i] ἐπιθυμεῖ. Οὕτω δὴ καὶ φίλους οὐχ οἷόν τε εἶναι, μὴ εὔνους γενομένους. Οἱ δ᾽ εὖνοι οὐθὲν μᾶλλον φιλοῦσι· βούλονται γὰρ μόνον τἀγαθὰ, οἷς εἰσιν εὖνοι· συμπράξαιεν δ᾽ οὐθὲν ἂν, οὐδ᾽ ὀχληθεῖεν ὑπὲρ αὐτῶν. Διὸ μεταφέρων φαίη τις ἂν αὐτὴν [k] ἀργὴν εἶναι φιλίαν· χρονιζομένην [l] δὲ καὶ εἰς συνήθειαν ἀφικνουμένην, γίνεσθαι φιλίαν, οὐ τὴν διὰ τὸ χρήσιμον, οὐδὲ τὴν διὰ τὸ ἡδύ· οὐδὲ γὰρ ἡ εὔνοια ἐπὶ τούτοις γίνεται. Ὁ μὲν γὰρ εὐεργετηθεὶς, ἀνθ᾽ ὧν πέπονθεν, ἀπονέμει τὴν εὔνοιαν, τὰ δίκαια δρῶν· ὁ δὲ βουλόμενός τινα [m] εὐπραγεῖν, ἐλπίδα ἔχων εὐπορίας δι᾽ ἐκείνου, οὐκ ἔοικεν εὔνους ἐκείνῳ εἶναι, ἀλλὰ μᾶλλον ἑαυτῷ· καθάπερ οὐδὲ φίλος, εἰ θεραπεύει αὐτὸν διά τινα χρῆσιν. Ὅλως δ᾽ ἡ εὔνοια δι᾽ ἀρε-

[h] Γρ. ἀπόντας et ἀπόντος. [i] Ἐπιθυμῇ C C C. [k] Γρ. ἀρχὴν εἶναι φιλίας, minus recte, ut ex aliis locis patet. *Casaub.* Nobiscum legit Andr. Vide Vict. [l] Δὲ αὐτὴν El. [m] Γρ. εὖ πράττειν.

ea, quæ aspectu gignitur, voluptas: nemo enim amore capitur, qui non fuerit ante forma specieque delectatus: nec tamen is, qui specie delectatur, continuo amat; sed tum cum et absentem desiderat, et præsentiam concupiscit. Sic igitur nec fieri potest, ut inter se sint ulli amici, nisi ante fuerint inter se benevoli. At benevoli non continuo inter se amant: volunt enim duntaxat eos bonis augeri atque ornari, quibus sunt benevoli; sed eos nec opera sua adjuvare, nec quicquam laboris aut molestiæ eorum causa suscipere velint. Itaque recte quis, translatione sermonis usus, eam dixerit esse amicitiam otiosam: accessione temporis autem, et consuetudine adhibita fieri amicitiam, non eam, quæ utilitatis aut jucunditatis causa constituatur: nam ne benevolentia quidem propter hæc conciliatur. Is enim, qui beneficium ab altero accepit, si ob illius erga se liberalitatem ei benevolentiam præstat, jure et merito præstat: qui vero alicui res secundas exoptat, sperans se illius beneficio locupletem et copiosum futurum; non in illum, sed in seipsum potius benevolo esse animo videtur: quemadmodum nec amicus dicendus est, si propter utilitatem aliquam eum colat. In summa, pro-

τὴν καὶ ἐπιείκειάν τινα γίνεται, ὅταν τῳ φανῇ καλός τις, ἢ ἀνδρεῖος, ἤ τι τοιοῦτον· καθάπερ καὶ ἐπὶ τῶν ἀγωνιστῶν εἴπομεν.

ΚΕΦ. ϛʹ.

[1] ΦΙΛΙΚΟΝ δὲ καὶ ἡ ὁμόνοια φαίνεται· διόπερ οὐκ ἔστιν ὁμοδοξία· τοῦτο μὲν γὰρ καὶ ἀγνοοῦσιν ἀλλήλους ὑπάρξειεν ἄν. Οὐδὲ τοὺς περὶ ὁτουοῦν ὁμογνωμονοῦντας ὁμονοεῖν φασιν, οἷον τοὺς περὶ τῶν οὐρανίων· οὐ γὰρ φιλικὸν τὸ περὶ τούτων ὁμονοεῖν. Ἀλλὰ τὰς πόλεις ὁμονοεῖν φασιν, ὅταν περὶ τῶν συμφερόντων ὁμογνωμονῶσι, καὶ τὰ αὐτὰ προαιρῶνται, καὶ πράττωσι τὰ κοινῇ δόξαντα. Περὶ τὰ πρακτὰ δὴ ὁμονοοῦσι, καὶ τούτων περὶ τὰ ἐν μεγέθει, καὶ ἐνδεχόμενα ἀμφοῖν ὑπάρχειν, ἢ πᾶσιν· οἷον αἱ πόλεις, ὅταν πᾶσι δοκῇ τὰς ἀρχὰς αἱρετὰς εἶναι, ἢ συμμαχεῖν Λακεδαιμονίοις, ἢ ἄρχειν [n]Πιττακὸν, ὅτε καὶ αὐτὸς ἤθελεν. Ὅταν δ᾽ ἑκάτερος ἑαυ-

Unanimity which are calculated to create friendship. Therefore it is not the same with concurrence in opinion; for this may exist between persons who have never seen each other. Neither can we say that unanimity exists amongst those persons who happen to accord respecting all subjects as those of the heavens. For no friendship can be derived from such subjects. But men say that States are unanimous when they prefer the same things & act upon the same decrees.

[1] Magn. Moral. lib. ii. cap. 12. et Eud. lib. vii. cap. 7. [n] Pittacus Mitylenæus, e ſeptem ſapientibus unus, propter fortitudinem et prudentiam in tanto

pter virtutem et bonitatem quandam conciliatur benevolentia, cum præ ſe fert aliquis aut honeſtatis, aut fortitudinis, aut alicujus hujuſmodi virtutis ſpeciem: quemadmodum et in pugilibus, aut curſoribus, et aliis hujuſmodi fieri ſolere diximus.

CAP. VI.

JAM vero et concordia ad amicitiam videtur pertinere: quocirca non eſt opinionum conſenſus: hoc enim etiam in iis ineſſe poteſt, qui inter ſe ſunt ignoti. Neque concordes eos eſſe dicimus, qui de re aliqua, quæcunque ſit, idem ſentiunt: ut eos, quorum una eſt de rebus cœleſtibus ſententia: non enim ad amicitiam pertinet his de rebus concordes eſſe. Sed civitates concordes eſſe dicuntur, cum de iis, quæ ſibi conducunt, unum ſentiunt, eademque conſilia capiunt, et quæ communi conſenſu fuerunt approbata, exſequuntur ac tranſigunt. In iis igitur rebus, quæ ſub actionem veniunt, concordia verſatur, atque harum in iis, quæ magnitudine excellunt, et quæ contingere poſſunt vel utriſque, vel omnibus: exempli gratia, concordes ſunt civitates, cum placet civibus omnibus eligi magiſtratus, aut belli ſocietatem cum Lacedæmoniis iniri, aut Pittacum præeſſe civitati, quod idem

A New

Friends may be unanimous without being concordant. They may all wish severally to attain power, and thus they be unanimous. but concordance must be directed to a the same object subject &c –

τὸν βούληται, ὥσπερ οἱ ἐν ταῖς °Φοινίσσαις, στασιάζουσιν· οὐ γάρ ἐσθ' ὁμονοεῖν, τὸ αὐτὸ ἑκάτερον ἐννοεῖν ὃ δή ποτε, ἀλλὰ τὸ ἐν τῷ αὐτῷ· οἷον ὅταν καὶ ὁ δῆμος καὶ οἱ ἐπιεικεῖς τοὺς ἀρίστους ἄρχειν· οὕτω γὰρ πᾶσι γίγνεται οὗ ἐφίενται. Πολιτικὴ δὲ φιλία φαίνεται ἡ ὁμόνοια, καθάπερ καὶ λέγεται· περὶ τὰ συμφέροντα γάρ ἐστι, καὶ τὰ πρὸς τὸν βίον ἀνήκοντα. Ἔστι δ' ἡ τοιαύτη ὁμόνοια ἐν τοῖς ἐπιεικέσιν· οὗτοι γὰρ καὶ ἑαυτοῖς ὁμονοοῦσι, καὶ ἀλλήλοις, ἐπὶ τῶν αὐτῶν ὄντες, ὡς εἰπεῖν· τῶν τοιούτων γὰρ μένει τὰ βουλήματα, καὶ οὐ μεταρρεῖ, ὥσπερ Εὔριπος. Βούλονταί τε τὰ δίκαια, καὶ τὰ συμφέροντα· τούτων δὲ καὶ κοινῇ ἐφίενται. Τοὺς δὲ φαύλους οὐχ οἷόν τε ὁμονοεῖν, πλὴν ἐπὶ μικρόν· καθάπερ καὶ φίλους εἶναι· πλεονεξίας ἐφιεμένους ἐν τοῖς ὠφελίμοις, [p] ἐν δὲ τοῖς πόνοις

honore apud cives habebatur, ut Reipublicæ ſuæ eum libenter præfecerint. Cum autem principatum per decem annos tenuiſſet, eo ſeipſum ſponte abdicavit. Quod innuere videtur Ariſtoteles, quando inquit, ὅτε καὶ αὐτὸς ἤθελεν. Exacto enim decennio, ei imperium prorogare quidem cives cupiebant, ſed ipſe repugnabat. Laertius lib. i. [o] Phœniſſas Euripidis intelligit, in qua fabula Polynices et Eteocles coram matre Jocaſta de imperio certant. [p] Γρ. ἐν δὲ τοῖς δαπανηροῖς, quam lectionem ſecutus eſt Lambinus.

etiam ipſe velit. Cum vero ſeipſum uterque vult præfici, ut illi in Phœniſſis, ſeditionem inter ſe concitant: non eſt enim concordes eſſe, duos unum et idem ſentire, quicquid illud ſit; ſed idem in eodem: exempli cauſa, cum et populus, et viri boni optimates præeſſe civitati volunt: ſic enim omnes id, quod expetunt, conſequuntur. Concordia autem, quemadmodum et dicitur, civilis amicitia videtur eſſe: verſatur enim in iis, quæ reipublicæ conducunt, quæque ad uſum vitæ pertinent. Ineſt autem concordia talis in viris bonis: hi enim et ſecum ipſi concordant, et inter ſe, cum in iiſdem, pene dicam, conſiliis et factis verſentur ac perſeverent: talium enim virorum eædem manent voluntates, neque inſtar Euripi fluunt et refluunt. Iidem tum ea, quæ juſta, tum ea, quæ utilia ſunt, volunt: horum autem cupiditate etiam communiter affecti ſunt. Mali autem concordes eſſe non poſſunt, niſi parum admodum (quemadmodum nec facile amici eſſe poſſunt) cum in rebus utilibus quidem ſuperiora omnia habere velint; in ſumptibus autem faciendis, muneribuſque publicis obeundis ac ſuſtinendis, vinci ſe

καὶ ταῖς λειτουργίαις ἐλλείποντας. Ἑαυτῷ δ' ἕκαστος βουλόμενος [q] ταῦτα, τὸν πέλας ἐξετάζει καὶ κωλύει· μὴ γὰρ τηρούντων, τὸ κοινὸν ἀπόλλυται. Συμβαίνει οὖν αὐτοῖς στασιάζειν, ἀλλήλους μὲν ἐπαναγκάζοντας· αὐτοὺς δὲ μὴ βουλομένους τὰ δίκαια ποιεῖν.

Such men are perpetually at variance with each other, [illegible]

ΚΕΦ. ζ.

ΟΙ δ' εὐεργέται τοὺς εὐεργετηθέντας δοκοῦσι μᾶλλον φιλεῖν, ἢ οἱ εὖ παθόντες τοὺς δράσαντας· καὶ ὡς [r] παρὰ λόγον γινόμενον, ἐπιζητεῖται. Τοῖς μὲν οὖν πλείστοις φαίνεται, ὅτι οἱ μὲν ὀφείλουσι, τοῖς δὲ ὀφείλεται. Καθάπερ οὖν ἐπὶ τῶν δανείων, οἱ μὲν ὀφείλοντες βούλονται μὴ εἶναι οἷς ὀφείλουσιν, οἱ δὲ δανείσαντες καὶ ἐπιμέλονται τῆς τῶν ὀφειλόντων σωτηρίας· οὕτω καὶ τοὺς εὐεργετήσαντας βούλεσθαι εἶναι τοὺς παθόντας, ὡς κομιουμένους τὰς χάριτας, τοῖς δ' οὐκ εἶναι ἐπιμελὲς τὸ ἀνταποδοῦναι. [s] Ἐπίχαρμος μὲν οὖν τάχ'

Persons who have conferred a kindness are more friendly disposed to the persons upon whom they have conferred it, than those who have received it towards the other. See Rules [illegible] Page 61-2 [illegible]. 'Tis as in cases of loans – the debtor has no inclination to become the friend of his creditor, yet the creditor takes an interest in the [illegible] of the debtor in the hope that he shall receive his money. Here is however a material difference in these two cases. Between the debtor & creditor there is nothing like a sentiment of friendship & the wish for the safety of the one is merely grounded on the selfish & [illegible] views of the other

[q] Ταῦτα Lamb. [r] Παράλογον Andr. [s] Epicharmus poëta comicus non exſtat. Ejus verſiculi nonnulli reperiuntur apud Athenæum, Stobæum, et Ci-

facile patiantur. At ubi ſibi ipſi quiſque eadem concupiſcit; in eum, qui ſibi proximus eſt, inquirit, eumque arcet et prohibet: res communis enim interit, dum eam nemo tuetur neque conſervat. Accidit ergo eis, ut diſcordiis et ſeditionibus inter ſe conflictentur, dum alter alteri neceſſitatem imponit: ipſi autem quæ juſta ſunt pro ſua virili parte facere nolunt.

CAP. VII.

BENEFICI autem eos, de quibus bene meriti ſunt, vehementius amare videntur, quam ii, qui beneficium acceperunt, bene de ſe meritos: ejuſque rei, quaſi præter rationem et opinionem omnium fiat, ratio quæritur. Eo igitur fieri pleriſque videtur, quod illi debent, his debetur. Quemadmodum itaque in rebus mutuis, debitores ſuis creditoribus interitum exoptant; at iis, qui mutuum dederunt, debitorum ſalus etiam curæ eſt: ſic et eos, qui de aliquibus bene meriti ſunt, eorum, qui beneficium acceperunt, incolumitatis ſtudioſos eſſe, tanquam beneficii gratiam conſecuturos; illos autem de gratia referenda non magnopere laborare. Atque hæc fortaſſis eos loqui dicat Epicharmus, ex homi-

βεβαιοτερος ὁ δωσων την χαριν ωστε οφειλομενην δι ευνοιας ω δεδωκε σωζειν. ὁ δε αντοφειλων αμβλυτερος ειδως ουκ εις χαριν αλλ εις οφειλημα την αρετην αποδωσων. Per: oration 2nd b. Thuc.

ἂν φαίη ταῦτα λέγειν αὐτοὺς, ἐκ πονηροῦ [t] θεωμένους· ἔοικε δὲ [u] ἀνθρωπικῶ· ἀμνήμονες γὰρ οἱ πολλοὶ, καὶ μᾶλλον εὖ πάσχειν, ἢ ποιεῖν ἐφίενται. Δόξειε δ' ἂν φυσικώτερόν τε εἶναι τὸ αἴτιον, καὶ οὐχ ὅμοιον τῷ περὶ τοὺς δανείσαντας· οὐ γάρ ἐστι φίλησις περὶ ἐκείνους, ἀλλὰ τοῦ σώζεσθαι βούλησις, τῆς κομιδῆς ἕνεκα. Οἱ δ' εὖ πεποιηκότες, φιλοῦσι καὶ ἀγαπῶσι τοὺς εὖ πεπονθότας, κἂν μηδὲν ὦσι χρήσιμοι, μηδ' εἰς ὕστερον γένοιντ' ἄν. Ὅπερ καὶ ἐπὶ τῶν [x] τεχνητῶν συμβέβηκε· πᾶς γὰρ τὸ οἰκεῖον ἔργον ἀγαπᾷ μᾶλλον, ἢ ἀγαπηθείη ἂν ὑπὸ τοῦ ἔργου, ἐμψύχου γενομένου. Μάλιστα δ' ἴσως τοῦτο περὶ τοὺς ποιητὰς συμβαίνει· ὑπεραγαπῶσι γὰρ οὗτοι τὰ οἰκεῖα ποιήματα, στέργοντες ὥσπερ τέκνα. Τοιούτῳ δὴ ἔοικε καὶ τὸ τῶν εὐεργετῶν· τὸ γὰρ εὖ πεπονθὸς ἔργον ἐστὶν

ceronem. Ariſtot. in libello περὶ ποιητικῆς ſcribit eum fuiſſe Siculum: quod item multis locis ſignificat Cicero, et uno atque altero loco Horat. Ἡ μὲν οὖν δοκοῦσα τοῖς πολλοῖς αἰτία αὕτη ἐστὶ, καὶ ταῦτα προήχθησαν νομίζειν, πρὸς τοὺς ἀγνώμονας καὶ πονηροὺς ἀποβλέποντες τῶν ἀνθρώπων· καὶ ὅ φησιν Ἐπίχαρμος, ἐκ πονηροῦ θεώμενοι. *Atque hæc quidem ea eſt, quam vulgus eſſe arbitratur, cauſa: quæ quidem credere et exiſtimare coacti ſunt, quod ingratos tantum atque improbos reſpiciant homines: et quod apud Epicharmum eſt, e malo ſpectantes.* Andr. [t] Θεωρουμένους El. [u] Γρ. ἀνθρωπείῳ. [x] Τεχνιτῶν per ι Baſ. quod eſt frequentius. Sed alteram ſcripturam per η habuimus etiam in Phyſicis. *Sylb.*

num improbitate ſpectantes: veruntamen ab humano ingenio non abhorrent: nam magna pars hominum beneficii immemor eſt, mavultque beneficium accipere, quam dare. Verum hujus rei cauſa a natura potius repetenda eſt, neque ulla ex parte eorum, qui pecuniam mutuam dederunt, rationi ſimilis eſt: non enim amant hi ſuos debitores, ſed ſalvos eſſe volunt, ut ſuum recuperent. Qui autem beneficium contulerunt, amant et diligunt eos, quos beneficio affecerunt, etiamſi neque in præſenti ulla in re ſibi ſint utiles, neque ſint poſtea futuri. Quod et in artificibus uſu venit: amat enim ſuum quiſque opus vehementius, quam ab opere ſuo amaretur, ſi ex inanimo fieret animatum. Atque hoc in poetis fortaſſe maxime contingit: hi enim ſua poëmata ſupra modum amant, affectum in ea, tanquam in liberos, induti paternum. Non admodum huic diſſimilis eſt beneficiorum ratio: id enim, quod beneficio affectum eſt, eorum, qui beneficium dederunt, opus eſt. Hoc igitur illis carius eſt, quam operi is,

In this reason existence is preferable to every person. In life is a state of energy & active [redacted]

[redacted]

τῷ αἴτιον. This is the metaphysical reason why the father [illegible] very more plea[illegible] [illegible] [illegible] than the object does in receiving it.

αὐτῶν. Τοῦτο δὴ ἀγαπῶσι μᾶλλον, ἢ τὸ ἔργον τὸν ποιήσαντα. Τούτου δ' αἴτιον, ὅτι τὸ εἶναι πᾶσιν αἱρετὸν καὶ φιλητόν· ἐσμὲν δ' ἐνεργείᾳ· τῷ ζῆν γὰρ καὶ πράττειν. [y] Ἐνεργείᾳ δὴ ὁ ποιήσας τὸ ἔργον ἐστί πως. [z] Στέργει δὴ τὸ ἔργον, διότι καὶ τὸ εἶναι. Τοῦτο δὲ φυσικόν· ὃ γάρ ἐστι δυνάμει, τοῦτο ἐνεργείᾳ τὸ ἔργον μηνύει. Ἅμα δὲ καὶ τῷ μὲν εὐεργέτῃ καλὸν τὸ κατὰ τὴν πρᾶξιν, ὥστε χαίρειν ἐν ᾧ τοῦτο· τῷ δὲ παθόντι οὐθὲν καλὸν ἐν τῷ δράσαντι, ἀλλ' εἴπερ, συμφέρον· τοῦτο δ' ἧττον ἡδὺ καὶ φιλητόν. Ἡδεῖα δ' ἐστὶ τοῦ μὲν παρόντος ἡ ἐνέργεια, τοῦ δὲ μέλλοντος ἡ ἐλπὶς, τοῦ δὲ γεγενημένου ἡ μνήμη· ἥδιστον δὲ τὸ κατὰ τὴν ἐνέργειαν, καὶ φιλητὸν ὁμοίως. Τῷ μὲν οὖν πεποιηκότι μένει τὸ ἔργον· τὸ καλὸν γὰρ πολυχρόνιον· τῷ δὲ παθόντι τὸ χρήσιμον παροί-

1st reason

2nd Because the pleasure which results from a virtuous action is lasting and to that which results from a useful one. 3rd Because such pleasure is more durable & permanent than any which results from any other source

[y] Ὁ δὲ πράττων ἐνεργείᾳ ἐστὶν ἐν τῷ ἔργῳ· ἡ γὰρ οἰκοδομικὴ, ὃ λόγος ἐστὶ τῆς οἰκοδομίας, ἐνεργείᾳ ἐστὶν ἐν τῇ οἰκίᾳ· καὶ ἔστιν αὐτὴ ἡ οἰκία, καθὸ οἰκία, ὁ τεχνίτης ἐνεργείᾳ, καθὸ τεχνίτης. Ὁμοίως καὶ πᾶς ἐνεργῶν ἐνεργείᾳ ἐστὶ τὸ ἔργον αὐτοῦ. *Qui vero agit, actu est in opere: sic ars ædificandi, quæ ædificii ratio est, actu est in ædificio: estque ipsum ædificium, quatenus est ædificium; sicut artifex actu, quatenus est artifex. Atque ita in reliquis, quicunque operatur, actu opus suum est.* Andr. Hoc modo hunc locum interpretantur Eustratius, Argyrop. et Aquinas. Pro Lambino faciunt Victorius et Gruchius. [z] Εἰ τοίνυν φυσικὸν μὲν ἐφίεσθαι τοῦ εἶναι, τὸ εἶναι δέ ἐστιν ἐν τῷ πράττειν, τὸ ἔργον δέ ἐστιν αὐτὸς ὁ πράττων ἐνεργείᾳ, φανερὸν ὅτι καθόσον ζητεῖ τις τὸ ἑαυτοῦ εἶναι, κατὰ τοσοῦτον ζητεῖ καὶ τὸ ἔργον εἶναι. Φύσει δέ τις φιλεῖ ἑαυτὸν καὶ βούλεται εἶναι· φύσει ἄρα φιλεῖ τις τὸ ἑαυτοῦ ἔργον. *Andr.*

qui opus effecit. Hujus rei causa est, quod esse omnibus optabile et amabile est: functione autem muneris sumus, eo nimirum quod vivamus, et aliquid agamus. Qui opus effecit igitur, re, et functione muneris quodam modo est. Ergo suum cuique opus carum est, quia et esse ei carum est. Est autem hoc naturale: quæ res enim potestate est, hanc opus functione muneris et re indicat ac declarat. Præterea, homini bene de altero merito pulchrum et honestum est id, quod ex actione est, ita ut eo, in quo hoc inest, delectetur; ei autem, qui beneficium accepit, nihil honesti in eo, qui bene meritus est, inest: sed si quid est, emolumentum est: at hoc minus jucundum, minusque amabile est. Affert porro præsentis quidem rei usus ac functio voluptatem, futuræ autem spes, præteritæ vero memoria: omnium autem rerum ea jucundissima est, quæ usu et functione est, itemque amabilissima. Ei igitur, qui beneficium contulit, manet opus; honestum enim diu-

…tly as the benefactor is superior to the object [of] kindness, and as to love is superior to the being loved, [so] far as action is superior to passion. It is fit the [bene]factor should love but that in a greater degree accor[ding] to the labour & expense of his obligation

χεται. Ἥ τε μνήμη τῶν μὲν καλῶν ἡδεῖα· τῶν δὲ χρησίμων, οὐ πάνυ, ἢ ἧττον. Ἡ προσδοκία δ᾽ ἀνάπαλιν ἔχειν ἔοικε. Καὶ ἡ μὲν φίλησις ποιήσει ἔοικε· τὸ δὲ φιλεῖσθαι τῷ πάσχειν. [a] Τοῖς ὑπερέχουσι δὴ περὶ τὴν πρᾶξιν ἕπεται τὸ φιλεῖν, καὶ τὰ φιλικά. Ἔτι δὲ, τὰ ἐπιπόνως γενόμενα πάντες μᾶλλον στέργουσιν· οἷον καὶ τὰ χρήματα οἱ κτησάμενοι τῶν παραλαβόντων. Δοκεῖ [b] δὴ τὸ μὲν εὖ πάσχειν ἄπονον εἶναι· τὸ δ᾽ εὖ ποιεῖν ἐργῶδες. Διὰ ταῦτα δὲ καὶ αἱ μητέρες φιλοτεκνότεραι· ἐπιπονωτέρα γὰρ ἡ γέννησις, καὶ μᾶλλον ἴσασιν ὅτι αὐτῶν. Δόξειε δ᾽ ἂν [c] τοῦτο καὶ τοῖς εὐεργέταις οἰκεῖον εἶναι.

ΚΕΦ. η′.

[1] ΑΠΟΡΕΙΤΑΙ δὲ, πότερον δεῖ φιλεῖν ἑαυτὸν μάλιστα, ἢ ἄλλον τινά; ἐπιτιμῶσι γὰρ τοῖς ἑαυτοὺς μάλιστα ἀγαπῶσι· καὶ ὡς ἐν αἰσχρῷ, φιλαύτους ἀποκαλοῦσι. Δοκεῖ τε

[a] Τοῖς ὑπάρχουσι Baſ. [b] Δὲ El. [c] Τὸ τοιοῦτο El. [1] Magn. Moral. lib. ii. cap. 13. et 14.

turna res eſt: ei autem, qui accepit, utilitas celeriter evaneſcit. Et rerum quidem honeſtarum memoria, jucunda: utilium autem, non admodum, aut certe minus. Contra ſe res habere videtur in ſpe, ſeu exſpectatione. Præterea amatio effectioni ſimilis eſt; amari autem perpeſſioni. Eos igitur, qui in actione ſunt ſuperiores, et amare, et ea, quæ amicitiæ propria ſunt, comitantur. Præterea omnes ea, quæ magno labore conſecuti ſunt, magis amplectuntur: ut et pecunias qui quæſierunt, quam qui ab aliis acceperunt. At accipere quidem beneficium, minime laborioſum videtur eſſe; conferre autem, difficile atque operoſum. Atque ob hanc cauſam et matres liberorum ſunt patribus amantiores: nam et laborioſior partus eſt, et ſciunt certius ſuos eſſe. Atque hoc etiam ad beneficos accommodari poſſe videatur.

CAP. VIII.

OCCURRIT autem dubitatio, Utrum ſeipſum maxime amare oporteat, an alium quenquam? ſolent enim vulgo objurgari, qui ſui ſunt amantiſſimi; et quaſi ea res cum turpitudine ac dedecore conjuncta ſit, φίλαυτοι, id eſt, ſui amantes appellan-

ὁ μὲν φαῦλος ἑαυτοῦ χάριν πάντα πράττειν· καὶ ὅσῳ ἂν μοχθηρότερος ᾖ, [d] τοσούτῳ μᾶλλον. Ἐγκαλοῦσι δὴ αὐτῷ, οἷον ὅτι οὐθὲν [e] ἀφ' αὑτοῦ πράττει. Ὁ δὲ ἐπιεικὴς διὰ τὸ καλὸν, καὶ ὅσῳ ἂν βελτίων ᾖ, μᾶλλον διὰ τὸ καλὸν, καὶ φίλου ἕνεκα· τὸ δ' αὑτοῦ παρίησι. Τοῖς λόγοις δὲ τούτοις τὰ ἔργα διαφωνεῖ, οὐκ ἀλόγως· φασὶ γὰρ δεῖν φιλεῖν μάλιστα τὸν μάλιστα φίλον· φίλος δὲ μάλιστα [f] ὁ βουλόμενος, [g] ᾧ βούλεται τἀγαθὰ, ἐκείνου ἕνεκα, καὶ εἰ μηδεὶς εἴσεται. Ταῦτα δ' ὑπάρχει μάλιστα αὐτῷ πρὸς αὑτὸν, καὶ τὰ λοιπὰ δὴ πάντα, οἷς ὁ φίλος ὁρίζεται· εἴρηται γὰρ, ὅτι ἀπ' αὐτοῦ πάντα τὰ φιλικὰ καὶ πρὸς τοὺς ἄλλους διήκει. Καὶ αἱ παροιμίαι δὲ πᾶσαι ὁμογνωμονοῦσιν· οἷον τὸ, μία ψυχή· καὶ, κοινὰ τὰ τῶν φίλων· καὶ, ἰσότης φιλότης· καὶ, γόνυ κνήμης ἔγγιον· πάντα γὰρ ταῦτα πρὸς αὑτὸν μάλιστ' ὑπάρχει· μάλιστα γὰρ φίλος ἑαυτῷ· καὶ φιλητέον δὴ μάλιστα ἑαυτόν. Ἀπορεῖται

[d] Τοσούτου δὴ μᾶλλον ἐγκαλοῦσιν αὐτῷ, οἷον ὅτ. El. [e] Γρ. ἀπ' αὐτοῦ. [f] Ὁ βουλόμενος deeſt Vet. Interp. [g] Ὧι μάλιστα βούλεται C C C. Baſ. et Vet. Interp. ἢ ᾧ βούλ. El.

tur. Videturque homo improbus omnia ſua cauſa agere, eoque magis, quo ſit vitioſior. Itaque eum criminantur et accuſant, quod nihil agat a ſuis rationibus et commodis alienum. Vir bonus autem omnia propter honeſtum agit; et quo ſit melior, eo magis propter honeſtum, et amici cauſa: ſuum commodum autem negligit ac prætermittit. Verum ab hac oratione facta diſcrepant, neque immerito: aiunt enim maxime eum amare oportere, qui maxime ſit amicus: at is maxime amicus eſt, qui, quem vult bonis ornatum eſſe, eum vult illius ipſius cauſa ornatum eſſe, etiamſi nemo ſciturus ſit. Hæc autem inſunt in unoquoque erga ſeipſum maxime: et cætera etiam omnia, quibus amicus definitur: ſupra enim diximus, omnia, quæ amicitiæ propria ſunt, a nobis ipſis profecta etiam ad alios permanare ac pervenire. Atque omnia proverbia conſentiunt: quale illud eſt, Unus animus; et, Amicorum omnia communia; et, Æqualitas amicitia; et, Genu crure propius: hæc enim omnia in unoquoque erga ſeipſum inſunt maxime: ſibi enim quiſque maxime amicus eſt: quo fit, ut ſibi ſit quiſque maxime dili-

both arguments it seems, appear to convey a degree of probability – But it will be necessary to examine those on which either party ground their assertion –

δὲ εἰκότως, ποτέροις χρεὼν ἕπεσθαι, ἀμφοῖν ἐχόντοιν τὸ πιστόν; [h] Ἴσως οὖν τοὺς τοιούτους δεῖ τῶν λόγων διαιρεῖν καὶ διορίζειν ἐφ' ὅσον ἑκάτεροι καὶ πῇ ἀληθεύουσιν. Εἰ δὴ λάβοιμεν τὸ φίλαυτον, πῶς ἑκάτεροι λέγουσι, τάχ' ἂν γένοιτο δῆλον. Οἱ μὲν οὖν εἰς ὄνειδος ἄγοντες αὐτὸ, φιλαύτους καλοῦσι τοὺς ἑαυτοῖς ἀπονέμοντας τὸ πλεῖον ἐν χρήμασι, καὶ τιμαῖς, καὶ ἡδοναῖς ταῖς σωματικαῖς· τούτων γὰρ οἱ πολλοὶ ὀρέγονται, καὶ ἐσπουδάκασι περὶ αὐτὰ, ὡς ἄριστα ὄντα· διὸ καὶ περιμάχητά ἐστιν. Οἱ δὴ περὶ ταῦτα πλεονέκται χαρίζονται ταῖς ἐπιθυμίαις, καὶ ὅλως τοῖς πάθεσι, καὶ τῷ ἀλόγῳ τῆς ψυχῆς. Τοιοῦτοι δ' εἰσὶν οἱ πολλοί· διὸ καὶ ἡ προσηγορία γεγένηται ἀπὸ τοῦ πολλοῦ φαύλου ὄντος. Δικαίως δὴ τοῖς οὕτω φιλαύτοις ὀνειδίζεται. Ὅτι δὲ τοὺς τὰ τοιαῦθ' αὑτοῖς ἀπονέμοντας εἰώθασι λέγειν οἱ πολλοὶ φιλαύτους, οὐκ ἄδηλον. Εἰ γάρ τις ἀεὶ σπουδάζει τὰ δίκαια πράττειν, αὐ-

h Ἴσως δὲ οὖν Baſ.

gendus. Merito porro dubitatur, harum orationum utram ſequi oporteat, cum utraque ſit veriſimilis. Fortaſſis igitur tales orationes diſtinguendæ ſunt, quatenus, et qua ex parte utraque vera eſt. Itaque ſi quid utrique ſui ipſius amorem appellent, teneamus: res erit fortaſſe plana et aperta. Qui igitur eum ut probrum objiciunt, ſui amantes appellant, eos, qui in pecunia, in honoribus, in voluptatibus denique corporis ſibi ipſis majorem partem tribuunt ac vendicant: hæc enim bona pars hominum concupiſcit, et in eis, ut omnium rerum optimis, omne ſtudium ſuum collocat: atque idcirco de iis inter ſe dimicare ſolent. Qui igitur in his priores ac ſuperiores eſſe volunt, ſuis cupiditatibus, et (ut uno verbo dicam) ſuis affectibus, eique animi parti, quæ rationis expers eſt, obſequuntur. Tale autem eſt vulgus hominum: itaque etiam a multitudine, quæ vitioſa eſt, fluxit appellatio. Merito igitur iis, qui hoc modo ſui amantes ſunt, amor hic maledicti loco objicitur. Eos autem, qui ſibi talia tribuunt, vulgo ſolere ſui amantes appellari, minime obſcurum eſt. Si quis enim omnium maxime ea, quæ juſta ſunt, aut temperata, aut qualiacunque alia virtutibus conſentanea,

τὸς μάλιστα πάντων, ἢ τὰ σώφρονα, ἢ ὁποιαοῦν ἄλλα τῶν κατὰ τὰς ἀρετὰς, καὶ ὅλως ἀεὶ τὸ καλὸν ἑαυτῷ περιποιοῖτο, οὐθεὶς ἐρεῖ φίλαυτον τοῦτον, οὐδὲ ψέξει. Δόξειε δ᾽ ἂν ὁ τοιοῦτος εἶναι μᾶλλον φίλαυτος· ἀπονέμει γὰρ ἑαυτῷ τὰ κάλλιστα καὶ μάλιστα ἀγαθὰ, καὶ χαρίζεται ἑαυτοῦ τῷ κυριωτάτῳ, καὶ πάντα τούτῳ πείθεται. [i] Ὥσπερ δὲ καὶ πόλις τὸ κυριώτατον μάλιστ᾽ εἶναι δοκεῖ, καὶ πᾶν ἄλλο σύστημα, οὕτω καὶ ἄνθρωπος. Καὶ φίλαυτος δὴ μάλιστα ὁ τοῦτο ἀγαπῶν, καὶ τούτῳ χαριζόμενος. Καὶ ἐγκρατὴς [k] δὴ καὶ ἀκρατὴς λέγεται, τῷ κρατεῖν τὸν νοῦν ἢ μὴ, ὡς τούτου ἑκάστου ὄντος. [l] Καὶ πεπραγέναι δοκοῦσιν αὐτοὶ, καὶ ἑκουσίως, τὰ μετὰ λόγου μάλιστα. Ὅτι μὲν οὖν τοῦθ᾽ ἕκαστός ἐστι [m] μάλιστα, οὐκ ἄδηλον, καὶ ὅτι ὁ ἐπιεικὴς μάλιστα τοῦτο ἀγαπᾷ. Διὸ φίλαυτος μάλιστ᾽ ἂν εἴη, καθ᾽ ἕτερον εἶδος τοῦ ὀνειδιζομένου, καὶ διαφέρων τοσοῦτον, ὅσον τὸ κατὰ λόγον ζῆν, τοῦ κατὰ πάθος, καὶ ὀρέγεσθαι

i Ὥσπερ πόλις ἐστὶ μάλιστα τὸ κυριώτατον τῆς πόλεως, καὶ οἱ ἄριστοι τῶν πολιτῶν, οὕτω καὶ ἄνθρωπός ἐστι μάλιστα τὸ κυριώτατον τῶν ἐν τῷ ἀνθρώπῳ. *Andr.* k Δὲ El. et Baſ.
l Γρ. καὶ πεπραγμένα δοκεῖ αὐτῷ, καὶ ἑκουσ. m Ἢ μάλιστα El.

agere ſtudeat, et omnino ſemper honeſtum ſibi vendicet: nemo hunc neque ſui amantem dicet, neque vituperabit. Atqui vir hujuſmodi amans ſui potius eſſe videatur: ſibi enim res pulcherrimas, atque optimas tribuit: eique ſui parti, quæ principatum obtinet, gratificatur, et omnibus in rebus obtemperat. Quemadmodum autem pars præcipua atque optima civitatis etiam videtur eſſe civitas, idemque de quovis alio conventu ſentiendum; ſic et hominis pars ea, quæ dominari debet, homo eſt. Eſt igitur ille ſui amantiſſimus, qui hanc amat, et qui huic gratificatur. Jam quoque continens atque incontinens eo dicuntur, quod mens in illo ſuperior ac potentior ſit, in hoc inferior atque imbecillior, quaſi ſua quiſque mens ſit. Videnturque homines ea ipſi, ſuaque ſponte egiſſe maxime, quæ cum ratione egerunt. Unumquemque igitur mentem ſuam eſſe maxime, atque hanc optimo cuique eſſe cariſſimam, perſpicuum eſt. Itaque ſui fuerit amantiſſimus genere quodam amoris ab eo, qui vitio datur, differente, tantum diſtans a ſuperiore, quantum intereſt, utrum quis rationi convenienter vivat, an affectibus et perturbationibus

[Handwritten margin note:] The good man however will be equally φιλαυτος with the depraved — but the one will act according to the direction of his passions & appetites, the other according to the position of reason & direction of truth —

For where there is an emulative struggle to attain the right & an eagerness in the practice of honourable things. there complete happiness will be open to all & the most essential advantages accrew to each wherefore it is requisite that the good should love himself - for he will benefit both himself & others in the pursuit of what is good

[n]ἢ τοῦ καλοῦ, ἢ τοῦ δοκοῦντος συμφέρειν. Τοὺς μὲν οὖν περὶ τὰς καλὰς πράξεις διαφερόντως σπουδάζοντας πάντες ἀποδέχονται καὶ ἐπαινοῦσι. Πάντων δὲ ἁμιλλωμένων πρὸς τὸ καλὸν, καὶ διατεινομένων τὰ κάλλιστα πράττειν, κοινῇ τ᾽ ἂν παντὶ εἴη τὰ δέοντα, καὶ ἰδίᾳ ἑκάστῳ τὰ μέγιστα τῶν ἀγαθῶν· εἴπερ ἡ ἀρετὴ τοιοῦτόν ἐστιν. Ὥστε τὸν μὲν ἀγαθὸν δεῖ φίλαυτον εἶναι· καὶ γὰρ αὐτὸς ὀνήσεται τὰ καλὰ πράττων, καὶ τοὺς ἄλλους ὠφελήσει. Τὸν δὲ μοχθηρὸν οὐ δεῖ· βλάψει γὰρ καὶ ἑαυτὸν, καὶ τοὺς πέλας, φαύλοις πάθεσιν ἑπόμενος. Τῷ μοχθηρῷ μὲν οὖν διαφωνεῖ, ἃ δεῖ πράττειν, καὶ ἃ πράττει· ὁ δὲ ἐπιεικὴς, ἃ δεῖ, ταῦτα καὶ πράττει· πᾶς γὰρ νοῦς αἱρεῖται τὸ βέλτιστον ἑαυτῷ· ὁ δ᾽ ἐπιεικὴς πειθαρχεῖ τῷ νῷ. Ἀληθὲς δὲ τὸ περὶ τοῦ σπουδαίου, καὶ τὸ τῶν φίλων ἕνεκα πολλὰ πράττειν καὶ τῆς πατρίδος, κἂν δέῃ ὑπεραποθνήσκειν· προήσεται γὰρ καὶ χρήματα, καὶ τιμὰς, καὶ ὅλως τὰ περιμάχητα

But the bad man ought not to love himself for thus he will injure both himself & neighbour by the pursuit & subservience to what is vicious. The things which the bad man ought to do are contrary to what he does — with the good man are always the same — The good man will renounce wealth & advantage — and will devote himself to more important interests of himself - Country a...

[n] Ἢ abeſt a Vet. Interp. ὅσον τὸ κατὰ λόγον ζῆν τοῦ κατὰ πάθος, καὶ ἡ τοῦ ἀγαθοῦ ὄρεξις τῆς φαύλης ἐπιθυμίας. *Andr.*

animi ſerviat: et utrum honeſtum, an id, quod utilitatis ſpeciem habet, appetat. Ii igitur, qui præclaris atque honeſtis actionibus egregie præter cæteros ſtudent, omnibus probati ſunt, ab omnibuſque collaudantur. Quod ſi omnes ad honeſtum certatim pervenire, reſque honeſtiſſimas agere contenderent; tum communiter omnibus ea, quæ ratio poſtulat, tum privatim cuique maxima bona ſuppeterent: ſiquidem virtus talis res eſt. Itaque virum quidem bonum ſui amantem eſſe oportet: namque et ipſe ex honeſtis actionibus utilitatem percipiet, et aliis proderit. Improbum autem ac vitioſum non oportet: et ſibi enim et proximo cuique nocebit, vitioſis animi perturbationibus obtemperans. Improbi igitur hominis actiones ab iis, quæ ſunt agenda, diſcrepant; vir bonus autem quæ ſunt agenda, ea et agit: etenim mens omnis id ſequitur ac ſumit, quod ſibi eſt optimum: at vir bonus imperio mentis paret. Quod autem de viro bono dicitur, eum multa et amicorum et patriæ cauſa agere, etiamſi mors ei ſit oppetenda, verum eſt: nam et pecuniæ, et honorum, et omnino eorum bonorum, de quibus homines

…e will prefer a short but perfect enjoyment, to a long but partial one, & would chuse rather to live one year in perfect happiness than many liable to the caprice of fortune — Such is with those who die in such a cause, for they forgo the temporal advantages of life for the lasting honour resulting from such a deed.

ἀγαθὰ, περιποιούμενος ἑαυτῷ τὸ καλόν. Ὀλίγον γὰρ χρόνον ἡσθῆναι σφόδρα μᾶλλον ἕλοιτ᾽ ἂν, ἢ πολὺν ἠρέμα, καὶ βιῶσαι καλῶς ἐνιαυτὸν, ἢ πολλὰ ἔτη τυχόντως· καὶ μίαν πρᾶξιν καλὴν καὶ μεγάλην, ἢ πολλὰς καὶ μικράς. Τοῖς δ᾽ ὑπεραποθνήσκουσι τοῦτ᾽ ἴσως συμβαίνει. Αἱροῦνται δὴ μέγα καλὸν ἑαυτοῖς· καὶ χρήματα πρόοιντ᾽ ἂν, ἐφ᾽ ᾧ πλείω λήψονται οἱ φίλοι. Γίγνεται γὰρ τῷ μὲν φίλῳ χρήματα, αὐτῷ δὲ τὸ καλόν· τὸ δὴ μεῖζον ἀγαθὸν ἑαυτῷ ἀπονέμει. Καὶ περὶ τὰς τιμὰς δὲ καὶ ἀρχὰς ὁ αὐτὸς τρόπος· πάντα γὰρ τῷ φίλῳ ταῦτα προήσεται· καλὸν γὰρ αὐτῷ τοῦτο καὶ ἐπαινετόν. Εἰκότως δὴ δοκεῖ σπουδαῖος εἶναι, ἀντὶ πάντων αἱρούμενος τὸ καλόν. Ἐνδέχεται δὲ καὶ πράξεις τῷ φίλῳ προΐεσθαι, καὶ εἶναι κάλλιον τοῦ αὐτὸν πρᾶξαι, τὸ αἴτιον τῷ φίλῳ γενέσθαι. Ἐν ἅπασι δὴ τοῖς ἐπαινετοῖς, ὁ σπουδαῖος φαίνεται ἑαυτῷ τοῦ καλοῦ πλέον νέμων. Οὕτω μὲν οὖν δεῖ φίλαυτον εἶναι, καθάπερ εἴρηται· ὡς δ᾽ οἱ πολλοὶ, οὐ χρή.

He then is deserving the appellation of a good man who prefers το καλον to every thing else in all respects praise & the good man appears to give himself a greater share of honour

inter ſe decertare ſolent, jacturam faciet, ut ſibi ipſi honeſti poſſeſſionem comparet ac vendicet. Pauliſper enim magna voluptate potiri, quam diu parva; et annum unum honeſte vivere, quam multos temere et ex arbitrio nutuque fortunæ, multo malit: unam denique actionem magnam atque honeſtam multis et parvis anteponat. Atque hoc iis, qui vel pro amicis, vel pro patria excedunt e vita, fortaſſe contingit. Magnam igitur ſibi honeſtatem ſumunt atque eligunt: pecunias quinetiam libenter projecerint ac profuderint, ut amici ampliores conſequantur. Amico enim pecunia, ipſi honeſtum quæritur: majus autem bonum ſibi ipſi tribuit. Idem de honoribus et imperiis, ſeu magiſtratibus ſentiendum eſt: hæc enim omnia amico concedet: quoniam hoc ei et honeſtum, et laudabile eſt. Jure igitur vir bonus et virtute præditus habetur, qui rebus omnibus honeſtum anteponat. Accidere autem poteſt, ut actiones rerum amico tradat et concedat, ſitque ei honeſtius amico rerum agendarum auctorem cauſamque fuiſſe, quam ipſum agere. In omnibus igitur rebus laudabilibus apparet virum virtute præſtantem ſibi plus honeſti tribuere. Itaque hoc modo, quomodo dixi, ſeipſum amare oportet: ſed ut vulgus, non oportet.

He says it has been argued by some that when we have received every blessing from the gods, in as much as we are independent & happy we are not in want of friends & introduces a quotation from Euripides in favor of this opinion — but we have laid down that it is more agreeably the feeling of the good man to confer than to receive a favor. If so he will surely require, when in possession of the ample means of doing so, some worthy objects on whom to display his bounty — in order to render his happiness fully complete. This position gives birth to another argument. Whether friends are more requisite in prosperity or adversity — For in the one case, we are desirous of relieving the [illegible] in the other we are obliged to gain the assistance of others to the relief of our own —

ΚΕΦ. θ.

ΑΜΦΙΣΒΗΤΕΙΤΑΙ δὲ καὶ περὶ τὸν εὐδαίμονα, εἰ δεήσεται φίλων, ἢ μή; οὐθὲν γάρ φασι φίλων δεῖν τοῖς μακαρίοις καὶ αὐτάρκεσιν· ὑπάρχειν γὰρ αὐτοῖς τἀγαθά. Αὐτάρκεις οὖν ὄντας, οὐδενὸς προσδεῖσθαι· τὸν δὲ φίλον, ἕτερον αὐτὸν ὄντα, πορίζειν, ἃ δι' αὑτοῦ ἀδυνατεῖ. Ὅθεν τὸ,

°Ὅταν ὁ δαίμων εὖ διδῷ, τί δεῖ φίλων;

Ἔοικε δ' ἀτόπῳ, τὸ πάντα ἀπονέμοντας τἀγαθὰ τῷ εὐδαίμονι, φίλους μὴ ἀποδιδόναι, ὃ δοκεῖ τῶν ἐκτὸς ἀγαθῶν μέγιστον εἶναι. Εἰ δὲ φίλου ἐστὶ μᾶλλον τὸ εὖ ποιεῖν ἢ πάσχειν, καὶ ἐστι ἀγαθοῦ καὶ τῆς ἀρετῆς τὸ εὐεργετεῖν, κάλλιον δ' εὖ ποιεῖν φίλους ὀθνείων, τῶν εὖ πεισομένων δεήσεται ὁ σπουδαῖος. Διὸ καὶ ἐπιζητεῖται, πότερον ἐν ἀτυχίαις μᾶλλον δεῖ φίλων ἢ ἐν εὐτυχίαις· ὡς καὶ τοῦ ἀτυχοῦντος δεομένου

[1] Magn. Moral. lib. ii. c. 15. Eud. lib. viii. c. 12.

° ——— τοὺς φίλους
Ἐν τοῖς κακοῖς χρὴ τοῖς φίλοισιν ὠφελεῖν.
Ὅταν δ' ὁ δαίμων εὖ διδῷ, τί χρὴ φίλων;
Ἀρκεῖ γὰρ αὐτὸς ὁ Θεὸς, ὠφελεῖν θέλων. Euripides in Oreſte.

CAP. IX.

HAC etiam de re controverſia eſt, Utrum aliquando futurum ſit, ut amicis egeat beatus, necne? negant enim, iis, qui beati ſunt, boniſque omnibus cumulati nulla re egent, amicis opus eſſe: eis enim omnium bonorum copiam ſuppetere. Cum ſint igitur ſuis opibus contenti, nihil eos amplius deſiderare: amicum autem, cum ſit alter idem, amico ſuppeditare ſolere, quæ ille per ſe conſequi non poſſit. Ex quo illud:

Fortuna cum favet, quid amicis eſt opus?

Sed abſurdum eſt, omnia bona beato tribuentes, amicos non dare, quod omnium bonorum externorum videtur eſſe maximum. Quod ſi amici eſt bene mereri de altero potius, quam beneficium accipere: et ſi viri boni, ac virtutis proprium eſt, beneficium conferre in alterum: pulchrius autem eſt de amicis, quam de alienis bene mereri: deſiderabit vir bonus aliquos, qui beneficium a ſe ſint accepturi. Itaque etiam quæritur, utrum in rebus adverſis magis, quam in ſecundis amici requirantur: quaſi et ei, cui adverſatur fortuna,

This however is absurd for it would be absurd in those who consider external goods a requisite to the perfect attainment of happiness to exclude that which is the highest & most material item

It would however be absurd to make happiness a sta[...]
since no man would prefer the selfish enjoyment of [...]
as we are instinctively inclined to society & the clo[...]
by which we are linked to our associates, the more we[...]
and by the enjoyment of it— consequently friends a[...]
[...]al to human happiness

τῶν εὐεργετησόντων, καὶ τῶν εὐτυχούντων, οὓς εὖ ποιήσουσιν. Ἄτοπον δὲ ἴσως καὶ τὸ μονώτην ποιεῖν τὸν μακάριον· οὐθεὶς γὰρ ἕλοιτ᾽ ἂν καθ᾽ αὑτὸν τὰ πάντ᾽ ἔχειν ἀγαθά· πολιτικὸν γὰρ ὁ ἄνθρωπος καὶ συζῆν πεφυκός. Καὶ τῷ εὐδαίμονι δὴ τοῦθ᾽ ὑπάρχει· τὰ γὰρ τῇ φύσει ἀγαθὰ ἔχει. Δῆλον δὲ ὡς μετὰ φίλων καὶ ἐπιεικῶν κρεῖττον, ἢ μετ᾽ ὀθνείων καὶ τῶν τυχόντων συνημερεύειν. Δεῖ ἄρα τῷ εὐδαίμονι φίλων. Τί οὖν λέγουσιν οἱ πρῶτοι, καὶ πῇ ἀληθεύουσιν; ἢ ὅτι οἱ πολλοὶ φίλους οἴονται τοὺς χρησίμους εἶναι; Τῶν τοιούτων μὲν οὖν οὐθὲν δεήσεται ὁ μακάριος, ἐπειδὴ τἀγαθὰ ὑπάρχει αὐτῷ· οὐδὲ δὴ τῶν διὰ τὸ ἡδὺ, ἢ ἐπὶ μικρόν· ἡδὺς γὰρ ὁ βίος ὤν, οὐθὲν δεῖται ἐπεισάκτου ἡδονῆς. Οὐ δεόμενος δὲ τῶν τοιούτων φίλων, οὐ δοκεῖ δεῖσθαι φίλων. Τὸ δ᾽ οὐκ ἔστιν ἴσως ἀληθές· ἐν ἀρχῇ γὰρ εἴρηται, ὅτι ἡ εὐδαιμονία, ἐνέργειά τίς ἐστιν· ἡ δ᾽ ἐνέργεια, δῆλον ὅτι γίνεται, καὶ οὐχ ὑπάρχει, ὥσπερ κτῆμά τι. Εἰ δὲ τὸ εὐδαιμονεῖν ἐστιν ἐν τῷ ζῆν καὶ ἐνεργεῖν,

The good man would not according to the ideas of the vulgar, consider [illegible] to consist in utility a pleasure for of the resources of this description he is amply stored with in himself & this from such apparent independence that he appears not to want friends.

opus ſit aliquibus, qui ei benigne faciant: et ii, quorum ſunt res ſecundæ, nonnullos, in quos beneficium conferant, deſiderent. Verum abſurdum illud quoque fortaſſe ſit, ſolitarium facere beatum: nemo enim hac conditione bonis omnibus abundare velit, ut ſolus ætatem agat: homo enim civile animal eſt, et ad ſocietatem vitæ aptum natura. Hoc igitur viro beato ſuppetit: habet enim ea, quæ natura bona ſunt. Jam vero perſpicuum eſt, cum amicis et viris bonis, quam cum alienis, et forte fortuna oblatis hominibus, totum diem conſumere præſtare. Amicis igitur viro beato opus eſt. Quænam ergo eſt priorum illorum oratio, et qua ex parte vera? an quod vulgus eos eſſe amicos exiſtimat, qui utilitatem afferunt? At talibus nihil egebit beatus: quandoquidem omnium ei bonorum ſuppetit copia: ne iis quidem, qui, propterea quod delectant, ſunt amici; aut parum admodum: nam cum ejus vita ſit ſuavis et jucunda, voluptatem adventitiam non requirit. At ſi talibus amicis non eget, amicis egere non videtur. Sed hoc fortaſſe verum non eſt: principio enim diximus beatitudinem muneris functionem quandam eſſe: muneris functio autem nimirum oritur ac gignitur, neque, ut poſſeſſio quædam, ſubeſt aut ſuppetit.

The happiness consists in life & energy, & if that energy be correct & pleasurable & if the actions of good men who are their friends create pleasure to the good, the happy man will require such friends as these — as much as he will derive pleasure from the speculative investigation of such correct actions —

Such are the qualifications of a good man to become a friend — & they imagine that the happy man ought to live pleasantly — A life of solitude is painful but it is impossible to pursue the energies perpetually directed towards the same object — but actions of Virtue or Vice appear with the same degree of harmony or discord to strike the intelligent feelings of the good man as the variety do the ear of the musician — with one he is pleased — the other disgusted —

τοῦ ἀγαθοῦ δ' ἡ ἐνέργεια σπουδαία καὶ ἡδεῖα καθ' αὑτήν, καθάπερ ἐν ἀρχῇ εἴρηται, ἔστι δὲ καὶ τὸ οἰκεῖον τῶν ἡδέων, θεωρεῖν δὲ μᾶλλον τοὺς πέλας δυνάμεθα ἢ ἑαυτούς, καὶ τὰς ἐκείνων πράξεις, ἢ τὰς οἰκείας, αἱ τῶν σπουδαίων [p] δὴ πράξεις, φίλων ὄντων, ἡδεῖαι τοῖς ἀγαθοῖς· ἄμφω γὰρ ἔχουσι τὰ τῇ φύσει ἡδέα· ὁ μακάριος δὴ φίλων τοιούτων δεήσεται, εἴ περ θεωρεῖν προαιρεῖται πράξεις ἐπιεικεῖς καὶ οἰκείας. Τοιαῦται δ' αἱ τοῦ ἀγαθοῦ, φίλου ὄντος. Οἴονται δὲ δεῖν ἡδέως ζῆν τὸν εὐδαίμονα. [q] Μονώτῃ μὲν οὖν χαλεπὸς ὁ βίος· οὐ ῥᾴδιον γὰρ καθ' αὑτὸν ἐνεργεῖν συνεχῶς, μεθ' ἑτέρων δὲ καὶ πρὸς ἄλλους ῥᾷον. Ἔσται οὖν ἡ ἐνέργεια συνεχεστέρα, ἡδεῖα οὖσα καθ' αὑτήν· ὃ δεῖ περὶ τὸν μακάριον εἶναι· ὁ γὰρ σπουδαῖος, ᾗ σπουδαῖος, ταῖς κατ' ἀρετὴν πράξεσι χαίρει, ταῖς δ' ἀπὸ κακίας δυσχεραίνει· καθάπερ ὁ μουσικὸς τοῖς καλοῖς μέλεσιν ἥδεται, ἐπὶ δὲ τοῖς φαύλοις λυπεῖται. Γένοιτ'

p Δὲ C C C. et Lamb. q Γρ. μονώτῃ μὲν οὖν ὄντι χαλ.

Quod ſi beatum eſſe, in vivendo et in muneris functione conſiſtit, et ſi virorum bonorum functio muneris per ſe bona et jucunda eſt, ut initio dictum eſt (id autem, quod cujuſque proprium eſt, numeratur in jucundis; alterum autem facilius, quam nos ipſos, et illius actiones, quam noſtras cernere poſſumus;) et ſi virorum bonorum actiones, eorundemque amicorum, bonis ſunt ſuaves et jucundæ (habent enim ea utrique, quæ ſunt jucunda natura) ſi igitur hæc vera ſunt, talibus amicis egebit beatus, ſiquidem bonas et honeſtas actiones et proprias intueri exoptat. Tales autem ſunt viri boni, qui idem ſit amicus, actiones. Exiſtimant autem beatum jucunde vivere oportere. Atqui homini ſolitariam vitam agenti, moleſta et acerba vita eſt, non enim ei, qui ſolus vivat, aſſidue munere fungi facile eſt; cum aliis autem, et erga alios, facilius. Erit igitur ea muneris functio magis aſſidua, minuſque interrupta, quæ per ſe jucunda eſt: quod penes beatum eſſe oportet: nam vir bonus, virtuteque præditus, qua bonus eſt, actionibus virtuti conſentaneis delectatur, offenditurque contrariis: quemadmodum muſicus ex modulatis cantibus voluptatem percipit, malos

According to the Opinion of Theognis Virtue may be still cultivated by the association of good men.

δ' ἂν καὶ ἄσκησίς τις τῆς ἀρετῆς ἐκ τοῦ συζῆν τοῖς ἀγαθοῖς, καθάπερ καὶ [r] Θέογνίς φησιν. Φυσικώτερον δὲ ἐπισκοποῦσιν ἔοικεν ὁ σπουδαῖος φίλος τῷ σπουδαίῳ τῇ φύσει αἱρετὸς εἶναι· τὸ γὰρ τῇ φύσει ἀγαθὸν, εἴρηται ὅτι τῷ σπουδαίῳ ἀγαθὸν καὶ ἡδύ ἐστι καθ' αὐτό. Τὸ δὲ ζῆν [s] ὁρίζονται, τοῖς ζώοις, [t] δυνάμει αἰσθήσεως, ἀνθρώποις δὲ, αἰσθήσεως, [u] ἢ νοήσεως· ἡ δὲ δύναμις εἰς τὴν ἐνέργειαν [x] ἀνάγεται· τὸ δὲ κύριον ἐν τῇ ἐνεργείᾳ. Ἔοικε δὴ τὸ ζῆν εἶναι κυρίως τὸ αἰσθάνεσθαι, ἢ νοεῖν. Τὸ δὲ ζῆν, τῶν καθ' αὐτὸ ἀγαθῶν καὶ ἡδέων· ὡρισμένον γάρ· [y] τὸ δ' ὡρισμένον τῆς τἀγαθοῦ φύσεως· τὸ δὲ τῇ φύσει ἀγαθὸν, καὶ τῷ ἐπιεικεῖ. Διόπερ ἔοικε πᾶσιν ἡδὺ εἶναι. Οὐ δεῖ δὲ λαμβάνειν μοχθηρὰν ζωὴν καὶ διεφθαρμένην, οὐδ' ἐν λύπαις· ἀόριστος γὰρ ἡ τοιαύτη, καθά-

Perception appears to be the property of life

That which is definite is naturally good — Life is naturally good

comparata divinum quiddam eſt: vita quoque menti conſentanea divina ſit neceſſe eſt, ſi cum humana conferatur. Neque vero nos oportet humana ſapere ac ſentire, ut quidam monent, cum ſimus homines; neque mortalia, cum mortales: ſed nos ipſos, quoad ejus fieri poteſt, a mortalitate vindicare, atque omnia facere, ut ei noſtri parti, quæ in nobis eſt optima, convenienter vivamus: nam etſi mole parva eſt, poteſtate tamen et honoris gradu longe omnibus antecellit. Et vero pars hæc unuſquiſque noſtrum eſſe videatur, ſiquidem id, quod principatum obtinet, etiam melius eſt. Abſurdum igitur fuerit, ſi quis non ſuam, ſed alienam vitam expetat et ſequatur. Præterea quod ante a nobis dictum eſt, etiam huic loco conveniet: nam quod cujuſque proprium eſt natura, idem et optimum cuique eſt, et jucundiſſimum; ergo et homini optima ea vita eſt, quæ menti convenienter traducitur: ſiquidem hæc pars homo eſt maxime. Hæc igitur vita eſt beatiſſima.

ΚΕΦ. η.

ΔΕΥΤΕΡΩΣ δ', ὁ κατὰ τὴν ἄλλην ἀρετήν· αἱ γὰρ κατ' αὐτὴν ἐνέργειαι, ἀνθρωπικαί· δίκαια γὰρ, καὶ ἀνδρεῖα, καὶ τὰ ἄλλα, τὰ κατὰ τὰς ἀρετὰς, πρὸς ἀλλήλους πράττομεν ἐν συναλλάγμασι καὶ χρείαις καὶ πράξεσι παντοίαις, ἔν τε τοῖς πάθεσι τὸ πρέπον ἑκάστῳ [a] διατηροῦντες. Ταῦτα δ' εἶναι φαίνεται πάντα ἀνθρωπικά. Ἔνια δὲ καὶ συμβαίνειν ἀπὸ τοῦ σώματος δοκεῖ, καὶ πολλὰ συνῳκειῶσθαι τοῖς πάθεσιν ἡ τοῦ ἤθους ἀρετή. Συνέζευκται δὲ καὶ ἡ φρόνησις τῇ τοῦ ἤθους ἀρετῇ, καὶ αὕτη τῇ φρονήσει· εἴπερ αἱ μὲν τῆς φρονήσεως ἀρχαὶ, κατὰ τὰς ἠθικάς εἰσιν ἀρετὰς, τὸ δ' ὀρθὸν τῶν ἠθικῶν, κατὰ τὴν φρόνησιν. [b] Συνηρτημέναι δ' αὗται καὶ τοῖς πάθεσι, καὶ περὶ τὸ σύνθετον ἂν εἶεν· [c] αἱ δὲ τοῦ συνθέτου ἀρεταὶ, ἀνθρωπικαί. Καὶ ὁ βίος δὴ ὁ κατ' αὐτὰς καὶ ἡ εὐδαιμονία. Ἡ δὲ τοῦ νοῦ, κεχωρισμένη· τοσοῦτον γὰρ

[a] Γρ. διαιροῦντες. [b] Baſ. omittit καὶ poſt αὗται. Sed Euſtratius longe aliter legit: συνηρτημέναι αὐταῖς καὶ τοῖς πάθεσιν: cujus tamen lectionis veſtigium alibi non reperi. *Victorius.* [c] Αἱ δὴ C C C.

CAP. VIII.

SECUNDO autem loco ea, quæ alii virtuti conſentanea eſt: muneris enim functiones ei convenientes humanæ ſunt: juſtitiæ enim et fortitudinis, et aliarum virtutum muneribus inter nos fungimur, in rebus contrahendis, in neceſſariis ac difficilibus et noſtris et aliorum temporibus, variiſque actionibus, denique in perturbationibus quod cuique decorum eſt conſervantes. Hæc porro omnia videntur eſſe humana. Nonnulla autem et a corpore videntur proficiſci, multiſque in rebus virtus morum cum perturbationibus eſſe conjuncta. Quin prudentia quoque cum virtute morum, et hæc cum prudentia copulata eſt: ſiquidem prudentiæ principia ex virtutibus morum conſtant, et quod recti in virtutibus ineſt, prudentia moderatur. Cum ſint autem hæ perturbationibus quoque implicatæ, in eo etiam, quod ex animo et corpore conflatum eſt, inerunt: at ejus, quod compoſitum et concretum eſt, virtutes, humanæ ſunt. Ergo et vita ei conſentanea, et beatitudo. Mentis beatitudo autem ſejuncta eſt: de ea enim hac-

The liberal man will want means in order to show his disposition, the just man in order to make a proper requital for what he has received — for intentions that they can be realised, being so readily assumed, are by no means a certain criterion of a [illegible] disposition

Doubts arise whether Preference or Actions have more authority over Virtue since it is employed in both. It is evident both are absolutely requisite for the perfect attainment of it—

περὶ αὐτῆς [d] εἰρήσθω· [e] διακριβῶσαι γὰρ μεῖζον τοῦ προκειμένου ἐστί. Δόξειε δ᾽ ἂν καὶ τῆς ἐκτὸς χορηγίας ἐπὶ μικρὸν, ἢ ἐπ᾽ ἔλαττον δεῖσθαι τῆς ἠθικῆς. Τῶν μὲν γὰρ ἀναγκαίων ἀμφοῖν χρεία καὶ ἐξ ἴσου ἔστω· εἰ καὶ μᾶλλον διαπονεῖ περὶ τὸ σῶμα ὁ πολιτικὸς, καὶ ὅσα τοιαῦτα· μικρὸν γὰρ ἄν τι διαφέρῃ, πρὸς δὲ τὰς ἐνεργείας πολὺ διοίσει. Τῷ μὲν γὰρ ἐλευθερίῳ δεήσει χρημάτων, πρὸς τὸ πράττειν τὰ ἐλευθέρια, καὶ τῷ δικαίῳ [f] δὲ, εἰς τὰς ἀνταποδόσεις (αἱ γὰρ βουλήσεις, ἄδηλοι, προσποιοῦνται δὲ καὶ οἱ μὴ δίκαιοι βούλεσθαι δικαιοπραγεῖν) τῷ ἀνδρείῳ δὲ, δυνάμεως, εἴπερ ἐπιτελεῖ τι τῶν κατ᾽ ἀρετὴν, καὶ τῷ σώφρονι, [g] ἐξουσίας. Πῶς γὰρ δῆλος ἔσται ἢ [h] οὗτος, ἢ τῶν ἄλλων τις; Ζητεῖται δὲ, [i] πότερον κυριώτερον τῆς ἀρετῆς ἡ προαίρεσις, ἢ αἱ πράξεις, ὡς ἐν ἀμφοῖν οὔσης. Τὸ δὴ τέλειον, δῆλον ὡς ἐν ἀμφοῖν ἂν εἴη· πρὸς δὲ τὰς πράξεις,

[d] Εἴρηται. *Idem.* [e] Antiquus quidam διακριβῶσαι δὲ, cæteri omnes γάρ. *Victorius.* [f] Δὴ pro δὲ CCC. [g] Quidam viri doctiſſimi putant ἐξουσίαν hoc loco valere, *facultatem*, a quibus diſſentio. Eſt enim ἐξουσία poteſtas ea, quam potentior aut opulentior aliquis propter opes ſuas, aut magiſtratum adeptus eſt. [h] Γρ. τοιοῦτος. [i] Τί πότερον C C C.

tenus dictum ſit: nam ſubtilius et preſſius de ea diſputare, majoris negotii eſt, quam id quod nobis propoſitum eſt.) Videatur autem et externorum bonorum copia parum admodum egere, aut minus, quam ea beatitudo, quæ moribus continetur. Demus enim utrique rebus ad victum neceſſariis vel peræque opus eſſe (quamvis in corpore, et cæteris hujus generis magis elaborat is, qui ſe ad rempublicam adminiſtrandam contulit) parum enim referat: ſed ad muneris functiones multum referet. Liberali enim, pecunia opus erit ad actiones liberales, et juſto ad remunerationes, rerumque creditarum ſolutiones (obſcuræ ſunt enim hominum voluntates, multique ſimulant ſe res juſtas agere velle, etiam ii, qui non ſunt juſti) viro forti autem copiis et potentia, ſiquidem aliquid ſuæ virtuti conſentaneum effecturus eſt: et temperanti auctoritate et licentia. Alioqui quomodo ſciri poterit, ſit ne talis, an quidam alius? Quæritur autem utrum in virtute conſilium dominetur magis, an actiones, proinde quaſi virtus in utriſque conſiſtat. Minime igitur illud obſcurum eſt, in utriſque perfectionem eſſe ſitam: ad actiones

πολλῶν δεῖται· καὶ ὅσῳ ἂν μείζους ὦσι καὶ καλλίους, πλειόνων. Τῷ δὲ θεωροῦντι, οὐδενὸς τῶν τοιούτων, πρός γε τὴν ἐνέργειαν, χρεία, ἀλλ' ὡς εἰπεῖν, καὶ [k] ἐμπόδιά ἐστι, πρός γε τὴν θεωρίαν. Ἧ δ' ἄνθρωπός ἐστι, καὶ πλείοσι συζῇ, αἱρεῖται καὶ τὰ κατ' ἀρετὴν πράττειν. Δεήσεται οὖν τῶν τοιούτων πρὸς τὸ ἀνθρωπεύεσθαι. Ἡ δὲ τελεία εὐδαιμονία, ὅτι θεωρητική τίς ἐστιν ἐνέργεια, καὶ ἐντεῦθεν ἂν φανείη· [l] τοὺς θεοὺς γὰρ μάλιστα ὑπειλήφαμεν μακαρίους καὶ εὐδαίμονας εἶναι. Πράξεις δὲ ποίας ἀπονεῖμαι χρεὼν αὐτοῖς; πότερα τὰς δικαίας; ἢ γελοῖοι φανοῦνται συναλλάττοντες, καὶ παρακαταθήκας ἀποδιδόντες, καὶ ὅσα ἄλλα τοιαῦτα; Ἀλλὰ [m] τὰς ἀνδρείους; ὑπομένοντας τὰ φοβερὰ καὶ κινδυνεύοντας, ὅτι καλόν. Ἢ τὰς ἐλευθερίους; τίνι δὲ δώσουσιν; ἄτοπον δ', εἰ καὶ ἔσται αὐτοῖς νόμισμα, ἤ τι τοιοῦτον. [n] Εἰ δὲ σώφρονες, τί ἂν εἶεν; ἢ φορτικὸς ὁ ἔπαινος, ὅτι οὐκ ἔχουσι φαύλας

[k] Alii ἐμπόδιόν ἐστι. [l] Vide Metaphyſ. lib. xiii. cap. 7. [m] Γρ. τοὺς, et mox τοὺς ἐλευθερίους: ſed noſtra ſcriptura melius convenit cum præced. τὰς δικαίας, ſc. πράξεις. *Sylburg.* [n] Codd. nonnulli habent αἱ δὲ σώφρονες.

autem multa deſiderari, tantoque plura, quanto fuerint majores et pulchriores. Ei autem, qui res animo cernit et contemplatur, ad muneris functionem nullis talibus opus eſt: immo vero ea contemplationi rerum pene dicam impedimento ſunt. Qua autem homo eſt, et cum pluribus vitæ conſuetudine conjungitur, ſtudet etiam ea, quæ virtuti conſentanea ſunt, agere. Talibus igitur rebus egebit, ut cum hominibus verſetur, et humaniter vivat. Perfectam autem beatitudinem, functionem quandam muneris eſſe in rerum contemplatione poſitam, etiam ex hoc perſpicere licet, quod deos feliciſſimos ac beatiſſimos eſſe arbitramur. Actiones autem, quas eis tribuere nos oportet? juſtaſne? an ridiculi videbuntur contrahentes inter ſe, et depoſita reddentes, et cætera id genus? At fortes, ut res formidoloſas ſubeant ac perferant, et periculum adeant, quia honeſtum ſit? An liberales? cui vero donabunt? abſurdum autem ſi apud eos erit etiam nummus, aut aliquid tale. Jam vero utrum erunt temperantes? an inepta, et contumelioſa laus illa deorum futura eſt, vitio-

ἐπιθυμίας; Διεξιοῦσι δὲ πάντα φαίνοιτ' ἂν τὰ περὶ τὰς πράξεις, μικρὰ καὶ ἀνάξια θεῶν. Ἀλλὰ μὴν ζῆν τε πάντες ὑπειλήφασιν αὐτούς· καὶ ἐνεργεῖν ἄρα· οὐ γὰρ [o] δὴ καθεύδειν, ὥσπερ τὸν Ἐνδυμίωνα. Τῷ δὴ ζῶντι τοῦ πράττειν ἀφῃρημένῳ, ἔτι δὲ μᾶλλον τοῦ ποιεῖν, τί λείπεται πλὴν θεωρίας; ὥστε ἡ τοῦ θεοῦ ἐνέργεια, μακαριότητι διαφέρουσα, θεωρητικὴ ἂν εἴη. Καὶ τῶν ἀνθρωπίνων [p] δὴ ἡ ταύτῃ συγγενεστάτη, εὐδαιμονικωτάτη. Σημεῖον δὲ, καὶ τὸ μὴ μετέχειν τὰ λοιπὰ ζῶα εὐδαιμονίας, τῆς τοιαύτης ἐνεργείας ἐστερημένα τελείως. Τοῖς μὲν γὰρ θεοῖς πᾶς ὁ βίος μακάριος· τοῖς δ' ἀνθρώποις, ἐφ' ὅσον ὁμοίωμά τι τῆς τοιαύτης ἐνεργείας ὑπάρχει· τῶν δ' ἄλλων ζώων οὐδὲν εὐδαιμονεῖ, ἐπειδὴ οὐδαμοῦ κοινωνεῖ θεωρίας. Ἐφ' ὅσον δὴ διατείνει ἡ θεωρία, καὶ ἡ εὐδαιμονία, καὶ οἷς μᾶλλον ὑπάρχει τὸ θεωρεῖν, καὶ εὐδαιμονεῖν, [q] οὐ κατὰ συμβεβηκός, ἀλλὰ κατὰ τὴν θεωρίαν· αὐτὴ γὰρ καθ'

[o] Δεῖ CCC. [p] Δὲ Bas. [q] Καὶ οὐ Bas.

sis cupiditatibus eos carere? Quod si omnia, quæ in actionibus versantur, persequamur, exigua sane, Diisque indigna reperientur. Atqui nemo est, qui non eos vivere existimet: ergo et aliquo munere fungi: non enim eos oportet dormientes fingere, ut Endymionem. Ei igitur, qui vivit, si actio, multoque magis si effectio adimatur, quid præter contemplationem relinquitur? quocirca Dei muneris functio ea, quæ beatitudine antecellit, in contemplatione consistere reperietur. Ergo et humanarum functionum ut quæque huic simillima est, ita ad beatam vitam constituendam plurimum valet. Huic quinetiam rei argumento est, quod cætera animalia, quæ tali muneris functione orbata sunt, beatitudine quoque excluduntur. Diis enim immortalibus omnis vita beata est: hominibus autem, quatenus simulacrum aliquod talis functionis habent: reliquorum vero animalium beate vivit nullum, quoniam nulla est eis contemplationis communitas. Quam longe igitur lateque funditur et pertinet contemplatio, tam longe et beatitudo: et in quibus magis inest contemplandi assiduitas, ii sunt et beatiores: neque id ex eventu, sed ex contemplatione: ea enim per

...appiness then consists in contemplation, tho it will require some external appendage, as nourishment &c. to support & preserve the corporeal system. It is not however requisite that a man should attain any very great temporal good for his independency, if it be constituted by any excess; it is not necessary that a person should be in an exalted station of life in order to perform what is correct. The life of a man who regulates his actions according to what is correct will be satisfactory, tho' mean his situation.

αὐτὴν τιμία. Ὥστ' εἴη ἂν ἡ εὐδαιμονία θεωρία τις. Δεήσει δὲ καὶ τῆς ἐκτὸς εὐημερίας, ἀνθρώπῳ ὄντι· οὐ γὰρ αὐτάρκης ἡ φύσις πρὸς τὸ θεωρεῖν· ἀλλὰ δεῖ καὶ τὸ σῶμα ὑγιαίνειν, καὶ τροφὴν καὶ τὴν λοιπὴν θεραπείαν ὑπάρχειν. Οὐ μὴν οἰητέον γε πολλῶν καὶ μεγάλων δεήσεσθαι τὸν [r] εὐδαιμονήσοντα, εἰ μὴ ἐνδέχεται ἄνευ τῶν ἐκτὸς ἀγαθῶν, μακάριον εἶναι· οὐ γὰρ ἐν τῇ ὑπερβολῇ τὸ αὔταρκες, [s] οὐδ' ἡ κρίσις, οὐδ' ἡ πρᾶξις. Δυνατὸν δὲ [t] καὶ μὴ ἄρχοντας γῆς καὶ θαλάττης πράττειν τὰ καλά· καὶ γὰρ ἀπὸ μετρίων δύναιτο ἄν τις πράττειν [u] κατὰ τὴν ἀρετήν. Τοῦτο δ' ἐστὶν ἰδεῖν ἐναργῶς· οἱ γὰρ ἰδιῶται, τῶν δυναστῶν οὐχ ἧττον δοκοῦσι τὰ ἐπιεικῆ πράττειν, ἀλλὰ καὶ μᾶλλον. Ἱκανὸν δὲ τοσαῦθ' ὑπάρχειν· ἔσται γὰρ ὁ βίος εὐδαίμων, τοῦ κατὰ τὴν ἀρετὴν ἐνεργοῦντος. Καὶ [x] Σόλων δὲ τοὺς εὐδαίμονας ἴσως [y] ἀπεφαίνετο, καλῶς εἰπών,

[r] Εὐδαίμονα C C C. et alii. [s] In quibuſdam Codicibus mendoſis deſunt hæc, οὐδ' ἡ κρίσις. *Lamb.* [t] Γρ. καὶ μὴ ἄρχοντα. [u] Hic locus varie legitur in variis Codd. Alii enim habent κατὰ τὴν αὐτὴν, alii κατὰ τὴν ἀρχὴν, alii rurſus κατὰ τὰ κατὰ τὴν ἀρετήν. Sed fidelis imprimis liber receptam lectionem ſervat, cum quo facit et vetus Tralatio et Argyropylus. *Victorius.* [x] Vide Herodotum in Clio. [y] Γρ. ἀπεφαίνεται.

ſe magni pretii eſt, magnoque honore decoranda. Itaque beatitudo erit contemplatio quædam. Verum opus erit beato etiam proſperitate externa, cum ſit homo: non enim ſuis ipſa bonis contenta natura eſt ad contemplandum, ſed et corpus valeat, et victus reliquuſque vitæ cultus adſit oportet. Non tamen ſi fieri non poteſt, ut quiſquam ſine bonis externis ſit beatus, idcirco exiſtimandum eſt multa et magna virum beatum deſideraturum: non enim copia bonis omnibus per ſe cumulata in nimio poſita eſt, neque hujus rei judicium, neque actio. Fieri autem poteſt, ut etiam ii, qui maris et terræ imperium non habent, res agant honeſtas et præclaras: nam poteſt quis bonis mediocribus inſtructus, quæ virtuti conſentanea ſunt, adminiſtrare. Atque hoc perſpicue cernere licet: privati enim homines non minus quam dynaſtæ, res æquitati omnique virtuti conſentaneas agere videntur, atque adeo magis. Satis eſt autem tantum ſuppetere, quantum poſtulent honeſtæ actiones: erit enim ejus vita beata, qui muneribus fungatur virtuti conſentaneis. Et fortaſſe Solon

Solon formed a very correct idea of happiness who said that persons moderately stocked with external advantages employed in the performance of what was honorable and who lived a life of perfect temperance were justly entitled to that appellation. Anaxagoras did not place it in wealth or any other

μετρίως τοῖς ἐκτὸς κεχορηγημένους, πεπραγότας δὲ τὰ κάλλιστα, [z] ὡς ᾤετο, καὶ βεβιωκότας σωφρόνως· ἐνδέχεται γὰρ μέτρια κεκτημένους, πράττειν ἃ δεῖ. Ἔοικε δὲ καὶ Ἀναξαγόρας, οὐ πλούσιον, οὐδὲ δυνάστην ὑπολαβεῖν τὸν εὐδαίμονα, εἰπὼν, ὅτι οὐκ ἂν θαυμάσειεν, εἴ τις ἄτοπος φανείη τοῖς πολλοῖς· οὗτοι γὰρ κρίνουσι τοῖς ἐκτὸς, τούτων αἰσθανόμενοι μόνον. Συμφωνεῖν δὲ τοῖς λόγοις ἐοίκασιν αἱ τῶν σοφῶν δόξαι. Πίστιν μὲν οὖν καὶ τὰ τοιαῦτα [b] ἔχει τινά. [c] Τὸ δ᾽ ἀληθὲς ἐν τοῖς πρακτοῖς ἐκ τῶν ἔργων καὶ τοῦ βίου κρίνεται· ἐν τούτοις γὰρ τὸ κύριον. Σκοπεῖν δὴ τὰ προειρημένα χρὴ, ἐπὶ τὰ ἔργα καὶ τὸν βίον [d] ἐπιφέροντας· καὶ συναδόντων μὲν τοῖς ἔργοις, ἀποδεκτέον, διαφωνούντων δὲ λόγους ὑποληπτέον. Ὁ δὲ κατὰ νοῦν ἐνεργῶν, καὶ τοῦτον θεραπεύων, καὶ διακείμενος ἄριστα, [e] καὶ θεοφιλέστατος ἔοικεν εἶναι· εἰ γάρ τις ἐπιμέλεια

[z] Lambinus emendat ὡς οἷόν τε. Vide Eudem. lib. i. cap. 4. [a] Λέγει δ᾽ ὁ Ἀναξαγόρας μηδὲν εἶναι θαυμαστὸν, εἰ τοῖς πολλοῖς ἄτοπος καὶ κακοδαίμων νομίζομαι. Paulo aliter Lambinus: qui tamen fatetur etiam Euſtratii ſenſum huic loco convenire. [b] Ἔχειν C C C. [c] Γρ. τὸ ἀληθὲς δὲ ἐν. [d] Alii ἀναφέροντας. [e] Baſ. omittit καὶ ante θεοφιλέστατος.

beatos non male pronunciabat eos, qui mediocriter bonis externis inſtructi ſunt, et qui res, quam potuerunt, honeſtiſſimas geſſerunt, temperanterque vixerunt: fieri enim poteſt, ut ii, qui bona mediocria tenent ac poſſident, agant ea, quæ ſunt agenda. Anaxagoras quoque non divitem, neque potentem aliquem, virum beatum exiſtimaſſe videtur, quippe qui dixerit mirum ſibi non futurum, ſi multitudini abſurdus quidam et ineptus eſſe videatur: hæc enim ex rebus externis judicat, propterea quod has tantum ſenſu percipit. Atque his rationibus ſapientum opiniones congruere videntur. Habent igitur aliquid etiam talia, quod ad faciendam fidem valeat. Verum cum de iis, quæ ſub actionem veniunt, quæritur, ex factis et vita veritas judicatur: in his enim vis eorum præcipua conſiſtit. Ita autem ea, quæ ante dicta ſunt, ſpectare oportet, ut ad facta vitamque referamus: et ſi cum factis conſentiant, probanda; ſin diſſentiant et diſcrepent, verba ſunt habenda. Qui vero muneribus fungitur menti conſentaneis, et hanc colit, eſtque optime animo affectus, eum probabile eſt Deo cariſſimum eſſe: nam ſi

τῶν ἀνθρωπίνων ὑπὸ θεῶν γίνεται, ὥσπερ δοκεῖ, καὶ εἴη ἂν εὔλογον χαίρειν τε αὐτοὺς τῷ ἀρίστῳ καὶ τῷ συγγενεστάτῳ· τοῦτο δ᾽ ἂν εἴη ὁ νοῦς· καὶ τοὺς ἀγαπῶντας μάλιστα τοῦτο καὶ τιμῶντας, ἀντευποιεῖν, ὡς τῶν φίλων αὐτοῖς ἐπιμελουμένους, καὶ ὀρθῶς τε καὶ καλῶς πράττοντας. Ὅτι δὲ ταῦτα πάντα τῷ σοφῷ μάλιστα ὑπάρχει, οὐκ ἄδηλον· θεοφιλέστατος ἄρα. Τὸν αὐτὸν δ᾽ εἰκὸς καὶ εὐδαιμονέστατον. Ὥστε κἂν οὕτως εἴη ὁ σοφὸς μάλιστ᾽ εὐδαίμων.

ΚΕΦ. θʹ.

ΑΡ᾽ οὖν εἰ περί τε τούτων καὶ τῶν ἀρετῶν, ἔτι δὲ καὶ φιλίας καὶ ἡδονῆς, ἱκανῶς εἴρηται τοῖς τύποις, τέλος ἔχειν οἰητέον τὴν προαίρεσιν; ἢ καθάπερ λέγεται, οὐκ ἔστιν ἐν τοῖς πρακτοῖς τέλος τὸ θεωρῆσαι ἕκαστα καὶ γνῶναι, ἀλλὰ μᾶλλον τὸ πράττειν αὐτά; οὐδὲ δὴ περὶ ἀρετῆς ἱκανὸν τὸ εἰδέναι, ἀλλ᾽ ἔχειν καὶ χρῆσθαι πειρατέον· [f] ἢ εἴ πως ἄλλως ἀγαθοὶ

to determine whether the ... of action be productive of the same end

[f] Γρ. ἢ εἴ τις ἄλλως, et ita Euſtratius.

dii immortales curam habent aliquam rerum humanarum, quemadmodum veriſimile eſt: illud quoque probabile fuerit, eos re omnium optima, ſibique maxime cognata, delectari (hæc autem mens fuerit) iiſque, qui hanc maxime diligunt et plurimi faciunt, præmia perſolvere, gratiamque referre, ut eorum, quæ ipſis cara ſunt, curam habentibus, rectaſque atque honeſtas actiones obeuntibus atque exercentibus. Hæc autem omnia in ſapiente ineſſe maxime, non eſt obſcurum: eſt igitur Deo cariſſimus. Eundem autem etiam beatiſſimum eſſe veriſimile eſt. Itaque ſapiens etiam hoc modo beatiſſimus erit.

CAP. IX.

UTRUM igitur ſi de his, et de virtutibus, et præterea de amicitia, et voluptate ſatis copioſe a nobis dictum eſt, earumque omnium formæ univerſim adumbratæ ſunt, conſilium noſtræ diſputationis abſolutum eſſe exiſtimandum eſt? an, quemadmodum dicitur, in iis, quæ ſub actionem veniunt, finem non eſſe unumquidque cernere et cognoſcere, ſed agere potius: ſic neque virtutem perſpectam et cognitam habere ſatis eſt, ſed eam habere, eaque uti conandum, aut

γινόμεθα; Εἰ μὲν οὖν ἦσαν οἱ λόγοι αὐτάρκεις πρὸς τὸ [g] ποιῆσαι ἐπιεικεῖς, [h] πολλοὺς ἂν μισθοὺς καὶ μεγάλους δικαίως ἔφερον κατὰ τὸν Θέογνιν, καὶ ἔδει ἂν τούτους πορίσασθαι. Νῦν δὲ [i] φαίνονται προτρέψαι μὲν καὶ παρορμῆσαι τῶν νέων τοὺς ἐλευθερίους ἰσχύειν, ἦθός τε εὐγενές, καὶ ὡς ἀληθῶς φιλόκαλον, ποιῆσαι ἂν [k] κατακώχιμον ἐκ τῆς ἀρετῆς· τοὺς δὲ πολλοὺς ἀδυνατεῖν πρὸς καλοκἀγαθίαν προτρέψασθαι. Οὐ γὰρ πεφύκασιν αἰδοῖ πειθαρχεῖν, ἀλλὰ φόβῳ· οὐδ᾽ ἀπέχεσθαι τῶν φαύλων διὰ τὸ αἰσχρόν, ἀλλὰ διὰ τὰς τιμωρίας· πάθει γὰρ ζῶντες τὰς οἰκείας ἡδονὰς διώκουσι, καὶ δι᾽ ὧν αὗται ἔσονται· φεύγουσι δὲ τὰς ἀντικειμένας λύπας· τοῦ δὲ καλοῦ καὶ ὡς ἀληθῶς ἡδέος, οὐδ᾽ ἔννοιαν ἔχουσιν, ἄγευστοι ὄντες. Τοὺς δὴ τοιούτους, τίς ἂν λόγος [l] μεταρρυθμίσαι; οὐ γὰρ οἷόν τε, ἢ οὐ ῥᾴδιον, τὰ ἐκ παλαιοῦ τοῖς ἤθεσι κατει-

[g] Ποιεῖσθαι Baſ. [h] Verſus eſt Theognidis integer: interjectum autem eſt adverbium δικαίως: cujus ſententiam non aſſecutus eſt Perionius. *Lamb.* [i] Quidam ſingulariter legunt φαίνεται. *Sylb.* [k] Euſtratius recte obſervat κατακώχιμον hoc loco valere τὸ ὑπεῖκον καὶ εὐπειθὲς, i. e. quod *cedit, facileque obtemperat.* [l] Baſ. μεταριθμῆσαι minus recte. *Sylb.*

ſi qua alia ratione boni evadere poſſumus? Si igitur verba per ſe ſatis valerent ad bonitatem, virtutemque comparandam,

Et multum et magnum jure ferant pretium,

ut ait Theognis: atque hæc ſibi quemque parare oporteret. Nunc vero videntur illa quidem ſatis magnam vim ad ingenuos adoleſcentes cohortandos et excitandos habere, ingeniumque generoſum et vere honeſti ſtudioſum, docile ad virtutem reddere, ejuſque ſtudio inflammare poſſe: multitudinem autem ad honeſtatem ac probitatem excitare non poſſe. Non enim illa pudore ſolet retineri ac reprimi natura, ſed metu potius coerceri; neque ſe a rebus vitioſis propter turpitudinem abſtinere, ſed propter ſupplicium: nam cum vitam ſuam perturbatione moderatur ac dirigit; tum ſuas voluptates, eaque, quibus hæ pariuntur, conſectatur: dolores eis contrarios fugit; honeſti autem vereque jucundi ne notionem quidem unquam animo depinxit, utpote quod nunquam deguſtarit. Tales igitur homines quæ ratio corrigere, et a vitio ad virtutem traducere queat? non enim fieri poteſt, aut certe vix, ut quæ jampridem moribus concepta ſunt,

... assign three different causes of their becoming good ... habit or instruction. In the formation of the first ... themselves have no place, for it springs from some divine source. ... instruction have not weight in ... cases, but the mind of the person ought to be duly prepared for the reception ... fit, as the ... ward is for the reception of seed.

λημμένα, λόγῳ μεταστῆσαι. [m] Ἀγαπητὸν δ᾽ ἴσως ἐστὶν, εἰ πάντων ὑπαρχόντων, δι᾽ ὧν ἐπιεικεῖς δοκοῦμεν γίνεσθαι, μεταλάβοιμεν τῆς ἀρετῆς. [n] Γίνεσθαι δ᾽ ἀγαθοὺς οἴονται, οἱ μὲν φύσει, οἱ δὲ ἔθει, οἱ δὲ διδαχῇ. Τὸ μὲν οὖν τῆς φύσεως, δῆλον ὡς οὐκ ἐφ᾽ ἡμῖν ὑπάρχει, ἀλλὰ διά τινος θείας αἰτίας τοῖς ὡς ἀληθῶς εὐτυχέσιν ὑπάρχει. Ὁ δὲ λόγος καὶ ἡ διδαχὴ μή ποτε οὐκ ἐν ἅπασιν ἰσχύῃ, ἀλλὰ δέῃ [o] προδιειργάσθαι τοῖς ἔθεσι τὴν τοῦ ἀκροατοῦ ψυχὴν πρὸς τὸ καλῶς χαίρειν καὶ μισεῖν, ὥσπερ γῆν τὴν θρέψουσαν τὸ σπέρμα. Οὐ γὰρ ἂν ἀκούσειε λόγου ἀποτρέποντος, οὐδ᾽ ἂν [p] συνείη ὁ κατὰ πάθος ζῶν. Τὸν δ᾽ οὕτως ἔχοντα, πῶς [q] οἷόν τε μεταπεῖσαι; Ὅλως δ᾽ οὐ δοκεῖ λόγῳ [r] ὑπείκειν τὸ πάθος, ἀλλὰ βίᾳ. Δεῖ δὴ τὸ ἦθος προϋπάρχειν πως οἰκεῖον τῆς ἀρετῆς, στέργον τὸ καλὸν, καὶ δυσχεραῖνον τὸ αἰσχρόν. Ἐκ

otherwise he would not listen to, or were he to listen to he would not understand the advice offered to him.

[m] Ἀγαπητόν ἐστι, Latine dicere ſolemus, *bene aut præclare nobiſcum agitur, magna Diis habenda eſt gratia.* Lamb. [n] Γίγνεσθαι C C C. [o] Γρ. διειργάσθαι, alii προειργάσθαι. [p] Συνίῃ C C C. et alii nonnulli. [q] Γρ. οἷός τε μ. ſc. ὁ λόγος. alii π. οἷόν τε μεταπείθεσθαι. *Caſaubon.* [r] Ὑπείκειν C C C.

oratione deleantur. Præclare autem fortaſſe nobiſcum agatur, ſi, cum omnia nobis ſuppetant, quibus boni fieri ſolemus, virtutem adipiſci poſſimus. Bonos autem fieri putant alii natura, alii conſuetudine, alii doctrina. Quod igitur a natura tribuitur, in nobis minime ſitum eſſe, ſed ab aliqua divina cauſa profectum ineſſe in iis, qui revera ſunt fortunati, perſpicuum eſt. Oratio autem et doctrina ne non peræque in omnibus valeant, ſed oporteat animum auditoris, ut humum, quæ ſeminis alendi facultatem habitura eſt, conſuetudine ante ſubigi et excoli, ut recte lætetur, recteque oderit, verendum fortaſſe eſt. Nam qui perturbatione vitam dirigit, is nunquam illum, a quo deterreatur, atque avocetur a vitio, patienter auditurus eſt, nunquam ejus orationem intellecturus. At eum, qui ita ſit affectus, quonam modo oratione de ſua ſententia dimovere poſſis? Omnino autem perturbatio non videtur orationi cedere, ſed vi eſſe cogenda. Mores igitur ante quodammodo inſint oportet ad virtutem accommodati, qui honeſtum amplectantur, turpitudineque offendantur. A puero autem directam ad virtutem inſtitu-

νέου δὲ, ἀγωγῆς ὀρθῆς τυχεῖν πρὸς ἀρετὴν, χαλεπὸν, μὴ ὑπὸ τοιούτοις τραφέντα νόμοις· τὸ γὰρ σωφρόνως ζῆν καὶ καρτερικῶς, [s] οὐχ ἡδὺ τοῖς πολλοῖς, ἄλλως τε καὶ νέοις. Διὸ νόμοις δεῖ τετάχθαι τὴν τροφὴν καὶ τὰ ἐπιτηδεύματα· οὐκ ἔσται γὰρ λυπηρὰ συνήθη γενόμενα. Οὐχ ἱκανὸν δὲ ἴσως νέους ὄντας τροφῆς καὶ ἐπιμελείας τυχεῖν ὀρθῆς, ἀλλ' [t] ἐπειδὴ καὶ ἀνδρωθέντας δεῖ ἐπιτηδεύειν αὐτὰ, καὶ ἐθίζεσθαι, καὶ περὶ ταῦτα δεοίμεθ' ἂν νόμων· καὶ ὅλως δὴ περὶ πάντα τὸν βίον· οἱ γὰρ πολλοὶ ἀνάγκῃ μᾶλλον ἢ λόγῳ πειθαρχοῦσι, καὶ ζημίαις, ἢ τῷ καλῷ. Διόπερ οἴονταί τινες τοὺς νομοθετοῦντας δεῖν μὲν παρακαλεῖν ἐπὶ τὴν ἀρετὴν, καὶ προτρέπεσθαι τοῦ καλοῦ χάριν, ὡς ὑπακουσομένων τῶν ἐπιεικῶν τοῖς ἔθεσι [u] προηγουμένως· ἀπειθοῦσι δὲ καὶ ἀφυεστέροις οὖσι, κολάσεις [x] τε καὶ τιμωρίας ἐπιτιθέναι, τοὺς δ' ἀνιάτους ὅλως ἐξορίζειν· τὸν μὲν γὰρ ἐπιεικῆ, καὶ πρὸς τὸ καλὸν ζῶντα, τῷ λόγῳ

[s] Γρ. μὴ οὐχ ἡδύ. [t] Ἐπεὶ C C C. a prima manu. [u] Γρ. προηγουμένων; Lambinus vero legit προηγμένων. [x] Τε deest C C C.

tionem consequi difficile est, nisi qui in talibus legibus fuerit educatus: temperanter enim et patienter vivere cum multitudini sit injucundum, tum juvenibus maxime. Itaque educationem, studiaque, et exercitationes legibus esse descriptas necesse est: non enim molestæ eæ res futuræ sunt consuetudine adhibita. Fortasse autem non satis est pueros et adolescentes, quamdiu in ea ætate sunt, recte educari, diligenterque instituti: sed quoniam corroboratis jam ætatibus ea, quæ didicerunt, studiose tractare et persequi, iisque assuefieri oportet, etiam in his nobis fuerit legibus opus; et omnino in omni vita traducenda: magna enim pars hominum necessitati potius, quam orationi patet, et pœnis magis, quam honesto commovetur. Itaque existimant nonnulli ab eis, qui leges ferunt, honesti causa ad virtutem homines esse cohortandos atque excitandos, proinde quasi viri boni, in primis more et consuetudine provecti, legibus sint obtemperaturi: in eos autem, qui non parebunt, quique ad virtutem et officium inepti erunt natura, esse animadvertendum, et supplicia constituenda: postremo insanabiles exterminandos ac de republica tollendos: nam virum bonum, eumque qui ho-

πειθαρχήσειν· τὸν δὲ φαῦλον, ἡδονῆς ὀρεγόμενον, λύπῃ κολάζεσθαι, ὥσπερ ὑποζύγιον. Διὸ καί φασι δεῖν τὰς τοιαύτας γίνεσθαι λύπας, αἳ μάλιστα ἐναντιοῦνται ταῖς ἀγαπωμέναις ἡδοναῖς. Εἰ δ᾽ οὖν, καθάπερ εἴρηται, τὸν ἐσόμενον ἀγαθὸν τραφῆναι καλῶς δεῖ, καὶ ἐθισθῆναι, εἶθ᾽ οὕτως ἐν ἐπιτηδεύμασιν ἐπιεικέσι ζῆν, καὶ μήτε ἄκοντα, μήτε ἑκόντα πράττειν τὰ φαῦλα· ταῦτα δὲ γίγνοιτ᾽ ἂν βιουμένοις κατά τινα νοῦν καὶ τάξιν ὀρθήν, ἔχουσαν ἰσχύν· [1] ἡ μὲν οὖν πατρικὴ πρόσταξις, οὐκ ἔχει τὸ ἰσχυρόν, οὐδὲ τὸ ἀναγκαῖον· οὐδὲ δὴ ὅλως [2] ἡ ἑνὸς ἀνδρός, μὴ βασιλέως ὄντος, ἤ τινος τοιούτου· ὁ δὲ νόμος ἀναγκαστικὴν ἔχει δύναμιν, λόγος ὢν ἀπό τινος φρονήσεως καὶ νοῦ. Καὶ τῶν μὲν ἀνθρώπων ἐχθραίνουσι τοὺς ἐναντιουμένους ταῖς ὁρμαῖς, κἂν ὀρθῶς αὐτὸ δρῶσιν. Ὁ δὲ νόμος οὐκ ἔστιν ἐπαχθής, τάττων τὸ ἐπιεικές. Ἐν μόνῃ δὲ τῇ Λα-

The injunction of a parent or a monarch are not compulsory in the matter. All the power they exert is derived from the enactment of Laws. The law is compensatory enforcing what is right.

[1] Baſ. poſt ἡ μὲν omittit οὖν; ut ibi ſit periodi redditio. Sic et Lambinus.
[2] Γρ. ἢ ἑνός.

neſti regula vitam ſuam dirigit, orationi obtemperaturum: vitioſum autem atque improbum, quando voluptatem vehementer expetit, dolore et plagis, ut jumentum, caſtigandum et coercendum. Atque ob hanc cauſam eos inuri dolores dicunt oportere maxime, qui voluptatibus iis, quas illi adamant, adverſantur. Quod ſi eum, qui vir bonus futurus eſt, quemadmodum diximus, primum oportet bene eſſe educatum, et honeſtis officiis aſſuefactum: deinde rectis vitæ ſtudiis atque inſtitutis vitam traducere: poſtremo neque invitum, neque ſua voluntate res malas ac flagitioſas admittere: hæc autem contingere iis poſſunt, qui mentem aliquam ſequuntur vitæ ſuæ ducem, rectumque ordinem ab ea præſcriptum, viribus armatum atque inſtructum: in paterno quidem juſſo nulla ſatis magna vis aut neceſſitas ineſt, neque omnino in unius viri juſſo, niſi ſit rex, aut regi ſimilis: lex autem vim habet ad cogendum valentem, cum ſit ratio ab aliqua prudentia menteque profecta. Atque eos quidem homines in odio eſſe videmus, qui improborum hominum cupiditatibus et appetitionibus adverſantur, etiamſi id recte faciant. At lex, cum æquum et bonum præſcribit, minime gravis eſt. In ſola autem Lacedæmoniorum civitate cum paucis aliis,

The Spartan Law is the only one amongst States which appears to pay regard to the general conduct & habit of the citizens in others the inhabitants even adopt the manners of the Cyclopians with impunity

we are directed to our proper sphere of action [illegible] care on the laws, the rectitude where of will depend upon the morals of the Legislator & the Form of the Laws whether written or general —

[Λα]κεδαιμονίων πόλει μετ' ὀλίγων ὁ νομοθέτης ἐπιμέλειαν δοκεῖ πεποιῆσθαι τροφῆς τε καὶ ἐπιτηδευμάτων· ἐν δὲ ταῖς πλείσταις τῶν πόλεων ἐξημέληται περὶ τῶν τοιούτων, καὶ ζῇ ἕκαστος ὡς βούλεται, [a] Κυκλωπικῶς

Θεμιστεύων παίδων, ἠδ' ἀλόχου.

Κράτιστον μὲν οὖν [b] γίγνεσθαι κοινὴν ἐπιμέλειαν καὶ ὀρθὴν, καὶ δρᾶν αὐτὸ δύνασθαι. Κοινῇ δὲ ἐξαμελουμένων, ἑκάστῳ δόξειεν ἂν προσήκειν τοῖς σφετέροις τέκνοις καὶ φίλοις εἰς ἀρετὴν συμβάλλεσθαι, ἢ προαιρεῖσθαί γε. Μάλιστα δ' ἂν τοῦτο δύνασθαι [c] δόξειεν [d] ἐκ τῶν εἰρημένων, νομοθετικὸς γενόμενος· αἱ μὲν γὰρ κοιναὶ ἐπιμέλειαι δηλονότι διὰ νόμων γίγνονται· ἐπιεικεῖς δὲ, αἱ διὰ τῶν σπουδαίων. Γεγραμμένων δ', ἢ ἀγράφων, οὐδὲν ἂν δόξειε διαφέρειν, οὐδὲ δι' ὧν εἷς ἢ πολλοὶ παιδευθήσονται, ὥσπερ οὐδ' ἐπὶ μουσικῆς, καὶ γυμναστικῆς, καὶ

[a] Homerus de Cyclopibus:

Τοῖσιν δ' οὔτ' ἀγοραὶ βουληφόροι, οὔτε θέμιστες,
Ἀλλ' οἵγ' ὑψηλῶν ὀρέων ναίουσι κάρηνα
Ἐν σπέσσι γλαφυροῖσι, θεμιστεύει δὲ ἕκαστος
Παίδων ἠδ' ἀλόχων, οὐδ' ἀλλήλων ἀλέγουσι. Ὀδ. ι'. ver 112.

[b] Τὸ γίνεσθαι C C C. [c] Nonnulli Codd. habent δόξειεν ἂν ἐκ. [d] *Ex iis quæ diximus*, hoc eſt, ex iis conditionibus, quas in publica inſtitutione neceſſarias eſſe affirmavimus: nimirum ut et recta ratione et auctoritate confirmetur. *Zuing.*

lator legum educationis et ſtudiorum curam habuiſſe videtur: in plurimis hæc neglecta ſunt, vivitque ſuo quiſque arbitratu, Cyclopum more

Uxorem et natos privata lege gubernans.

Optimum igitur eſt, civium inſtitutionem communiter ab omnibus et recte procurari, idque efficere poſſe. Quod ſi hæc communiter et publice negligantur, unicuique convenire videatur, ſuis liberis et amicis ad virtutem comparandam, operam navare, aut certe hoc animo et conſilio eſſe, ut navare operam velit. Ex iis autem, quæ diximus, hoc efficere poſſe videatur maxime, ſi legum ferendarum ſcientiam fuerit conſecutus: nam cum inſtitutionis et diſciplinæ publicæ procuratio perſpicue legibus continetur, tum ea bona inſtitutio eſt, quæ bonis continetur: quæ utrum ſcriptæ ſint, an non ſcriptæ, nihil referre videatur. Neque vero refert, utrum his legibus unus, an plures inſtituantur: quemadmodum neque in muſica, et arte corporum exercendorum, cæte-

τῶν ἄλλων [e] παιδευμάτων. Ὥσπερ γὰρ ἐν ταῖς πόλεσιν ἐνισχύει τὰ νόμιμα καὶ τὰ ἤθη, οὕτω καὶ ἐν οἰκίαις οἱ πατρικοὶ λόγοι καὶ τὰ ἔθη· καὶ ἔτι μᾶλλον διὰ τὴν συγγένειαν, καὶ τὰς εὐεργεσίας· προϋπάρχουσι γὰρ στέργοντες καὶ [f] εὐπειθεῖς τῇ φύσει. Ἔτι δὲ καὶ διαφέρουσιν αἱ καθ' ἕκαστον παιδεῖαι τῶν κοινῶν, ὥσπερ ἐπὶ ἰατρικῆς· καθόλου μὲν γάρ, τῷ πυρέττοντι συμφέρει ἀσιτία καὶ ἡσυχία· τινὶ δ', ἴσως οὔ· ὅ, τε πυκτικὸς ἴσως οὐ πᾶσι τὴν αὐτὴν μάχην περιτίθησιν. [g] Ἐξακριβῶσθαι δὲ δόξειεν ἂν μᾶλλον τὸ καθ' ἕκαστον, ἰδίας τῆς ἐπιμελείας γινομένης· μᾶλλον γὰρ τοῦ προσφόρου τυγχάνει ἕκαστος. Ἀλλ' ἐπιμεληθείη μὲν ἄριστα [h] τοῦ καθ' ἕνα, καὶ ἰατρὸς, καὶ γυμναστὴς, καὶ πᾶς ἄλλος ὁ [i] τὸ καθόλου εἰδὼς, [k] ὅτι πᾶσιν, ἢ τοῖς τοιοῖσδε· τοῦ κοινοῦ γὰρ αἱ ἐπιστῆμαι λέγονταί τε καί εἰσιν. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ἑνός τινος οὐδὲν ἴσως κωλύει καλῶς ἐπιμεληθῆναι καὶ [l] ἀνεπιστήμονα ὄντα, τεθεαμένον δὲ ἀκριβῶς τὰ συμ-

The rules laid down by a parent for the adoption of his children are precisely the same as those in a state would be applied to particular instances — Particular care therefore must be taken in knowing the intellectual constitution of the person for whom we are applying rules — as that is the basis & care of a physician for the system of the body...

[e] Legitur etiam ἐπιτηδευμάτων. [f] Γρ. εὐπαθεῖς, minus recte. *Caſaubon.*
[g] Alii ἐξακριβοῦσθαι. [h] Τοῦ deeſt C C C. [i] Euſtratius legit τοῦ καθόλου.
[k] Γρ. τί πᾶσιν. Vide Euſtrat. [l] Ἐὰν ἐπιστήμονα C C C.

ris denique inſtitutionibus. Nam ut in civitatibus leges et inſtituta, ſic et in familiis privatis oratio paterna et mores valent ac vigent: multoque adeo magis, propter generis communitatem, et beneficia: jam ante enim diligunt, ſuntque ad parendum faciles flexibileſque natura. Præterea vero ſingulares et privatæ inſtitutiones a communibus etiam differunt: quemadmodum evenit in medicina: univerſe enim ei, qui febri afflictatur, inedia et quies utilis eſt: alicui autem fortaſſe inutilis: et is pugil, qui docendi facultatem habet, fortaſſe non in eodem pugnæ genere diſcipulos omnes exercet. Videatur autem ille ſubtilius ac limatius rei ſingularis naturam perſecuturus, ſi propria ac privata diligentia adhibeatur: ita enim quod ſibi opportunum atque utile eſt, unuſquiſque magis conſequitur atque obtinet. Sed et medicus, et exercendorum corporum magiſter, et quivis alius, optime ſingulorum curam rationemque habuerit, qui genus univerſum cognoverit: verbi gratia, vel omnibus, vel talibus eſſe utile: rerum enim communium atque univerſarum et dicuntur et ſunt ſcientiæ. Veruntamen nihil fortaſſe prohibet quo minus etiam is, qui ſit inſcius, uni alicui pulchre con-

A person who wishes to become a good philosop[her] must not as in the other case, content himself with particulars, but must proceed to general principles

βαίνοντα ἐφ' ἑκάστῳ δι' ἐμπειρίαν, καθάπερ καὶ ἰατροὶ ἔνιοι δοκοῦσιν ἑαυτοῖς ἄριστοι εἶναι, ἑτέρῳ οὐδὲν ἂν δυνάμενοι ἐπαρκέσαι. Οὐδὲν δ' ἧττον ἴσως τῷ γε βουλομένῳ τεχνικῷ γενέσθαι καὶ θεωρητικῷ, ἐπὶ τὸ καθόλου βαδιστέον εἶναι δόξειεν ἄν, κἀκεῖνο γνωριστέον ὡς ἐνδέχεται· εἴρηται γὰρ ὅτι περὶ τοῦθ' αἱ ἐπιστῆμαι. Τάχα δ' ἂν καὶ τῷ βουλομένῳ δι' ἐπιμελείας βελτίους ποιεῖν, εἴ τε πολλοὺς, εἴ τε ὀλίγους, νομοθετικῷ πειρατέον γενέσθαι, εἰ διὰ νόμων ἀγαθοὶ γενοίμεθ' ἄν. Ὃν τινα γὰρ οὖν καὶ τὸν προτεθέντα διαθεῖναι καλῶς, οὐκ ἔστι τοῦ τυχόντος, ἀλλ' εἴ περ τινος, τοῦ εἰδότος· ὥσπερ [m] ἐπ' ἰατρικῆς καὶ τῶν λοιπῶν, ὧν ἐστιν ἐπιμέλειά τις καὶ φρόνησις. Ἆρ' οὖν μετὰ τοῦτο [n] ἐπισκεπτέον πόθεν ἢ πῶς νομοθετικὸς γένοιτ' ἄν τις, ἢ καθάπερ ἐπὶ τῶν ἄλλων, παρὰ τῶν πολιτικῶν; μόριον γὰρ ἐδόκει τῆς πολιτικῆς εἶναι. Ἢ οὐχ ὅμοιον

It is not the part of any person but of a wise man only to regulate the conduct or anything as in diseases of the body the physician is the only proper person to prescribe a regimen

[m] Γρ. ἐπὶ ἱππικῆς: quam lectionem Euſtratio deberi exiſtimo. [n] Σκεπτέον CCC.

ſulat, dummodo experiendo, quæ cuique accidant, accurate perſpexerit: quemadmodum et nonnullos ipſos ſibi medicos eſſe optimos videmus, cum alteri ſubvenire atque opitulari non poſſint. Nihilominus autem ei quidem, qui bonus artifex, et ad res percipiendas et contemplandas idoneus effici velit, ad genus univerſum ſit progrediendum, atque in illo cognoſcendo, quoad ejus fieri poſſit, elaborandum: in hoc enim ſcientias poſitas eſſe diximus. Et fortaſſe ei, qui vel multos, vel paucos cura et ſtudio velit efficere meliores, opera danda ſit, ut legum ferendarum ſcientia præſtet, ſi ineſt hæc vis in legibus, ut eis boni fieri poſſimus. Non enim cujuſlibet hominis eſt quemvis, et eum, qui propoſitus et traditus ei fuerit erudiendus, recte conformare: ſed ſi cujus eſt, profecto ſcientis eſt: quemadmodum in medicina et cæteris artibus, quarum aliquod ſtudium, prudentiaque aliqua eſt, cernere licet. Utrum igitur deinceps videndum eſt, unde et quonam modo quis legibus ferendis idoneus eſſe poſſit? an, ut fit in cæteris artibus, ab iis, qui in republica gerenda verſantur, hanc facultatem comparaturus eſt? civilis enim prudentiæ pars eſſe videbatur legum ferendarum facultas. An vero aliter ſe res habet in ratione reipublicæ

In some sciences the qualities are acquired & less correctly applied, in politics the science results from experience & the frequent application of correct energies on correct objects

φαίνεται ἐπὶ τῆς πολιτικῆς, καὶ τῶν λοιπῶν ἐπιστημῶν τε καὶ δυνάμεων; ἐν μὲν γὰρ τοῖς ἄλλοις, οἱ αὐτοὶ φαίνονται τάς [o] τε δυνάμεις παραδιδόντες, καὶ ἐνεργοῦντες ἀπ' αὐτῶν· οἷον [p] ἰατροί, γραφεῖς. Τὰ δὲ πολιτικὰ ἐπαγγέλλονται μὲν διδάσκειν οἱ σοφισταί, [q] πράττει δ' αὐτῶν οὐδείς· ἀλλ' οἱ πολιτευόμενοι, οἳ δόξαιεν ἂν δυνάμει τινὶ τοῦτο πράττειν, καὶ ἐμπειρίᾳ μᾶλλον ἢ διανοίᾳ· οὔτε γὰρ γράφοντες, οὔτε λέγοντες περὶ τῶν τοιούτων φαίνονται· καί τοι κάλλιον ἦν ἴσως, ἢ λόγους δικανικούς τε καὶ δημηγορικούς· [r] οὐδ' αὖ πολιτικοὺς πεποιηκότες, τοὺς σφετέρους υἱεῖς, ἤ τινας ἄλλους τῶν φίλων. Εὔλογον δ' ἦν, εἴ περ ἐδύναντο· οὔτε γὰρ ταῖς πόλεσιν ἄμεινον οὐθὲν κατέλιπον ἄν, οὔθ' αὐτοῖς ὑπάρξαι προέλοιντ' ἂν μᾶλλον τῆς τοιαύτης δυνάμεως, οὐδὲ δὴ τοῖς φιλτάτοις. Οὐ μὴν μικρόν γε ἔοικεν ἡ ἐμπειρία συμβάλλεσθαι· οὐ γὰρ ἐγίγνοντο ἂν διὰ τῆς [s] πολιτικῆς συνηθείας μᾶλλον πολιτικοί.

[o] Τε deeſt C C C. [p] Ἰατρικοὶ C C C. [q] Alii πράττειν. [r] Οὐδ' αὖ omittunt nonnulli codd. et legunt πολιτικοὺς δὲ πεποιηκ. [s] Πολιτικῆς deeſt C C C.

gerendæ, atque in reliquis tum ſcientiis, tum facultatibus? in cæteris enim eoſdem videmus artem, facultatemque agendi tradere, et facultatis munere fungi: ut medicos et pictores. At rerumpublicarum adminiſtrandarum ſcientiam docere ac tradere ſe profitentur ſophiſtæ, eorum tamen adminiſtrat rempublicam nemo: ſed ii, qui in republica gerenda verſantur: qui quidem vi et facultate quadam freti, uſuque potius, quam mentis agitatione ac ratione hoc agere videri poſſunt: nam neque eos ſcribere, neque dicere de talibus rebus (atque præclarius hoc erit fortaſſe, quam orationes judiciales, aut conciones ſcribere) neque vel filios ſuos, vel ullos alios ex amicis ſuis ad rempublicam gerendam aptos videmus effeciſſe. Quod quidem probabile et conſentaneum erat eos fuiſſe facturos, ſi id ulla ratione conſequi potuiſſent: nam neque quidquam civitatibus melius reliquiſſent, neque aut ſibi, aut amiciſſimis quidquam hac facultate præſtantius exoptare poſſent. Veruntamen non parum uſus et exercitatio videntur valere: alioqui uſu reipublicæ gerendæ et conſuetudine homines ad rempublicam gerendam compoſitiores et aptiores non efficerentur. Quamobrem qui

The study of Politics is founded entirely on experi

Διὸ τοῖς ἐφιεμένοις περὶ [t] πολιτικῆς εἰδέναι, προσδεῖν ἔοικεν ἐμπειρίας. Τῶν δὲ σοφιστῶν οἱ ἐπαγγελλόμενοι, λίαν φαίνονται πόῤῥω εἶναι τοῦ διδάξαι· ὅλως γὰρ οὐδὲ ποῖόν τί ἐστιν, οὐδὲ περὶ ποῖα ἴσασιν· οὐ γὰρ ἂν τὴν αὐτὴν τῇ ῥητορικῇ, οὐδὲ χείρω ἐτίθεσαν· οὐδ' ἂν ᾤοντο ῥᾴδιον εἶναι τὸ νομοθετῆσαι συναγαγόντι τοὺς εὐδοκιμοῦντας τῶν νόμων· ἐκλέξασθαι γὰρ εἶναι τοὺς ἀρίστους, ὥσπερ οὐδὲ τὴν ἐκλογὴν οὖσαν συνέσεως· καὶ τὸ κρῖναι ὀρθῶς μέγιστον, [u] ὥσπερ ἐν τοῖς κατὰ μουσικήν. Οἱ γὰρ ἔμπειροι περὶ ἕκαστα κρίνουσιν ὀρθῶς τὰ ἔργα, καὶ δι' ὧν ἢ πῶς ἐπιτελεῖται, [x] συνίασιν, καὶ ποῖα ποίοις συνᾴδει· τοῖς δ' ἀπείροις, ἀγαπητὸν τὸ μὴ διαλανθάνειν, εἰ εὖ ἢ κακῶς πεποίηται τὸ ἔργον, ὥσπερ ἐπὶ γραφικῆς. Οἱ δὲ νόμοι τοῖς πολιτικοῖς ἔργοις ἐοίκασι. Πῶς οὖν ἐκ τούτων νομοθετικὸς γένοιτ' ἄν τις, ἢ τοὺς ἀρίστους κρῖναι; οὐ γὰρ φαί-

[t] Πολιτικοῖς C C C. [u] Eam ob cauſam Ariſtoteles in viii. Polit. cives ſuæ Reipublicæ in muſicis erudiri jubet, non modo ut ipſi, dum per ætatem licet, ingenuo huic ludo operam dare poſſint, ſed etiam ut ſenes facti judicare queant, quinam moduli ætati juvenili conveniant, qui non: ne ſcilicet vel molliores vel ferociores reddantur juvenes. *Zuing.* [x] Συνίασιν ἃ δεῖ· τοῖς, et reliqua C C C. alii ἐπιτελεῖται ἃ δεῖ, συνίασιν.

aliquid de republica gerenda ſcire cupiunt, credibile eſt iis uſu præterea opus eſſe. Jam vero ſophiſtæ, qui hanc facultatem ſe traditu ros profitentur, ab eo longiſſime videntur abeſſe, ut docere poſſint: omnino enim neque quid ea ſit, neque quibus in rebus verſetur, ſciunt: non enim ſi ſcirent, eandem eſſe atque artem dicendi, vel deteriorem ſtatuerent: neque ferre leges eſſe facile putarent ei, qui leges omnium opinione comprobatas collegiſſet: quoniam, inquiunt, præſtantiſſimas eligere licet: quaſi vero delectus non ſit intelligentiæ: aut quaſi non ſit maximum, recte judicare: quemadmodum in iis, quæ ad muſicam pertinent. Nam qui cujuſque rei uſu periti ſunt, cum de artis operibus recte judicant, tum quibus rebus, aut quomodo ea, quæ par eſt effici, perficiantur, et quæ quibus congruant et concinant, ſciunt: imperiti vero præclare ſecum agi putant, ſi non ignorent rectene an perperam opus effectum ſit: quemadmodum ſit in pictura. Leges autem opera civilia videntur eſſe. Quonam igitur pacto quis aut ad leges ferendas aptus his effi-

νονται οὐδ' [y] ἰατρικοὶ ἐκ τῶν συγγραμμάτων γίνεσθαι· καίτοι πειρῶνταί γε λέγειν, οὐ μόνον τὰ θεραπεύματα, [z] ἀλλὰ καὶ ὡς ἰαθεῖεν ἂν, καὶ ὡς δεῖ θεραπεύειν, [a] ἑκάστου διελόμενοι τὰς ἕξεις. Ταῦτα δὲ, τοῖς μὲν ἐμπείροις, ὠφέλιμα εἶναι δοκεῖ· τοῖς δ' ἀνεπιστήμοσιν, ἀχρεῖα. [y] Ἴσως οὖν καὶ τῶν νόμων καὶ τῶν πολιτειῶν αἱ συναγωγαὶ, τοῖς μὲν δυναμένοις θεωρῆσαι, καὶ κρῖναι [b] τί καλῶς, ἢ τοὐναντίον, ἢ ποῖα ποίοις ἁρμόττει, εὔχρηστα ἂν εἴη· τοῖς δ' ἄνευ ἕξεως τὰ τοιαῦτα διεξιοῦσι, τὸ μὲν κρίνειν καλῶς, οὐκ ἂν ὑπάρχοι, εἰ μὴ ἄρα αὐτόματον· εὐσυνετώτεροι δὲ εἰς ταῦτα τάχα ἂν γένοιντο. Παραλιπόντων οὖν τῶν προτέρων ἀνερεύνητον τὸ περὶ τῆς νομοθεσίας, αὐτοὺς ἐπισκέψασθαι μᾶλλον βέλτιον ἴσως, καὶ ὅλως δὴ περὶ πολιτείας, ὅπως εἰς δύναμιν ἡ περὶ τὰ ἀνθρώπινα [c] φιλοσοφία τελειωθῇ. Πρῶτον μὲν οὖν εἴ τι κατὰ

[y] Γρ. ἰατροί. [z] Experientia quotidiana huic rei atteſtatur. Legat quis Medicorum Commentarios, quemvis morbum et cognitu et curatu facilem judicabit. Ille idem tamen ſi ad ipſam ἐγχείρησιν accedat, tunc demum infantiam ſuam agnoſcet. *Zuing.* [a] Nonnulli ex codd. Victorii legunt ἑκάστους. [b] Γρ. ταῦτα καλῶς. [c] Γρ. σοφία, ſed minus recte.

ci, aut, quæ ſint optimæ, judicare poſſit? nam ne medicinæ quidem ſatis periti fieri videntur ex commentariorum lectione: atqui commemorare et tradere conantur illi non ſolum curationum genera, ſed et quibus remediis ægros ſint curaturi, et quemadmodum medicinam facere oporteat, de cujuſque habitudine corporis diſtincte ac diſtribute diſſerentes. Sed hæc uſu peritis et exercitatis prodeſſe poſſe credibile eſt; imperitis autem atque inſciis, nequaquam. Fortaſſe igitur etiam legum rerumque publicarum genera collecta, eis, qui animo cernere et judicare poſſunt, quid bene, quid contra conſtitutum ſit, et quæ quibus apta ſint, uſui eſſe poterunt: ii autem, qui hæc ſine animi habitu perſecuti fuerint, recte judicandi facultatem quidem ſibi nunquam comparabunt, niſi forte temere, et aliquo caſu: intelligentiores autem fortaſſe in his poterunt eſſe. Cum igitur ſuperiores illi legum ferendarum rationem exquirere atque inveſtigare omiſerint, præſtiterit fortaſſe nos ipſos de ea, et omnino de omni reipublicæ adminiſtrandæ forma attentius commentari: ut, quantum in nobis eſt, tota, quæ ad res huma-

μέρος εἴρηται καλῶς ὑπὸ τῶν πρεσγενεστέρων, πειραθῶμεν ἐπελθεῖν· εἶτα ἐκ τῶν συνηγμένων πολιτειῶν θεωρῆσαι [d] τὰ ποῖα σώζει καὶ φθείρει τὰς πόλεις, καὶ τὰ ποῖα [e] ἑκάστας τῶν πολιτειῶν, καὶ διὰ τίνας αἰτίας, αἱ μὲν καλῶς, αἱ δὲ τοὐναντίον πολιτεύονται· θεωρηθέντων γὰρ τούτων, τάχα ἂν [f] μᾶλλον συνίδοιμεν, καὶ ποία πολιτεία ἀρίστη, καὶ πῶς ἑκάστη ταχθεῖσα, καὶ τίσι νόμοις καὶ [g] ἤθεσι χρωμένη. Λέγωμεν οὖν ἀρξάμενοι.

[d] C C C. τὰ ποῖα φθείρει τὰς πόλεις, omiſſis σώζει καί. [e] Alii ἑκάσταις τῶν. [f] Baſ. μάλιστα. [g] Γρ. ἔθεσι.

nas pertinet, philoſophia perfecta ſit. Primum igitur ſi quid præclare hac de re a veteribus ſingillatim literis proditum eſt, id perſequi conemur: deinde ex rerumpublicarum formis undique collectis, quæ res civitatibus et ſingulis rebuſpublicis interitum afferant, et quibus de cauſis aliæ bene, aliæ ſecus adminiſtrentur, videamus: his enim perſpectis et cognitis, fortaſſe et qui ſit optimus reipublicæ ſtatus, et quibus unamquamque rempublicam inſtitutis, quibuſque legibus ac moribus temperari conveniat ad id ut ſit optima, planum fiet. Exordiamur igitur dicere.

INDEX.

B.

Γ.

Δ.

E.

Z.

H.

P.

Σ.

T.

Υ.

Φ.

FINIS.


Weisse attributes X's miracles even the belief in his resurrection to animal magnetism! By far the greatest work of this period was Strauss' Life of Jesus 1835. The hist. was a myth. Strauss was not allowed to teach. His book gave rise to vast polemics. Br. Bauer attempted to deduce à priori all the facts in X's life. Strauss harrassed him. Ortho. bloomed under Frederick William IV of Prussia and Hengstenberg. Schelling was called to Berlin to re-habilitate religion. Bruno Bauer wrote bad history. denied the existence of Jesus, said the gospels were forgeries. Charged theolgs. with all manner of lying and hypocrisy. His license was taken away. In 1841 Arnold Rugge said Xty must be driven out of the field. Men wanted a God on this side. Xty was the weapon of despotism & injustice. There was no place left for it in modern culture. It was opposed to science and there was no reconciliation. Feuerbach was his partner. Both were anarchists and opposed to all existing institutions. Feuerbach says God was not what Hegel said, consc of se in man, but is what our consc. makes him. With H. all is God. With F. all is man. God is nature and man. To gratify his desires man constructs a God & theology becomes anthropomorphic. From this comes the most evils and injustice in society.

Skip to page 4

 (Turn back to page 1.)

-ty is the estrangement of man from nature and his race — the purest Egotism and self-love. His great work is "Essence of Christianity." In opposition to the myth theory of Strauss F. Chr. Baur wrote "Kritischen Untersuchungen über die Kanonischen Evangelien." He gives no credence to John. He starts with the contest between Peter and Paul. By far the most important dogmatic work of the times is Strauss' "Die Christliche Glaubenslehre in ihrer geschichtliche Entwickelung und im Kampf mit der Modernen Wissenschaft 1840) this is for dogma, what the "Life" is for history. Lücke's Commentar über das Evangelium St Johannes 3te Ausgabe 1840 a great work, but wavering. Rückert, die Paulinische Briefe is good; De Wette's exegetisches Handbuch zum Neuen Testament 1848 is complete. So is Meyers; Kritische Exegetische Handbuch des Neuen Testaments and strong in grammar & philology.


THE LIBRARY OF CONGRESS


THE LIBRARY OF CONGRESS


LIBRARY OF CONGRESS
0 003 059 518 A